


el licen.do Juan de villa
franca

Sevilla de

M Bernardino

M spe = Sevilla y Mayo d

de

Sevilla y Mayo d. 1833

~~Sevilla y Mayo~~

Est. 1. de MS.

Sevilla y Mayo

Tab. N.º F.

Del licendo Juan de Villa franca

S

Sevilla de l

D. Bernardino

de spe —

Sevilla y Mayo de

de 1

Sevilla y Mayo de 1833

~~Sevilla y Mayo~~

Est. 2 de MS.

Sevilla y Mayo

Tab. 4 F.

de beatitudine

1.º

Commentarii in materiam de beatitudine tractatam a D. Th. 1a 2ae a q. 1a usque ad 5.

Humanarum omnium actionum scopus est beatitudo, in cuius ut pote celeberrimae materiae tractatione dignitate, utilitate ac iucunditate praestantissimae, antiqui etiam philosophi quasi ad scopum iaculantes summa contentione decertarunt, sed plerique terrestri naturalis luminis caligante acie decurrentes dum scopum collineare contendebant, detortis falsarum opinionum iaculis longe aberrarunt a vero beatitudinis scopo, quem superni luminis splendore illustrati feliciter attigerunt sacri doctores, inter quos optime scholastico more D. Th. cuius quasi dignissimi authoris doctrinam suscipimus et explanandam suscipimus, hoc ordine ut praemissis titulis, cum ipse D. Th. ut ad cognitionem rerum tractandarum conducere videbant, et supposito singulorum argumento indicante quod in quolibet a. D. Th. tractat et definiat [illegible]. Circa ea dicta methodo scholastica praesertim cum [illegible] disputationes quae maiori examine indigent magis insistentes instituamus.

Q. 2a. D. Th. de eo in quo hominis beatitudo consistit.

a. 1º docet D. Th. beatitudinem non consistere in divitiis; a. 2 neque in honoribus; a. 3 neque in fama seu gloria humana; a. 4 neque in potestate; a. 5 neque in aliquo corporis bono; a. 6 neque in voluptate; a. 7 quod beatitudo obiectiva non est aliquod bonum animae inhaerens; a. 8 quod eadem beatitudo obiectiva non est aliquod bonum creatum.

Q. 3. quid sit beatitudo

Articulo 1º ostendit D. Th. beatitudinem obiectivam esse aliquid increatum, formalem vero quid creatum; a. 2 beatitudinem formalem esse aliquam hominis operationem; a. 3 non esse talem operationem partis sensitivae sed intellectivae; a. 4 essentialiter esse operationem intellectus et non voluntatis; a. 5 praecipue esse operationem intellectus speculativi; a. 6 tamen non consistere in

consideroes circa speculativas a genere et in cognitione substantias separatas s. Angelos a. 8. circa consistere in missione divina etc.

Disp. 1a de beatitudine essentiali obiectiva et formali hominis.

Caput 1m de noe, divisione, et defin. beatitudinis.

Varia nomina quibus significari solet beatitudo, nam ex usu antiquorum Philosophorum dicitur etiam felicitas, summum bonum, finis ultimus ex formali usu SS. et PP. appellatur vita aeterna, Regnum caelorum, gloria, hereditas, pars nostra, corona iustitiae, merces, bravium, etc. quarum nominum diversitate indicatur beatitudine in consecutione Dei consistente quasi in fonte eminenter contineri ea omnia quae antiqui sibi in bonis creatorum ribulis utpote potestatis, honoris, divitiarum, voluptatum etc. varijs modis s. separatim l. coniunctim requirebant.

Divisiones beatitudinis solent multipliciter assignari. Possunt reduci ad 4or sequentes. 1a est beatitudo alia obiectiva, alia formalis; ita habetur ex D. Th. hic q. 3. a. 1o et alijs ibi, et 4 Sententiarum d. 49. quae divisio est similis illi qua dialectici solent distinguere obiectum obiectivum et formalem. beatitudo obiectiva est obiectum quod primo beatus formalis attingit, atque hic si sermo sit de beatitudine obiectiva essentiali est Deus, nam nullum bonum creatum est beatitudo essentialis obiectiva ut infra c. 2 et 3 patebit, beatitudo autem obiectiva solet etiam appellari beatitudo tamquam quod seu tamquam res consequenda et beatificandum, seu tamquam finis cui, et distinguitur finis ut quo. beatitudo formalis est actus, quo formaliter consequimur obiectum beatificans, et dicitur etiam beatitudo ut quo, ut adeptio, ut consecutio, ut finis quo. aliquando etiam beatitudo sumitur pro toto agregato ex beatitudine obiectiva et formali.

2a divisio est. beatitudo alia est essentialis, in qua consistit essentia beatitudinis; alia vero accidentalis, quae est illius proprietas. interdum etiam accipit beatitudo pro toto agregato complectente beatitudinem essentialem et accidentalem. 3. alia est beatitudo viae, quae dicitur beatitudo imperfecta, alia beatitudo patriae, quae etiam dicitur beatitudo perfecta. 4 alia est naturalis alia supernaturalis quarum omnium rationes

in sequentibus apparet.

Diffinitio beatitudinis communiter solet hoc modo exhiberi: beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. ita habetur ex Boetio lib. 3 de consolatione prosa 2a. D. Th. et alijs 1.2. q. 3. a. 1 ad 1 et hic q. 3 a. 3 ad 2 et 4 sententiarum d. 49. quae diffinitio potest accipi aut de toto aggregato ex beatitudine essentiali et accidentali, et sic ita exponenda est quod sit status perfectus non solum eminenter et virtute sed etiam formaliter aggregatione omnium bonorum quae tam per modum essentiae quam per modum proprietatis postullat beatitudo, aut potest accipi de sola beatitudine essentiali et sic ita explicanda est ut sit status perfectus omnium bonorum aggregatione eminenter seu virtute, et radice nempe in Deo qui est essentialis beatitudo obiectiva, eminenter continens omnia obiectiva bona, et in ipsa consequtione, quae est essentialis beatitudo formalis, suo modo quasi in radice saltem quoad variam connexionem quasi cum formali consequtione via tum satis est ad formalem beatitudinem essentialem continent ea quae quam nario requiruntur ad beatitudinem per modum formalis adeptionis ultimi finis; atque ita praedicta diffinitio potest accommodari suo modo ad essentialem beatitudinem obiectivam et formalem.

Peculiariter autem essentialis beatitudo obiectiva ita diffinitur: quod sit summum bonum quod tamquam increatum obiectum seu f. ultimus obiectivus beatificat mentem. beatitudo vero formalis diffinitur: quod sit acquisitio seu consequutio summi boni obiectivi seu f. ultimi obiectivi, ut habetur ex doct. D. Th. et aliorum hic q. 3 a. 1o aliae descriptiones beatitudinis ex SS. PP. videri possunt apud Calisium in catechismo parte 1a de novissimis c. 5 ubi de Regno coelorum, et apud alios locis citatis. quae omnia ex infra dicendis suis locis plenius apparent.

Caput 2. an beatitudo essentialis obiectiva hominis, sit bonum creatum vel solum increatum.

Varij fuerunt errores constituentes beatitudinem obiectivam in diversis bonis creatis. ut constat ex antiquorum philosophorum sententiis quas D. Aug. lib. 19 de civitate Dei c. 1 ex Marco Varrone refert tres generales sectas quarum 1a in animo 2a in corpore 3a in utroque constituebat beatitudinem unde in quibus in particulari colligunt ducentas et 88 sectas non quae iam essent sed quae additis vel demptis aliquibus differentiis possent esse expressas vero antiquorum opiniones ibi c. 2o reducit ad 12. Caitan lib. 3. di

uinarum institum qui de falso sapia. c. 7. refert 10. d. Ambro lib. 2 officiorum c. 11 addit s. aliqua videri possunt apud medina, Vaz, et alios hic q. 2 per varios a. et valen ibi disp. 1a q. 2a puncto unico, fr. de salas tt. 2 disp. 1a per totam sectiones. michaelem a medina lib. 1 de recta in deum fide c. 20 folio 29 et in tradendo.

distinguenda sunt duo puncta ut quilibet tribuat suas partes certitudinis. primum an bonum creatum per se solum sit essentialis beatitudo obiectiva hominis. 2m an saltem simul cum bono increato ad illam pertineat.

1a bonum creatum per se solum non est essentialis beatitudo obiectiva hominis. est certa secundum fidem et demonstrat etiam rationaliter ut cum d. tho hic q. 2 per varios a. et presertim a. 8 docent omnes expositores ubi Caiet. medi. Conradus Vaz et alii et valen disp. 1a q. 2a puncto unico et salas 2a et tatus, plures que alii 4 sentiarum d. 49.

pbr 1o ex locis scripturae significantibus extra deum nullum esse bonum quod possit explere et satiare hominis mentem quod ut requirit ad rationem beatitudinis obiectivae psalmo 38 nro et nunc quae est expectatio mea nonne dominus, et substantia mea apud te est; psalmo 72 nro 25 quid mihi est in celo et a te quid volui super terram, et nro 26 deus cordis mei et pars mea deus in aeternum, psalmo 143 nro 15 beatum dixerunt populum cui haec sunt; beatus populus cuius dominus deus eius. ecclesiastes 1o nro 2o vanitas vanitatum et omnia vanitas, et ibi c. 2 in ductione in delitiis voluptatibus opibus, potestatibus honoribus, et aliis bonis creatis ostendit vanitas, quia nequeunt implere et satiare appetitum hominis. et ad hoc faciunt plura infra a 2.

2o idem pbr ex PP. omnes ex praedicta loca scripturae. item d. greg. nisseno lib de beatitudinibus oratione 1a, d. dionisio de celesti hierarchia c. 10 Cypriano lib. 2 aduersus iudeos c. 6, yrineo lib. 3 c. 22, Aug to 5 lib 19 de ciuitate dei a. c. 4, d. Ambro lib. 2 officiorum c. 2 et aliis, quorum loca inuenient ex indice suorum operum.

3. idem colligit ex doct. tradita a multis antiquis sapientioribus philosophis ut Platone in theetheto, et philebo, et lib 4 de legibus Aristotele 12 meta. c. 10. et lib de mundo ad Alexan per varia capita, praesertim c. 7. ubi de deo, et lib 10 ethicorum ad nicomacum c. 6. et alibi saepe, item ex pluribus aliis quos refert

Aug. cum quibus tota lib. 10 de perenni philosophia.

4 Probatur ratione. essentialis beatitudo obiectiva hominis est illud obiectum quod
vere est finis simpliciter ultimus et summum bonum satiativum
omnibus aliis praeferendum. ut constat ex propria notione essentialis be
atitudinis obiectivae. Sed bonum creatum per se non ita se habet ut per
se patet. ergo bonum creatum per se non est essentialis beatitudo obiectiva
hominis. — praeterea ad probationem illae rationes quibus in diss. de ultimo fine ostendimus
posse finem simpliciter ultimum hominis extra naturam esse Deum.

Confirmatur quia capacitas humani intellectus est ad omne obiectum ve
rum et voluntatis ad omne obiectum bonum etiam increatum ut constat.
ergo non potest expleri et satiari solo obiecto creato quod est obiectum limitatum
et finitum, ac proinde in illo solo non potest consistere essentialis beatitudo
obiectiva hominis, sed in bono increato quod est obiectum infinitum eminenter
continens omnia.

praedicta ratio accommodari potest ad id probandum de singulis et
omnibus bonis creatis quae reducuntur ad tria genera bonorum, nempe
fortunae et corporis et animae. quae aliis nominibus dicuntur bona ex
terna ut divitiae, potestas, honor, fama; bona corporis ut volup
tates sensuum valetudo, pulchritudo, robur; bona animi
ut praeclari habitus operationes; unde D. Th. et alii hic q. 2. a. 1. usque
ad 7. facta inductione numerant divitias, honores, famam
sive gloriam humanam potestatem bona corporis voluptatem
et bona animae in hac vita. singula singulatim ostendunt in nullo ex
istis consistere essentialem beatitudinem obiectivam. quod facile demons
tratur ex illorum imperfectione et limitatione qua non est sufficiens ad obiective
explendum et satiandum appetitum hominis in eo quod non potest esse finis obiectivus
simpliciter ultimus in quo mens conquiescat ut postulat essentialis
beatitudo obiectiva. hoc autem latius videri possunt Ioannes de Salas ubi
sup. et frater eiusdem de praesentatione t. 1. de beatitudine lib. 3
a c. 2. usque ad 6.

praeterea hoc confirmari et explicari potest perpendendo ex una parte quanta
sit humanae mentis capacitas et amplitudo ad dei imaginem et simi
litudinem facta; et ex alia parte quanta sit singulorum rerum et omnium
bonorum creatorum tenuitas et paucitas; ad tantam et talem capaci
tatem obiective explendam. et declaratur exemplo si tota terra cum

omnib. in ea contentis si compararet cum amplissᵒ celi ambitu
est veluti minimum punctum quod non potest illum replere; ita
suo modo omnia bona terrena et quecumque creata si compararent
cum amplissima humanae mentis capacitate, et ratione qua
illa est facta ad imaginem et similitudinem Dei et ad illum
quasi ultimum finem ordinata, ut nullo alio quam ipso
Deo summo bono obiecto expleri possit, neque alibi plene con
quiescere. atque hanc rationem ascribit D. Aug. tᵒ 1ᵒ lib. 1ᵒ confessionum
c. 1ᵒ dicens: quia fecisti nos domine ad te, et inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te.

2ᵃ concᵒ: Solus Deus et nulla creatura neque in adequate est beatitudo
essentialis obiectiva hominis. hec concᵒ est ab autoribus non tradita ut tam certa
sicut precedens, sed ut notant doct. recentiores videtur
certa ita ut negari nequeat ut minimum sine temeritate;
sumitur ex D. Th. 1ª 2ᵉ q. 2ª a. 8 corpore ubi ait si beatudo consideret
ex parte obiecti solus Deus est beatudo, et hic q. 2 a. 8 corpore, et q. 3
a. 1ᵒ corpore, et colligitur ex aliis ibidem.

Probatur 1ᵒ ex testimoniis Scripturae et PP. locis sacra citatis post concᵐ 1ᵐ a
et 2 probatione ex quibus per contextum et eorum expositionem colligitur
etiam hunc sensum quod solus Deus est bonum quo tamquam obiecto consequuto
habetur essentialis beatudo obiectiva. quod etiam admittit contextus et explicatio
PP. et aliorum interpretum in pluribus aliis locis ut genesis 15 nᵒ
1ᵒ ego merces tua magna nimis. ex psalmo 102 nᵒ 5 qui replet
in bonis desiderium tuum; Hieremie 9 nᵒ 23 non glorietur sa
piens in sapientia sua &c. sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse
me. Joanis 17 nᵒ 3 hec est vita eterna ut cognoscant te solum Deum
verum.

Confirmatur ex D. Aug. tᵒ 1ᵒ lib. 5 confessionum c. 4 ubi loquens cum
Deo sic ait: beatus qui te scit, etiam si alia nesciat; propter te solum beatus est;
et tᵒ 5 lib. 19 de civitate Dei c. 26 sicut inquit vita carnis anima est,
ita beata vita hominis Deus est. Confirmatur probatur ex extravagante Benedicti
12 quam refert Castro de hereticibus verbo beatudo heresi 3 ubi
diffinit animas esse beatas per visionem et fruitionem divine essentie.

2ᵒ id explicatur et probatur ratione: beatudo essentialis obiectiva hominis est illud obiectum
quod essentialiter est summum bonum, et finis simpliciter ultimus eminenter
continens omnia alia bona. sed solus Deus ita se habet ut constat

ergo ille solus est essentialis beatitudo obiectiva hominis. Et sic intelligitur ratio D. Thomae hic q. 2. a. 8 corporis ubi ait: quia voluntas et appetitus hominis est appetitus universalis boni, solus deus qui est universale bonum, nempe formaliter vel eminenter omnia continens, est illius beatitudo formaliter obiectiva essentialis. unde non excludit quod bona creata pertineant ad aliquam beatitudinem obiectivam accidentalem. 2°

Sic etiam intelligitur ratio quam aliqui desumunt ex iis quas vocant verae beatitudinis proprietates seu conditiones vel attributa quae ut colligitur etiam ex Aristotele et aliis philosophis reducuntur ad tria praecipua capita. primo ut sit ultimum simpliciter ad quod omnia alia referri debent. 2° ut sit summum et optimum bonum inter omnia maxime excellens. 3. ut sit per se sufficiens in ordine ad expellendam miseriam, et satiandum appetitum. quae omnia ad rationem beatitudinis seu felicitatis requiri habetur ex Aristotele lib. 1° ethicorum c. 1° et 7. et lib. 10 c. 6. ubi notandum est illud celebre dictum felicitas nullius rei indigens per se ipsa sufficit. item ex D. Augustino lib. 8. de civitate dei c. 8 et lib 19 c. 1°. D. Th. 1 parte q. 26. a. 1° et 3. et hic q. 2. a. 8. et communiter ex aliis ibidem. sed haec omnia conveniunt soli deo ut constat. ergo ille solus est beatitudo essentialis obiectiva.

notandum autem est deum esse beatitudinem essentialem obiectivam hominis in quocumque statu suo modo pro unico statu acquiri potest, nempe si homo esset in statu mere naturali non elevato ad supernaturalem ordinem posset in tali statu consequi deum modo imperfecto per actus naturales et per innatas vires naturae. at in statu supernaturali ad quem reipsa homo ex dei benignitate est evectus potest per supernaturalia auxilia et dona gratiae consequi deum modo perfectiori supernaturali qui in hac via est per actus fidei spei et charitatis in patria autem per claram dei visionem et fruitionem.

occasione huius doctrinae multi hic disputant in particulari varias quaestiones de modo quo beatitudo obiectiva nempe deus potest ab homine acquiri aut naturaliter aut supernaturaliter. ut 1° an detur in homine appetitus innatus et naturalis ad deum clare visum. 2° an beatitudo obiectiva sit deus ut existens in re seu ipsa divina substantia [illegible]. 3. an deus sit obiectum visionis beatae praecise ut trinus et unus cum omnibus suis attributis. sed haec

et alii etc. sicut suum proprium locum in ma. definitione dic-
pte, et ea quae autem extraordinaria fuerint ad explicandam doc-
trinam praesentis instituti de beatitudine, tum obiectiva, tum
et formali supponent infra suis locis.

Obiectiones adversus dicta.

1° obiicit. omne finitum potest impleri aliquo finito quod non est deus, sed capacitas hominis est finita ut fatetur cum sit quod creatum, ergo potest impleri aliquo bono creato finito quod non est deus. ergo illius beatitudo obiectiva et formalis consistit in aliquo bono finito et creato. Ad hoc coincidit cum dicto 1. sententias et 1a. d. 2. no 13. Respondendi solet distinguendo minorem consequentiam. potest impleri aliquo finito in formali, nego in obiectivo; unde tantum sequitur beatitudinem formalem qua homo informatur esse finitam; verum beatitudo obiectiva est infinita, nempe deus. hoc ita explicandum erit, ut capacitas hominis sit finita, tantum ordinatur ad obiectum infinitum nempe deum tanquam ad ultimum suum finem consequendum, quibus modis finitis ac proinde illius beatitudo formalis quae est actus creatus quo formaliter consequitur deum est nempe finita, modo finito attingens deum. ceterum essentialis beatitudo obiectiva debet esse bonum nempe infinitum nempe deus qui est summum bonum et finis ultimus obiectivus ad cuius consecutionem homo ordinatur, et in quo eminenter continentur omnia alia bona, ac proinde in illo solo consistit essentialis beatitudo obiectiva quae debet explere et satiare mentem obiective ut constat ex dictis supra.

2° obiicit. beatitudo seu finis simpliciter ultimus ut docet D. Th. hic q. 1. a. 1. corpore et q. 2. a. 8 corpore est bonum quod omnino satiat appetitum ita ut extra illud nil relinquat desiderandum. quod etiam docet Boetius lib. 3. de consolatione prosa 2.a dicens: beatitudinem esse bonum quo adepto nil ulterius quis desiderare queat. sed appetitus hominis non omnino satiatur solo deo quia extra deum relinquuntur desideranda alia bona creata ad quae habet inclinationem. ergo essentialis beatitudo hominis non est solus deus.

Resp. explicando maiorem illa ita intelligitur quod beatitudo seu finis ultimus est bonum quod omnino satiat appetitum aut formaliter in id quod pertinet ad beatitudinem essentialem, aut eminenter in alia quasi accidentalia ita ut nil

relinquat desiderandum qd non contineat vel formaliter aut
formalit. aut eminent. quae expositio plane colligitur
ex doct. Aris. 1. ethic. c. 1. D. Aug. l. 3. Boetij et aliorum locis
supra citatis; solus autem deus est summum bonum aut formalit.
aut eminent. continens omnia bona atque ita ille solus est essentialis be
atitudo obiectiva ut probatum est ad 2.; notandum autem est in
statu beatitudinis formalis nulla bona a beatis esse efficaciter desi
deranda nisi ea quae ex voluntate dei fuerint illis reddenda quia
id pertinet ad perfectum illius status in quo nulla futura
est anxietas; alia vero ratio est de imperfecto statu huius vitae
ut amplius ex infra dicendis suis locis ostendetur.
3. obijcit beatitudo obiectiva est bonum omnibus perfectius. sed totum
agregatum ex bono increato et creato est perfectius quam
solo bonum increatum quia includit hoc et addit formalit. bo
num creatum. ergo essentialis beatitudo obiectiva non est solo bonum
increatum sed agregatum ex increato et creato.
Rs. exponendo maiorem beatitudo obiectiva essentialit. est bonum
omnibus perfectius intensive ita ut nulla perfectio sit possibilis quae non
sit in illo formalit. vel eminent.; totum autem agregatum ex
bono increato et creato non est perfectius intensive solo bo
no increato quamvis dicatur perfectius extensive quia importat
extensionem formalem ad bonum creatum quam non includit formaliter
bonum increatum. sed haec formalis extensio non est beatitudo essentialis
obiectiva neque inadequate quia eminent. includit in bono incre
ato tamquam in fonte seu radice; sicut suo modo in rebus
creatis non est de essentia rei neque inadequate id quod eminent. con
tinet in radice, tamquam in radice v.g. lux non est de essentia
solis neque calor de essentia ignis.
4. obijcit. deus solus non potest esse verum obiectum beatificans nisi cognos
cendo deum simul etiam cognoscamus creaturas quia deus includit essentia
lem ordinem principij et exemplaris et finis creaturarum qui non potest
cognosci nisi cognoscantur creaturae quae sunt termini talis ordinis. ergo
solus deus non est beatitudo essentialis obiectiva.

Et omisso anti neg^do censiam. q^a ex illo sic bene infert q^d ad cognoscendum deum in v^a sui et cu^s is ae finis creaturarum necesse sit simul etiam cognoscere creaturas saltem in cu^i prut sunt fructus talis ordinis: in de illo non infert illas s^l in adequate cu^ beatitudinem essaliem obiectivam non hic adequate consistit in deo eminenter illas continente ut sua^ causa

Caput 3. an beatudo formalis hominis sit operatio creata ab ipso homine efficienter producta.

Cum aliud sit loqui de beatitudine obiectiva, aliud v^o de formali quibus de beatitudine obiectiva apud omnes Catholicos et plures etiam post hos antiquos certum sit illam esse bonum in creatum pre. deum ut c. prius ostendimus. In^ de beatitudine formali sive de operatione seu re formali qua consequimur beatitudinem obiectivam sunt variae sententiae et diversae difficultates quas oportet singilatim differre sequentibus sectionibus

Sectio 1^a q^d beatitudo formalis hominis neque neque esse potest, increata visio, qua deus videt se ipsum.

sententia fuit aliquorum asserentium beatitudinem formalem hominis esse increatam visionem qua deus se ipsum videt ita ut illa communicet intui creato et formaliter constituat eum beatum hanc sententiam tribuit Ioani de Ripa illam qui videt tenere hugo de S^to victore t. 3. in lib. de sapientia ai^s christi folio 3. 7. litera D et F. et q^d alij eam etiam secuti fuerint referunt divus bonaventura 1 sentias d. 14. a. 1. q. 1. et grego. ariminen 1. sententias d. 7. q. 2. a. 1° illos qui impugnant.

Dico sit 1^a beatitudo formalis hominis non est increata visio qua deus videt se ipsum hanc est D. Th. 1. sententias d. 14. et 4. sententias d. 49. et cum d. th^a hic q. 3. a. 1. ubi Caiet., medina, Conradus, valentia, salas, frater egidius et alij ab alijs relati. oppositam autem sententiam tam solent censura varijs modis nam aliqui ut medina dicunt illam esse hereticam, alij erroneam, alij temerariam in fide; sed frater egidius t. 1° de beatitudine lib. 4. q. 1. a. 2° § 4 contendit illam nulla censura neque hereticis neque erroris aut temeritatis contra fidem posse notari. q^d probat singilatim ponendo et soluendo fundamenta quae ad colligendas huiusmodi censu

ras afferri solent ex locis SS. et definitionibus ecclesiae et doctrina
SS. PP. ac rationibus theologicis, fatetur tamen illam damnandam
esse temeritatis contra communem consensum theologorum eo quod in re gra
vissima sine ullo vel apparenti fundamento vocat id quod unanimis
theologorum consensus reiicit tamquam absurdum et im
probabile. Sane ut minimum haec censura videtur habere locum
imo et aliqua gravior nempe haeresis aut aperti erroris contraria
fidei, seu temeritatis contra illa adiunctis rationibus ex quibus apte
infertur praedicta conclusio, ut magis videre signant authesiatori
et colligi potest ex fundamentis subiiciendis.
1m fundamentum ostendendo, nam quo praedicta conclusio adiuncta ratione
apte colligitur ex locis SS. quibus beati dicuntur videre deum
ut Matth. 5. nempe beati mundo corde quoniam ipsi deum vi
debunt et 1a Joannis 3. nempe videbimus eum sicuti est. Hinc
autem efficitur hoc argumentum ex locis SS. constat a beatis vere et
proprie videri deum quod neque adversarii negant. Sed vera et
propria visio respectu intellectus creati denotat operationem vitalem cui ex
natura debitum est ut fiat a principio vitali creato et recipiatur in illo
tamquam qualitas illi inhaerens idem possum poni ab operatione vitali
respectu principii vitalis creati intelligitur ex propria illius ratione ex com
munem doctrinam collectam ex philosophis et theologis. Sed dicendum est
visionem qua beati vident deum esse creatam per modum vitalem
cum haec vere et proprie denotari soleat ratione visionis respectu intellectus
creati et id sit consentaneum proprie rationi principii vitalis creati in
etiam in ordine supernaturali ex communi legem servat minus consentaneus
sic effectus qua ratione etiam ostendit actum supernaturalem charitatis quo vo
luntas creata sive in via sive in patria dicitur deum diligere
esse non creatam dicitur in qua deus seipsum diligit sed creatam ope
rationem vitalem atque id de facto asserendum est etiam si concederetur
de potentia absoluta non repugnare quod facultas creata intellectus et volun
tatis reddatur formaliter videns et diligens deum per increatam visionem
et dilectionem qua deus seipsum videt et diligit; nam cum etiam ut adver
sarii concedunt possit reddi formaliter videns et diligens deum per
creatam operationem non est cur de facto hoc negetur siquidem contra com

legem est in ordine supernali divinæ prudentiæ suaviter sicuti
modantis rerum essentiis proportionata ad debitum munus
proprium vitali creatæ, et aliunde in oppositum non ostendit satis
faciens fundum.
2m fundum exponendo, nemum quod est colligitur ex collesio di
finitionis quæ reducitur ad duo capita 1m ex illis conciliorum et
Pontificum testimoniis quæ specialiter animæ Christi tribuunt suas
proprias operationes creatas per quas sit formaliter intelligens et volens
ut ostensum in [illegible] de incarnatione parte 1a disp. 22. c. 1o parte
2a disp. 71. c. 1o, inde autem desumit hoc argumentum animæ Christi
donatum quibus sit substantialiter unita divino verbo nihilominus
est formaliter intelligens et volens per suas creatas operationes vitales
et qua ratione est adversarius id [illegible] de aliquibus deducunt idem
est dicendum de omnibus operationibus vitalibus et beatificis animæ
Christi quia testimonia conciliorum et Pontificum loquuntur abso
lute et simpliciter, neque ex illis aut aliunde ostenditur idoneum
fundum exceptionis. Ergo dicendum est animam cuiuscumque
alterius hominis beati est quod actus beatificos visionis et di
lectionis dei esse formaliter intelligentem et volentem per crea
tas operationes vitales et non per increatam dei visionem et
dilectionem. unde etiam infert idem dicendum esse de Angelis bea
tis
alterum caput est ex aliis conciliorum et Pontificum testimoniis
tribuentibus visioni beatorum aliquas proprietates, quæ requir
unt convenienter tribui visioni increatæ qua deus videt se ipsum.
1m est ex Clemente 5. in concilio Viennensi Clementina ad
nostrum (refertur in 6. decretalium inter clementinas titulo
de hæreticis c. ad nostrum), Ubi damnant quidam hæretici
asserentes animam non indigere lumine gloriæ ipsam elevante ad deum
videndum, unde apte infert visionem qua animæ beatorum vident
deum esse operationem creatam ad quam sive producendam sive ad re
cipiendam indigent lumine gloriæ quia aliter non potest convenienter
et propria theologia explicari indigentia luminis gloriæ. 2m
est ex concilio florentino (quod dicitur 8 synodus generalis et habetur
tomo 4 conciliorum) ubi post sessionem ultimam in literis unionis
paulo ante finem dicit beatos intueri deum clare sicuti est

meritorum in diversitate aliorum alijs perfectius. ex hoc autem infert visionem qua beati vident deum esse operationem creatam. nam aliter non potest conformiter ad veritatem et sanam theologiam exponi diversitas visionum quibus beati alij alijs clarius et perfectius vident deum. pariter a simili ratione idem colligi potest ex alijs proprietatibus quas tribuunt doctores celestis tribuunt visioni beatorum ut amplius ostendet ex ijs que in sequentibus locis dicenda sunt.

3. sumitur ex doctrina SS. PP. 1° in illis locis in quibus agentes in communi de notitia qua intellectus creatus reddit formaliter intelligens significant ad illius rationem pertinere ut sit operatio creata ab obiecto et intellectu cognoscente efficienter procedens. unde D. Aug. 9. lib. de trinitate c. 11, notitia ni quit parit a quo cognoscente et cognito. inde autem colligitur idem dicendum esse de notitia visionis qua intellectus beati est formaliter intelligens deum cum aliunde non sit fundamentum sufficiens in oppositum. 2° in alijs locis in quibus speciatim loquentes de visione qua beati deum vident significant illam esse ipsam non creatam visionem qua deus se videt sed quandam eius participationem et similitudinem in illis productam et ita hoc. D. Greg. magnus lib 18 moralium c. 40 ait: visio nostra erit ut cumque similis visioni qua deus se conspicit etc. et postea subdit: participantes simi... qd etiam significant D. Greg. nissenus lib 1° de beatitudinis oratione 1a et alij PP. in illud S. Jo. canonis 1. no. 2 cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est.

tertio sumitur ex propria ratione huius actus formalis quo intellectus creatus fit formaliter intelligens seu videns, nam hic actus formalis cum non sit denominatio extrinseca sed intrinseca intelligitur respectu potentie vitalis creatae postulare ut sit per formam creatam illi intrinsece unitam nempe per intellectum eius tamquam subiecto inherentem. quod cum aliunde oppositum non ostendatur dico ita fieri in beatis; atque hoc loco utimur et si per potentiam absolutam aliter fieri possit. nam ita vero legem et in ordine supernaturali deus suam providentiam servat. unum conformiter ceteris effectibus rerum creatorum.

difficultas superest an saltem de potentia absoluta fieri possit ut intellectus creatus reddat formaliter videns deum per increatam

visionem qua deus se ipsum intuetur.
Sententiam oppositam autem tenent aliqui asserentes de facto quidem a beatis videri deum per creatam visionem sed nullam repugnantiam quominus per suam absolutam potentiam possit illis concedi increata visio per quam formaliter videant deum. Sed haec reijcienda est sequenti conclusione.

2a conclusio. neque de potentia absoluta fieri potest ut intellectus creatus formaliter videat deum per increatam visionem qua deus seipsum intuetur. hanc etiam conclusionem docent communiter auctores locis supra citatis in 1a conclusione. Sed in modo defendendi et probandi illam est apud eos magna varietas et ex aliis dictis ac dicendis ostendi potest parum firma esse multa puncta quae ad illius probationem afferri solent quae specialiter late refert et dissolvit frater eius tomo 1. de beatitudine lib 4. c. 1. a. 2. §. 3. a n. 10 et postea n. 35 ad finem dicit se nescire convincere impossibilitatem huius rei; subdit tamen non propterea se existimare esse possibile quoniam (inquit) non omnia sed evidenter sunt vel possibilia quae esse impossibilia convinci non possunt.

quare omissis aliis demonstrationibus ratione conclusio proposita probatur hoc unico fundamento intellectus creatus non potest reddi formaliter intelligens nisi per intellectum sibi unitam aliqua unione intrinseca: sed impossibile est etiam de potentia absoluta intellectionem increatam uniri illi aliqua intrinseca unione. ergo impossibile est illum reddi formaliter intelligentem per increatam intellectionem ac proinde videre deum per increatam visionem qua deus seipsum intuetur conclusio probatur. nam supposita maiori et minori bene infertur ut constat.

maior autem sic probatur esse formaliter intelligentem non est denominatio extrinseca sicut esse dextrum aut visum [illegible]. sed est denominatio intrinseca non minus quam esse album aut calidum aut sentiens [illegible] respectu subiectorum quibus tales denominationes tribuuntur. ergo intellectus creatus non potest reddi formaliter intelligens nisi per intellectionem sibi unitam aliqua unione intrinseca. antecedens probatur 1o ex communi consensu asserente hoc quod est esse intelligens esse [illegible] formalem vitalem et immanentem denominationem propriam scilicet est ut emaneat intrinsece in potentia vitali quae denominatur formaliter intelligens ut habetur ex Aristotele lib. 9. metaph. text. 16 ubi sic ponit haec exempla sunt (inquit) visio est in vidente speculatio in speculante et vita

in anima; et subdit quare felicitas est vita nam est quaedam nempe
operatio quidam actus vitalis. idem n. ubi intelligit nomine vitae — hoc au
tem locum habet in omni sententia quoad formalem denominationem vitalem qua
potentia vitalis dicitur intelligens videns etc. quidquid sit de illa
quaestione an de ratione cuiuscumque operationis vitalis sit ut procedat efficienter
saltem inadequate a principio vitae intrinseco.
2o idem arguitur probatur. quia cum dicitur intellectum esse formaliter intelligentem
ex ipsis terminis concipit per hoc denotari quod facultas intelle
ctiva habeat in se intrinsece intellectum per quam formaliter fit inte
lligens sive illam habeat intrinsece per identitatem quo pacto
intellectus dei dicitur per summam identitatem uniri divino
intellectui sive per unionem intrinsecam informationis, quo modo intellectus
creatus redditur intelligens per intellectum sibi unitum intrinseca
unione illum modificante et afficiente. neque vero concipi
et ostendi potest quod intellectus valeat reddi formaliter intelligens et
representans vitaliter aliquam rem nisi intrinseca habeat
in se vitalem formam quae est representatio; quemadmodum
nequit vere concipi et ostendi quod aliquid reddi valeat formaliter
album aut calidum nisi intrinsece habeat in se formam quae est al
bedo et calor. atque quod potentia sensitiva reddatur formaliter sentiens per sensationem
quam in se ipsa intrinsece non habet neque quoad hoc ostenditur ideo ratio dis
criminis: idem vero quod aliqui respondere solent de unione dei in ratione
speciei intelligibilis cum intellectu beati non satis facit: quia haec non est aliqua
physica unio sed sola assistentia dei supplentis efficienter munus speciei
intelligibilis ut exponetur infra in solutione argumentorum.
Minor vero praedicti fundamenti quod impossibile sit etc. deitatem absolutam intellectum
increatum uniri aliqua intrinseca unione intellectui creato probatur 1o etiam ex
ipsa doctrina theologorum 3a p. q. 2 collecta quae dicitur inter deum et crea
turam non esse ullam aliam unionem intrinsecam seu physicam nisi
in ratione subsistentiae, quo pacto humanitas Christi domini habet in se physi
cam unionem hypostaticam cum persona verbi cuius subsistit ut
ostensum in materia de incarnatione disp. 15 c. 1o concl. 1. Unde aperte
D. Thomas et omnes alii 1a parte q. 3 a. 8 corpore et 3 parte q. 2 a. 1o et alibi
saepe docent deum non posse venire in compositionem aliorum per modum

ing aut pz aut phys integrantis, ubi includit ad nulla physica unione distincta ab hypostatica communicante divinam subsistentiam posse deus cum creatura comparere aliquod physicum compositum. 2º impossibile intellectum increatum uniri aliqua intrinseca unione physica intui creato, quod oportet ut per illam videret formaliter intelligens seu videns deum.

2º eadem minor probatur. quia ut ceteri dicunt adversarij impossibile divinam immensitatem aut omnipotentiam uniri creaturae aliqua intrinseca aut physica unione immediata, ita ut per illam creatura reddatur formaliter ipse immensa aut omnipotens, quod etiam simili ratione dicendum est de alijs divinis perfectionibus, excepta subsistentia sustentante naturam. Ergo etiam impossibile intellectum divinum uniri ita ut per illam creatura reddatur formaliter videns deum. probatur consequentia quia quoad hoc non assignatur ratio disparitatis satis sufficiens, neque enim recurratur ad id quod dici solet de unione divinae essentiae in ratione speciei intelligibilis cum intu beati, nam haec non est intrinseca seu physica unio, ut infra exponetur. simili ratione dicendum est hanc esse impossibilem, neque exhibetur peculiare fundamentum quod ostendat eam esse possibilem.

Argumenta ad versariorum quae sunt dicta

1m argumentum ex authoritate divi Aug. tom. 3. lib. 1º de trinitate c. 13. post medium. Ubi loquens de visione beatorum sic ait: deus in illam visionem bonus est in quam apparet mundis corde, quoniam quam bonus deus israel rectis corde; quibus verbis significare videtur visionem qua beati deum vident esse increatam, siquidem dicat deum esse bonum in illam visionem, qua apparet mundis corde; hoc est in illam visionem qua ab illis videtur ipse deus, seu non dicit illis apparere. Sed deus non est bonus per visionem creatam sed per increatam quae est illius perfectio. Ergo sentit visionem qua beati deum vident esse increatam.

prima in eodem c. versus finem agens etiam de eadem visione qua beati fruemur sic ait: ista visio sola est summum bonum nostrum cuius adipiscendi causa praecipimur agere quidquid recte agimus. Sed summum bonum nostrum non potest esse aliquid creatum quia hoc non est summum ut deus sit supremum bonum nostrum. Ergo existimat illam esse ipsam increatam visionem qua deus se ipsum intuetur.

Respondetur illa verba referri posse aut ad visionem ordinariam beatorum aut ad formalem; si referantur ad visionem ordinariam sensus est, in

eam visionem ex parte obiecti divini repraesentat beatis deus est in se ipso
nus, hoc est per increatam visionem qua ipse scit et videt omnia
apparet beatis, est intrinsece perfectus sua beatitudine increatoi-
si vero illa verba referant ad visionem formalem qua beati vident
deum supernaturalem, cum hanc visionem deus conferat intrinsece in se
ipso quo ipsis beatis; quia per illam quasi per quandam par-
ticipationem creatam sequitur ut videatur tamquam a beatis
tamquam summum bonum obiectivum. Sic etiam suo modo deus
dicitur esse bonus aliis creaturis secundum illa bona creata quae
illis communicat; atque hunc esse sensum D. Aug. colligit ex ipso con-
textu, nam ibi agit de praemiis beatorum, quod ex testimoniis
SS. et etiam doctrina ipsius D. Aug. et aliorum PP. est obiective ipse
deus tamquam beatitudo nostra obiectiva, (ut ostensum est supra)
est formaliter autem vero illud quod intrinsece inest beatis est conse-
cutio ipsius dei per quandam similitudinem et participationem
creatam, quae est actus vitalis visionis beatificae inhaeren-
tis intus creatae. neque etiam attendendo vim et tenorem
verborum ipsius D. Aug. ostenditur ab illis exigi alium sen-
sum.

ad alia vero verba quibus asserit visionem beatificam esse summum
bonum Resp. si sermo sit de visione obiectiva illa est simpliciter
summum bonum ut aiunt tamquam quod seu tamquam finis
ultimus obiectivus, et proinde est bonum increatum nempe deus; si vero
sermo sit de visione formali qua formaliter videmus ipsum deum
illa est creata, et tunc dicitur summum bonum nostrum tamquam
quo, hoc est tamquam actus quo consequimur summum bo-
num obiectivum, ex hoc D. Th. hic q. 3. a. 1. cum in corpore dixisset
beatitudinem hominis per modum obiecti esse quid increatum nempe deum
beatitudinem vero per modum adeptionis seu fruitionis esse quid crea-
tum nimirum operationem nostram, postea ad 1um ait: istam dici
summum bonum quia est adeptio et fruitio summi boni. et ad 2um
hoc inquit dicitur ultimus finis per modum quo adeptio finis
dicitur finis nempe finis quo. idemque docet 1 parte q. 26. a. 3. ad 1um
et 2.

non praedictum est, facile explicari possunt plura alia testi
monia quae ex Scriptura et PP. obijciunt adversarij. Specialiter vero
ad illud quod opponunt ex Sapientiae 1º nº 1º omnis sapientia a domino
deo est, et cum illo fuit semper et est ante aevum: quibus verbis
contendunt ibi per omnem sapientiam denotari omnem visionem beatam
et hanc esse increatam indicari in eo quod dicit omnem sapientiam
fuisse semper cum deo, et esse ante aevum; quia id non convenit ulli sapientiae
creatae: Respondetur in illis prioribus verbis omnis sapientia a domino deo
est, cum non sit restrictio ad solam visionem beatam, significari om
nem veram sapientiam non solum beatificam sed etiam viatricem esse a deo,
in alijs vero verbis, cum illo fuit semper et fuit et ante aevum
denotatur illam eminenter fuisse semper et esse in deo.

Arguitur 3º. Si vera beatitudo formalis non esset increata visio sed
actus vitalis creatus sequeretur 1º veram beatitudinem esse acci
dens, nam actus vitalis creatus non est substantia sed accidens
ut constat. Videtur autem absurdum asserere veram beatitu
dinem cum sit summum bonum esse accidens siquidem hoc
esse imperfectius nostra anima:
2º sequeretur per creaturam accidentalem repraesentari deum sicuti
est, quod videtur impossibile cum deus sit infinitus creatura vero
sit finita infinite distans adeo sicut non est ipse praesertim
autem creatura accidentalis cum sit infra ordinem substantiae etiam crea
tae. 3º sequeretur posse aliquem fieri beatum absque prae
sentia dei, nam posset deus eandem visionem creatam conservare
re in intellectu creato etiam non praesente ipso deo. 4 sequeretur
intellectum separatum a substantia animae, posse videri beatum; quia
posset deus visionem creatam conservare in intellectu separato.
Ad 1am sequellam Respondetur illam concedendo, nempe
veram beatitudinem formalem esse accidens; neque hoc est
absurdum sed conveniens imo et necessarium, quia debet esse crea
tus actus vitalis noster per quem in haerens per quem formaliter vide
amus deum ut summum beatum. Ad illud vero quod dicit talem
actum cum sit accidens esse imperfectiorem nostra anima: Respondetur
et si fingi id non sequi quia nihil obstat aliquod accidens spirituale
esse perfectius substantia creata, ut concedit sententia asserente
gratiam habitualem esse etiam physice perfectiorem qualibet

substa creata ut ex suis sumes in ma degra. ~ Rs. 2. cz
si concedat nram vissm beatificam ee imperfectiorem
ma aiae nullum inde ostendit inconveniens; qa cum
beatudo fralis sit consequutio ultimi finis obni; ad
illius rorem sufficit qd sit in ordine creato perfectissima
consequutio, que ut sit ad in infine dicimus appellat sum
mum bonum tamquam quo et hic locum etz sident multe
alie entitates create perfectiores que ut hent rorem con
sequutionis ultimi finis ut infra suo loco ostendet.
ad 2m sequellam Rs illam etz 2dendo. ni mirum per creatam
aeculem que e supernalis actus creatus visionis bea
tae representat deus sicuti e inse, qui lt sit infinitus pot
in sic representat deus sicuti e inse, qui lt sit infinitus pot
per creatum actum sua ralim finitum representari mo finito.
ad 3. sequellam Rs negando posse aliquem fieri beatum
absque presentia dei, nam si sermo sit de presentia aliqua
ut sit absque presentia dei, nam sicut per essentiam presentiam et pntiam n pot n
deus dicat ee ubique per essentiam presentiam et potam n pot n
deus ee presens vel sue immensitatis et omniq omnib rebs
ut ostendit i.a.p. te. e. o. a. 3.: si uo sermo sit de presentia obiectiva adu
p ut e inse representatur n pot etz deus nisi hoc mo presens beato
4 oe visionis beate que e perfecta et clara supernalis cognitio
intuitiva dei p ut e inse ut suo loco exposuimus.
ad 4 sequellam Rs. inprimis illam etz hic locum insentia ad
versariorum asserentium nram fralem beatitudinem ee increatam dei
vissm, nam illis etz obiectum pot intuitum ab aia separatum, posse
a deo conservari cum visione increata; quare ipsi etz adversarij
debent ad id respondere. /. igit qd ad rem attinet suppositis sentia
affirmante n repugnare qd personam absolutam conservet intus
creatas ab aia separatas simul cum intellectione, per quam fidit
sit intelligens hoc e percipiens obm cum sit pna capax per
cipiendi per suum actum representativum inspirata qd qd
sit de mo loquendi an tunc diceret intelligens tamquam qd
l. tamquam quo sub quibus tis e accessionum varietas et dici
pot ita ut n esset tamquam qd ut aiunt positiue quasi suppositum sui
persona p quodam mo esset tamquam qd negatiue hoc e quasi pna tunc
n in herens suppo qd mediante illa dicat intelligens. sit secundo in

ucha quttas separata dici solet sicut tamquam quid negative, i. consequenter dicendum non in praesenti per potentiam absolutam posse intellectum creatum ab anima separatum conservari simul cum visione beata per quam esset formaliter videns deum et suo modo beatus, non tamquam quid positive quasi suppositum seu persona, sed tamquam quid negative modo dicto.


3. arg. Deus per suam essentiam de facto unitur beatis in ratione speciei intelligibilis impressae. Probatur quia per suam increatam visionem unitur illis in ratione speciei intelligibilis expressae, hoc est in ratione actualis repraesentationis, per quam formaliter videant deum. Confirmatur probatur quia non est maior ratio quare illis uniatur deus in ratione intelligibili per modum actus primi non vero per modum actus secundi, et unde suppleat vicem speciei intelligibilis impressae quae est actus primus non autem speciei expressae quae est actus secundus.

Antecedens vero probatur 1o auctoritate D. Thom. 1. parte q. 12 a. 2 ad 3, ubi sic ait: Formalis species intelligibiles uniuntur intellectui et faciunt ipsum in actu, ita divina essentia unitur intellectui creato per se ipsam faciens illum in actu. — 2o probatur ratione, quia actus secundus praesupponit actum primum proporcionatum. Sed actualis visio, quae est actus secundus, praesupponit intellectum beati proporcionate constitutum in actu primo per aliquam speciem intelligibilem sibi unitam. Sed cum species intelligibilis creata dei aut sit impossibilis ut docent D. Th. et alii in illo a. 2, aut saltem de facto non detur ut ibi demonstrabitur communis sententia, sequitur inde de facto divinam essentiam in ratione speciei intelligibilis uniri beatis.

Circa antecedens huius arg. solet esse celebris controversia an et quomodo divina essentia in ratione speciei intelligibilis uniatur beatis. Notandum autem est illud antecedens ab aliis negari, ab aliis vero concedi, et propter varios sensus apud multos videtur dissensio de modo loquendi, apud alios vero etiam de re; nempe cum dicitur deum per suam essentiam in ratione speciei intelligibilis uniri beatis potest esse controversia de re circa hunc sensum an id sit intelligendum de aliqua reali et phisica unione; et potest etiam esse de modo loquendi circa alium sensum an quibus nulla includat phisica et

realis unio, nihilominus ex eo quod deus in statu beatifico per suam essentiam assistat beatis supplendo munus speciei intelligibilis dicendum sit illum per suam essentiam in ratione speciei intelligibilis uniri beatis, ita ut sola assistentia dei supplentis vices speciei intelligibilis sit sufficiens ut vere concedi possit talis propositio. inter authores igitur negantes illud antecedens aliqui videntur negare utrumque sensum, alii vero solum priorem non excluso posteriori. at inter eos qui illud antecedens concedunt aliqui admittunt priorem sensum, alii vero duntaxat posteriorem.

Dicendum autem est illud antecedens quoniam continetur in modo loquendi D. Thomae et aliorum gravium authorum et admitti sit aliquem aptum sensum non esse absolute negandum sed distendum, ita ut cum dicit deum per suam essentiam uniri beatis in ratione speciei intelligibilis non denotet aliqua realis et physica unio sed solum assistentia dei in statu beatifico per suam essentiam supplentis munus speciei intelligibilis; ita docet Molina 1. parte q. 12. a. 2 disp. 2. § his ita constitutis. S. ibidem lib. 1. lib. 2. c. 12. n. 3 et 10, Gilius lib. 2 tr. 4 c. 10. n. 8, Joannes de Salas 1. 2. to. 1. tr. 2 disp. 2 sect. 1 a. n. 2 et 5. et alii. ratio est quia ubi datur realis et physica unio inter aliqua extrema, datur etiam aliquod compositum physicum ex illis constitutum ut ex ipsis terminis intelligitur. at non videtur unde ostendatur ex divina essentia et intellectu beati per realem et physicam unionem constitui unum compositum physicum. neque etiam esse requiri ut beati videant deum, cum aperte ad hoc quod possint elicere visionem beatam intelligatur sufficere ex parte sui lumen gloriae infusum, cum divino auxilio et ex parte obiecti assistentia dei ad supplendum munus speciei intelligibilis per modum consilii forte subsistentis absque ulla reali et physica unione cum intellectu creato; nam quibus ad species intelligibiles accidentales exigatur realis et physica unio cum potentia, illa tamen non requiritur ut aliqua substantia possit supplere munus speciei intelligibilis quod etiam potest habere locum in aliquibus substantiis creatis ad id proportionatis v.g. unus Angelus in communicatione speciei alteri potest per suam substantiam absque



vllarali et phisica vnione cum alio genere vicem suppleat simul cum illius intu producat sui cognitionem vt exponunt Molina vbi supra et alij. vnde a fortiori divina substantia per se maxime proportionata potest per modum comprij perse substantis absque vlla phisica et reali vnione cum beatis supplere munus speciei intelligibilis ad producendam visionem beatificam.

id autem est iuxta coem legem ordinis supernaturalis in statu beatifico consentaneum perfectissimo obiecto maxime proportionato huius muneris deus. neque affert vllum firmum fundamentum ad asserendam realem et phisicam vnionem inter divinam substantiam et intum creatum vnde necesse esset resultare aliquod compositum phisicum aut perse aut per accidens, aut substantiale aut accidentale, quod nullum inconveniens in presenti explicat et ostendit. neque assignat vlla realis actio terminata ad vniendam essentiam divinam cum intu beati, neque ex parte ipsius intus beati aliqua realis immutatio ex eo precise quod divina essentia assistat illi ad supplendum munus speciei intelligibilis.

glorie equale alteri non concurrat nisi ad visionem
debitam illius meritis aut non conferat illi lumen
glorie equale alteri habenti maiora merita, et in
perfectiorem intum, sed solo conferat illos gradus lumi
nis glorie qui sunt proporcionati ad visionem suis meritis debi
tam siquidem gradum luminis glorie qui dant ad gradus visio
nis habentes rationem premij commensurant meritis ut colli
git ex doct. SS et PP.

hanc solutionem exhibent.. molina 1 p. q. 12 a. 6. disp. 2. ad 4.
et alij et quamvis S. ibi ~~tt.~~ 1° lib. 2 de attributis c. 21 nro 7 illam
reijciat et propter fundamenta que ibi afert et alia alibi exposita pro
babilius sit illam non esse absolute admitendam, maior probabilis
est et sufficiens ad ostendendum ex ea consequentia non inferri illud
absurdum qd adversarij conantur deducere in probatione mi
noris predicti arg. unde et alij ut Vas. 1 p. t. 1 disp. 9.
c. 6 ad 3. quamvis absolute sequantur aliam solutionem sub ij

uicendam non assignant etiam predictam ut exponant ex illo
auctori non sequi illud absurdum.
Sed absolute loquendo omissa predicta solutione. aliter Respondetur et
absolute negando illam priorem sequelam quod a perfectiori intu
itum equali lumine glorie producatur perfectior vissio nam
perfectio effectus supernaturalis non tam mensuratur perfectione virtutis
naturalis que est ad illum non proporcionata. atque ita maior perfectio
vissionis beate non provenit ex maiori perfectione intus sed lu
minis glorie ut docent D. Thomas et alii 1a parte q. 12. a. 6. ubi vas.
disp. 47. c. 6. J. [illegible] firme citatus in illo c. 2. no. 4 et 8. a
quibus referunt alii. a
ad id vero quod in probatione dicit quod aliqua causa in influendo in effectum
est perfectior producit effectus perfectior. Respondetur idem verum ubi quando causa est
perfectior formaliter in virtutem seu activitatem proporcionatam
ad illum effectum. id quod solo ostendit illa inductio et ratio ibi
posita. in presenti autem maior perfectio intus creati respectu
actus supernaturalis non est maior in virtutem seu activitatem
illi proporcionatam, nam ipse neque est proporcionata ut vir
tus activa formalis, neque ut instrumentalis connaturalis cui connaliter
debeat actus supernaturalis et concursus ad illum, sed solo se habet
ut instrumentum obedientiale gratis ad actum et concursum sibi inde
bitum elevabile extra proporcionem primi et concursus supernaturalis
extranis perfectionem actus supernaturalis; et ideo ex hoc sumitur men
sura perfectionis ipsius actus supernaturalis non vero ex perfectione
naturali potentie create que se habet naturaliter et obedientialiter sicut etiam suo modo
in instrumentis obedientialibus que possunt adeo assumi ad producendum gratiam ma
liter se habet illorum perfectio, v.g. aut aqua aut ignis aut aliud, neque
ex illis sumitur mensura perfectionis gratie.
dices contingere potest ut ex duobus hominibus habentibus equalem
habitum supernaturalem fidei et charitatis unus ad hibito maiori
connatu elliciat actum supernaturalem intenssiorem et in individualiter
perfectiorem quam alius ut communiter concedunt et experientia
docuerunt. Ergo mensura perfectionis actus supernaturalis non sumitur
ex sola perfectione primi seu concursus supernaturalis sed etiam ex ma
iori connatu quem potentia naturalis ex sua parte adhibet ac similiter
eodem etiam suo modo dici poterit in proposito de vissione beata
Respondetur negando consequentiam in casu quo denotat mensuram

perfectionis actus sup^a nalis versus max^m attendi et sola perfectione sui seu conversus sup^a nalis nunquam non potest aliquis habere actum sup^a nalem perfectiorem eo ad quem versus maximum habitus sup^a nalis seu conversus sup^a nalis supplens illius vicem habet proportionem quibus intra latitudinem illius perfectionis quo aliquis ordinario detrat^r ad summum illius possit libere aut remissius aut intensius applicando potentiam ad usum habere actus remissiores aut intensiores ut constat in exemplo antis praedictis obiectionis.

Pro hoc notandi cum eo quod bene Vasq. 1^a parte to. 1° disp. 47. c. 6. nota 42. dicit nos non posse perfectiorem actum sup^a nalem habere quam postulat habitus sup^a nalis et virtus illius nisi Deus suo auxilio suppleat eius efficaciam. unde inquit manifesto operis supernalis ex habitu summendae ad hunc sensum ut ipsius saltem efficacitatem non excedat tametsi possit interdum homo his habitibus remissius operari eo quod in hac vita non moveat ab illis naturaliter, sed non subdunt libertati. deinde addit lumen gloriae ita naturaliter impellere intellectum ad videndum Deum sicuti ut nec minus nec magis clare ipsum videre possit quam virtus luminis postullat. idem docet Suarez 1^a parte to. 1° lib. 2. de atributis c. 21 atentis his quae ibi exponit a n° 13 usque ad 16

2a dificultas an formalis beatitudo nempe visio beata possit produci a solo Deo in intellectu creato. et an hic per illam ita productam possit formaliter denominari videns Deum.

Prima sententia absolute asserit nec de potentia absoluta ullum actum vitalem immanentem ac proinde neque visionem beatam posse produci a solo Deo. ita ex recentioribus tenent Vasq. 1^a p. to. 1° disp. 9. c. 5. frater Lorca ibidem disp. 16 membro 2. et alii aliqui referri solent Capre. Sotus Ferrara et alii qui tamen ut ex locis subijciendis colligi potest non videntur absolute negare veritatem visionis posse a solo Deo produci sed solum asserere illam non posse taliter a solo Deo produci ut maneat in ratione operationis respectu potentiae creatae ita ut haec per illam denominetur vitaliter operans. id enim indicant Capre. 4 sententiarum d. 49. q. 4. a. 3. ad 4. ex his quae 4 loco sunt proposita, Sotus ibidem q. 2. a. 4. Ferrara 3. gent

c. 54 § ad 1.um dicit.

2a sententia asserat actum vitalem immanentem et conse quenter et visionem beatam posse quidem a solo deo produci in ratione qualitatis, ceterum per illum ita productum non posse formaliter denominari creaturam videntem. Nobis solet displicere hoc, et servare locis proxime relatis — porro cum denominatio videntis denotare possit aut rationem activam producentis visionem aut rationem quasi passivam potentiae percipientis obiectum per qualitatem visionis apud multos videt ambiguitas absque explicatione declarata ad priorem aut posteriorem vult utrumque sensum. et sane ex d. horum sensuum pendet huius rei explicatio conformiter ad sequentem que 2a x.a ordinem sua propositum initio huius capitis. 5.

2a ergo beatudo formalis nempe visio beata per potentiam absolutam potest in qualitatem vitalem talis actus produci a solo deo in intellectu creato; et ambis hic per illam ita productam non denominaret active producens visionem tamen formaliter denominaret videns per qualitatem vitalem visionis. hec ergo ita proposita videt deversior apud authores infra citandos ambiguitas in modo loquendi, videat et apud multos ambiguitas propter varias voces denominationis aut activae aut passivae quae denotari solent cum aliquis dicit videns aut intelligens aut amans etc.

Pro explicatione igitur supponendum aliud est loqui de productione actus vitalis, v.g. intellectionis et de denominatione qua aliquis ab ipsa productione denominat active intelligens hoc est producens intellectum; aliud vero est de loqui de tali qualitate vitali que est terminus productionis nempe vitalis representatio que informans potentiam proportionatam ad percipiendum obiectum denominat illam formaliter intelligentem hoc est cognoscentem seu percipientem obiectum. que doctrina colligitur ex D. Th. 1. p.te q. 34 a. 1.o ad 3. ubi dicit dicere quod est producere intellectum et intelligere quod est cognoscere obiectum intelligere (inquit) importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam cum qua nulla ratio originis importat sed solum informatio quedam in intellectu nostro prout est in actu per formam

rei intellectae. Qui sentit D. Th. initium verum esse comprehendisse quod infert cognitione obiecti redditur formaliter intelligentem quod vere concipi et salvari potest etiam atque si in illo producatur cognitio a solo Deo, cum D. Th. asserat in hoc quod est intelligere solum importari habitudinem intelligentis ad rem intellectam, cum informatur qualis in actu per speciem rei intellectae.

Praedicta sectas 1° sententias D. 3. q. 7. § ad authoritatem ait: intellectus dicitur intelligere non in quantum est, sed in quantum habet intellectum ut speciem habere, quae qualitatem est et quale, et ita in tantum habere intellectionem ipsum esse intelligentem, et postea subdit si Deus in nobis immediate causet intellectionem non minus eam intelligeremus. Idem atque sentiunt Gabriel, Maior, Durandus, Marsilius et Paludanus locis supra citatis initio huius q. 5. et Valentia t°. 1° disp. 1ª q. 12 puncto 3. § 3° hic istorum et t° 2. disp. 1ª q. 3. puncto 1° § solet praedicta aliqui, Salas 1ª 2ae t° 1° q. 3. tr. 2° disp. 2. sect. 4. n° 27. ubi refert plures alios.

Prior pars praedictae causae quod visio beata per potentiam absolutam produci possit cum qualitatem vitalem talis actus producta a solo Deo in intellectu creato sic declaratur et probatur. Entitas visionis creatae quamvis connaturaliter petat actionem productivam vitalis creatae non consistit essentialiter in ipsa actione dependentia actionis sed in qualitate vitali quae est formalis repraesentatio obiecti. Ergo talis qualitas per potentiam absolutam potest in intellectu creato produci a solo Deo; antecedens probatur quia actio dependentia actionis essentialiter est influxus quo potentia activa producit aliquem terminum ut constat ex supra illius diffinitione, entitas autem visionis creatae non est essentialiter ipse influxus quo potentia intellectus producat aliquem terminum sed est obiecti repraesentatio qua intellectus informatus redditur formaliter intelligens hoc est repraesentans seu cognoscens obiectum, quae repraesentatio est quaedam intellectualis qualitas quae dici solet aut verbum mentis aut species expressa seu intentionalis obiecti similitudo producta

per actum si quidem non potest dari ulla actio vitalis sine productione
l. influxus quin per illum producat aliquis terminus ut quilibet
propria ratione fatetur. quod late relatis aliis probant vaz. 1a parte
tomo 1o disp. 38. c. 2. et disp. 41. c. 4. S. tomo 1o meta disp. 42. sec. 5.
noster frater gilius 1a 2ae tomo 1o lib. 4 de beatitudine finali
c. 2a a 4 § 2.

confirmatur supposito quod deus per potentiam absolutam potest in genere causae efficien-
tis supplere actum non intrinsece malum virtutis creatae quia eminen-
ter continet totam illius activitatem, neque arguit in illo ali-
qua imperfectio cum in dependentia potius perfectio sit in eo quod possit
illam supplere, et sic hac ratione conveniunt entitates non intrinsece malas
aliorum effectuum qui connaturaliter petunt produci a causis creatis
posse per potentiam absolutam produci a solo deo ita simili ratione dici potest
in praesenti quia non assignatur specialis ratio ostendens id repugnare.

dices. entitatem creatam actus vitalis essentialiter postulare
dependentiam a principio activo vitali creato. Pro quo hoc dicitur quia licet
illa dicat essentialem ordinem transcendentalem quo postulat connaturaliter modo
fieri dependenter a principio activo vitali creato tamen illius essentia
consistit in ipso actuali influxu principii vitalis creati ut constat
ex ratione adducta in probatione antecedentis. quia nihil repugnans contra illius essentiam
ponitur ex eo quod talis influxus suppleatur a deo supernaturaliter.

confirmatur secundo exemplis quae etiam ab adversariis adducuntur
v.g. licet accidens importet essentialem ordinem transcendentalem quo postulat
connaturaliter inhaerere subiecto tamen quia illius essentia non est actualis inhaerentia
non repugnat hanc supernaturaliter suppleri a deo producente et conservante
accidens sine actuali inhaerentia. praeterea effectus aliarum causarum
secundarum licet habeant essentialem ordinem transcendentalem quo petunt connaturaliter modo
produci a solis suis causis creatis tamen supernaturaliter non repugnat illos produci
a solo deo supplente eorum influxum, et quoad hoc idem habet eo quod D. Th.
1a parte q. 105 a. 2 corpore dicit deum posse facere per se ipsum omnes scilicet vitales
effectus (non intrinsece malos) qui fiunt per quamcumque causam creatam
neque in praesenti in entitate actus vitalis creati affertur peculiare
aliquod fundamentum firmiter probans oppositum; et ea quae ab adversa-
riis afferri solent aut sistunt in petitione principii, aut in aequivocatione
circa ambiguas acceptiones horum terminorum. quia potentia vitalis dici solet
intelligi [illegible] ut ostendi potest ita ut aiunt ad

hoc in cti & his que ab illis alibi dicuntur qd spectat actus vitalis in coi explicuimus lib. 2. de aia c. 3. specialiter spectat actu caritatis in mã de caritate disp. 3. c. 4.

2a vº pars eius qd intus creatus per qualitatem visionis beatæ a solo deo productam non possit denominari active producens visionem per se patet quia nihil denominari potest active producens effectum nisi actu sua virtute activa in illum influat ut intelligitur ex ipsis terminis. ergo si visio beata ut supponitur produceretur a solo deo vere intellectus creatus siquidem sua virtute activa non influeret non possit denominari active producens illam ex parte sua perfecte et immediate ~~perfecte et immediate~~ ut in praesenti loquimur. sed quoniam nomen videntis seu intelligentis in quadam acceptione denotari solet ille qui suo vitali influxu et actione producit in se visionem seu intellectum, ideo circa aliqui in hac acceptione insistentes dicunt intellectum non posse videri videntem seu intelligentem per intellectum nullo modo ab eo productam qd licet praedictam acceptionem sit verum, tamen id non obstat quominus sublata ambiguitate acceptionum vere concedatur id qd statuimus in 3. parte eius statim explicanda.

3. igitur pars eius qd intus creatus per qualitatem visionis beatæ a solo deo productæ denominaretur formaliter videns hoc est repraesentans et percipiens objectum habet ex eo in quo docent auctores quos retulimus post num. 2. in suppositione. sic autem probatur intus non constituitur formaliter videns seu intelligens ac percipiens objectum ex eo qd producat intellectum sed ex eo qd tamquam potentia capax ad percipiendum objectum habeat in se intellectualem repraesentationem ipsius objecti. ergo per qualitatem visionis a solo deo productam vere constitueretur formaliter videns seu intelligens et repraesentans objectum. consequentia probatur quia posita forma in subiecto capaci non potest non constitui illius effectus formalis. unde hac voce etiam in sententia eorum qui absolute negant posse a solo deo produci in intellectu visionem concedit hic conditionalis qd si a solo deo produceretur vere per illam constitueremur formaliter videntes seu et intelligentes ut aperte concedit Val. 1 p. 10. disp. 9. c. 5. nº 33. ubi id probat quia insolubile in aliquo intu [illegible]

lem et expressam repraesentatum et per eam non repraesentari ac

tu obm ipsi intui, et intus, hunc iuxta actu repraesentativum obm

non pot non videre et cognoscere illud.

arg contra sbri . author .D. thg 1a pte. q. 34 a. 1o ad 2 ubi dicit in

hoc qd est intelligere seu cognoscere obm non importari rationem

originis huius productionis sed solam habitudinem intelli gen

tis adrem intellectam, ut etiam ex aliis dictum est. Sed in suppositione posit

ionis contra 2o sbr roe qa videns seu intelligens fralit debet cons

titui per formam quae sit repraesentatio obi ut pat qa videre et in

telligere est repraesentare obm. Sed productio seu actio de praedica

mento actionis non est fralit repraesentatio obi sed influxus pote

activae producentis aliquem terminum ut constat ex propria illius roe

Ergo intus non constituit fralit intelligens ex eo qd producat intelle

ctionem sed ex eo qd tamquam pota capax ad percipiendum obm

habeat in se intellectualem repraesentatum ipsius obi.

confirmatur qa intus divinus est intelligens per increatam

obi repraesentatam non vero fralit per actum seu productum quae sit

influxus pote activae ut constat. Ergo similiter humanus intus creatus

est intelligens per creatam obi repraesentatum non vero fralit per

actum seu productum quae sit influxus pote activae. sbr consequentia

qa vere concipi pot ratio cois intellectionis conveniens intui

divino et creato quae ut sic, non consistit in actione seu producte

sed in repraesentatione obi abstrahente ab increata et creata

unde ad intum creatum intelligit contrahi per rationem re

praesentationis creatae quae non est fralit actio seu productio quamvis

hic ad illam necessario praesupponatur ex vi alicuius eius ex eo autem qd

haec productio non esset ab intu creato sed a solo deo licet sequeretur non

intui tum deesse rationem producentis intellectum non tamen sequeretur

illi deesse rationem intelligentis per fralem obi repraesentatum

quam in se haberet quasi pota capax ad percipiendum obm

Proponunt et solvunt sententiam adversariorum

contendentium aut nostram visionem beatam non posse

produci a solo deo aut per illam non posse nostrum intum

constitui fralit videntem

in sententiam ex auctore Aris. lib. 9. meta. tex. 16 ubi sic ait: quorum non est aliud quoddam opus praeter actum, in ipsis inest actio ut visio in vidente et speculatio in speculante et vita in anima, quare felicitas etiam vita namque quaedam est. quibus verbis signat Aris. visionem et speculationem et quemcumque alium actum vitalem immanentem ac proinde etiam felicitatem hoc est formalem beatitudinem esse solum actum potentiae vitalis et non aliquam qualitatem in ipsa potentia productam siquidem ait quorum non est aliud opus praeter actionem et in ipsis inest actio ut ipsa. Sed ex hac doctrina colligit intentum verum non posse constitui formaliter videntem seu intelligentem nisi per actum ipsius potentiae vitalis.

Respondeo sensum Aris. esse quod actiones vitales immanentes sunt ex suo genere non terminant ad aliquod opus extra operantem permanens transacta actione; qui sensus constat ex ipso contextu siquidem ibi Aris. condistinguit illas ab actionibus transeuntibus per quas fit aliquod opus extra operantem permanens transacta actione sic inquit per aedificationem fit domus etc. atque hoc ipso tradit ab expositoribus ibi et Suarez in S. t. 2. meta disp. 48 sect. 2. n. 20

dicas visio et intellectio creata dicitur actio immanens potentiae vitalis. Sed non est aliqua qualitas distincta quae possit produci a solo Deo. Respondeo negando consequentiam quia praeter actum qui est influxus potentiae activae necesse est dari aliquem terminum productum non enim potest esse productio sine aliqua re producta; qualitas autem repraesentationis intellectualis quae connaturaliter modo potest produci per actum intus creati potest supernaturaliter produci a solo Deo, ut dictum est in ... cap. 2.

Ille autem modus loquendi quo visio et intellectio creata dicitur actio immanens intelligitur aut ex communi quo nomen actionis tribuere solet effectui quo facto sive res operata dicitur solet operatio seu opus aut ibi peculiariter nomen actionis sumitur ut aiunt grammaticaliter quatenus nimirum visio et intellectio significare et intelligere etc. ut denotat repraesentare obiectum significat verbum grammatico nomine actionis quia tamen denotat non actio physica sed productio alicuius termini sed tendentia in obiectum hoc est illius repraesentatio.

Pro hoc observandum est id quod bene Vazquez 1. p. tom. 2. disp. 102. et seq. ad posterius sic ait: intellectio ut intellectio non est productio alicuius sed tantum dicit esse ad obiectum per modum actionis quam vocant grammaticalem hoc est quae non respicit rem productam sed cognitam et subdit haec etiam modo quo tribuunt Deo essentiales actiones imma

mentes nempe intelligere et amare illas denotari per nun ac
tionis grammaticalis, que est rem intellectam aut dilectam ver
sant. preterea ad hoc etiam facit id quod supra in suppositione post 2m arg.
D. Th. et aliis retulimus per hoc quod intelligere sive cognoscere
non importari habitudinem originis hoc est productionis ad aliquam
rem productam sed habitudinem respectus tantum obiecti.
2m sumitur ex ipsius auth. D. Th. 1a parte q. 34 a. 1o corpore ubi sic ait. con
ceptus cordis ex ratione sua habet quod ab alio procedat. scilicet a notitia concipien
tis. quia inde colligit ex mente D. Th. intellectum creatum non
posse produci a solo deo, nam illae conceptus cordis hoc est men
tis de cuius ratione asserit esse quod procedat a notitia concipientis.
R. negando consequentiam quia D. Th. ibi non asserit de ratione essentiali conceptus
hoc est intellectionis esse, ut actu procedat efficienter ab ipsa potentia quae
formaliter per illam constituit intelligens, nam neque ex verbis
neque ex contextu ostendit ibi contineri hunc sensum imo
ipse D. Th. in illo met a. 1 ad 3. dicit in hoc quod est intelligere non
importari habitudinem originis sed habitudinem intelligen
tis ad rem intellectam. idque probatum fuit in 1a et 3. parte
conclusionis. illa autem propositio qua dici solet de ratione intellectio
nis et cuiuscumque actus vitalis creati esse ut procedat efficienter
a potentia vitali in qua recipitur, ita intelligitur non quod de illius essentia sit
talis productio actualis sed ut aiunt aptitudinalis hoc est de
illius essentia esse talis ordo quo petit connaturaliter ita produci qui
essentialis ordo non tollitur ex eo quod supernaturaliter producatur alio modo a solo
deo sicut cum dicit de ratione accidentis esse inhaerere subiecto idem denotat
de illius essentia esse inhaerere actu sed aptitudine ut dictum in proba
tione prioris partis conclusionis.
3. sumitur ex alio testimonio D. Th. 2a 2ae q. 23 a. 2. corpore ubi spe
ciatim agens de actu caritatis sic ait: motus caritatis non ita pro
ceditur a Spiritu Sancto movente humanam mentem quod humana mens
sit mota tamen et nullo modo sit principium huius motus. et subdit pro
batione quia hoc est contrarium voluntarii cuius oportet principium in ipso
esse sicut supra dictum est nempe 1a 2ae q. 6 a. 1o) unde (inquit) sequi
retur quod diligere non esset voluntarium quod implicat contradic
tionem cum amor de sui ratione importet quod sit actus voluntatis. ergo
sentit D. Th. non posse esse actum caritatis produci a solo deo. inde
autem infertur consequenter idem a dicendum de actu intellectionis et

de quo cum q. alio creato q.a in quolibet militat similis ratio
vitalitatis.

Ad neg.^m confirm. si sermo sit de actu caritatis sm suam entita
tem praecisa roe denominationis voluntarij actualit. spon
tanei et liberi ut in praesenti loquimur ipsam n. entitatem actus
caritatis dicimus posse p. deum a solo deo fieri et q. sicut dicimus de en
titate intellectionis i neq. hoc ostendit negari a d. th.a nam in verbis
praedictis loquit. de actu caritatis sm modum quo de facto a nobis
habet. hinc ait motus caritatis n' ita prodit etc. et quoniam
ex doct. spus scti. constat actum caritatis de facto a nobis haberi
tali mo ut in hac via sit nobis voluntarius sm roem volun
tarij actualit. spontanei et liberi id circo ratio quam ibi a
fert d. th. id tm probat nempe sm roem voluntarij actualiter
spontanei et liberi esset actum caritatis p. deum a solo spu sto
et implicaret q.a dictum illum etiam p. deum talit. ut retineret ra
tionem voluntarij actualit. spontanei et liberi quam constat
convenire nris actibus caritatis in hac vita de quib. ibi tractat
d. thas. unde n' ostendit qd loquendo de entitate actus ca
ritatis praecissa denominatione voluntarij actualit. sponta
nei et liberi sit q.a illius roem et implicat q.a dictum p. deum a solo
deo.

Ut autem id explicet. notandum est voluntarium sumi varijs
modis 1o p. ut denotat id qd actualit. et vitale spontaneum sive
sit liberum sive n', et de hoc intelligit illa diff.o quam d. th.a 1a 2ae q.
6. a. 1o ex Aris. 3. ethicor. c. 1o dicit: voluntarium est cuius principium
intra cum additione scij nempe actus voluntarius actualit
spontaneus dicit. qui p.cedit a prio intrinseco supposita cognitione
obi et hoc mo etiam brutis tribuit voluntarium ut docent d.
th. et alij in illa q. 6. a. 2. nempe etiam bruta suo mo habent
actus spontaneos supposita cognitione obi et hi saepe illos vo
luntarios appellant. Aris. et alij authores, necnon et sti pp.
ut explicuimus q.a illam q. 6 d. ths disp. 1a c. 1o. Loquendo autem
de voluntario in hac acceptione constat n' posse a solo
deo p.duci in creatura actum vl fit hoc mo voluntarius hoc e spon
taneus nam eo ipso qd n' p.cedat a prio intrinseco ipsi creaturae n' illi
spontaneus siquidem ut intelligit ex ipsis verbis et aperte docet
Aris. 3. ethicor. c. 1o actus voluntarius spontaneus alicui e
ille qui p.cedit a prio intrinseco illi.

2° mõ voluntarium sumit͛ p̃ eo q̃d ita ẽ spontaneum vt etiã sit perse liberum ei ui ẽ voluntarium rensse q̃d ñ ẽ illi ne cessarium s͛ sub eius immediata potestate extrante ipsum fieri aut n͛ fieri, et sic constat etiã ñ posse a solo deo p̃duci increata actum qui sit hoc mõ voluntarius hoc ẽ immediate liberissi creaturę nam actus immediate liber ẽ ille qui p̃cedit a p̃oã ha bente vͣ illum potestatem indiferentem quoad exercitium quę ratio tolleret͛ ex eo q̃d actus p̃duceret͛ a solo deo in creatura at q͂ in hoc sensu D. th. 2ª q. 23 a. 2 corpore agens de mõ actu caritatis qui in hac uiã ẽ liber et meritorius ait: n͛ pot̃ dici q̃d Sp̃us S͛tus sic moueat n̄rãm voluntatem ad actum caritatis s͛t mouet͛ instrum̃ q̃d et si sit priũm actus n͛ tñ ẽ in ipso agere l͛ ñ agere sic ñ. tolleret ratio voluntarij et excluderet͛ ratio meriti, vbi vt pat loquit͛ de roẽ volun tarij liberi; sic etiã S. 4°2 meta diss 4 5 sẽ 2 nõ 9. de ae dit inquit liberis verbo certum nec de p̃oa absoluta posse eẽ liberos nisi effectiue fiant a p̃oã libera cuius s͛ actus. ceterum si sermo sit de entitate actus voluntatis precissa roẽ voluntarij actualit͛ spontanei et liberi nulla ostendit͛ repugnantia quominus possit a solo deo p̃duci in creatura sicut sic mõ de entitate actus intellectio nis diximus ẽ suª a. 2 et s͛t ibi in suppe et in p̃batione prime et 3 p̃tis et in solutione ad 2 sundum p̃batione etiã ex sentia D. thẽ in hoc q̃d ẽ intelligere n͛ importare essalit͛ roẽm actualis originis a p̃oã intelligente, s͛ habitudinem intelligentis ad rem in tellectam quę ratio essalis intellectionis n͛ tolleret͛ ex eo q̃d entas intellectionis p̃duceret͛ a solo deo in creatura ita etiã sic mõ con sequent͛ dicendum ẽ in hoc q̃d ẽ velle seu amare n͛ impor tari essalit͛ roẽm actualis originis a p̃oã volente seu amante s͛ habitudinem voluntatis ad obm volitum seu amatum quę ratio essalis volitionis seu amoris n͛ tolleret͛ ex eo q̃d entitas volitionis et amoris p̃duceret͛ a solo deo in creatura et talis actus diceret͛ actus voluntatis et voluntarius n͛ tm̃ deno m̃ actualis originis seu p̃ssionis a voluntate

creata sed in fialem tendentiam in obm volitum et amatum
in qua essalit consistit qualitas volitionis et amoris.

4m sententiam. de roe essali intellectionis est ut per illam
intus atendat ad rem intellectam; sed atentio est conatus
eius qui atendit, et impossibile est aliquem atendere sine suo cona
tu. Ergo impossibile est intum creatum constitui fialiter intelligentem
per intellectum a solo deo productam, nam ipse intus crea
tus non adhiberet suum conatum ac proinde nec atentionem
et consequenter per illam non intelligeret.

Resp. distendo maiorem si atendere seu atentio denotet actum
in genere causae efficientis ab ipsa pôa intelligente ut in minori
supponunt adversarij, si negandae maior sit et mi. nam ut ex doct.
D. Thom. et aliorum etiam ex ipsis adversarijs ostensum est locis proxime
citatis ante hoc 4m sententum, in cogn. intelligere non importat
essalit habitudo actualis originis a pôa intelligente sed habitudo
repraesentationis ad obm repraesentatum quae repraesentatio
non est actio de praedicamento actionis sed in intellectione creata
est qualitas vitalis quae est expressa intentionalis similitudo
manifestans obm ut etiam ex communi doct. multorum adversariorum
probatum est sua potentia in priori parte, et sic deus per in
creatam repraesentatam dicit attendere ad rem intellectam
itaque ho per creatam repraesentatam a solo deo productam dice
ret attendere hoc est percipere et cognoscere obm ut ibidem
in 3. parte eius ostensum est.

si vero attendere et attentio denotet fialem perceptionem qua
pôa apta ad percipiendum obm dicit illud percipere hoc
est repraesentare et cognoscere ex eo quod in se habeat illius repraesen
tatem, sic vera est illa maior quod de roe essali intellectionis est
ut per illam intus attendat ad rem intellectam. et verum
pôs activus falsa est illa min. ex qua adversarij ad inferen
dam illam cem quod impossibile sit intum creatum constitui fialiter
intelligentem per intellectum a solo deo productam, sumendo
conatum pro influxu activo dicunt attentum cum connatum

eius qui attendit, etiam posse est aliquem attendere sine suo
connatu id est sine quam vitalis concursu accipiente connatum
et influxu activo falsum est quia sit deus vere vitaliter attendere ad
rem intellectam hoc est illam percipere et cognoscere per specialem re-
praesentationem increatam in quam non habet influxum activum
ita suo modo intellectus creatus dici posset attendere ad rem intellectam
per specialem repraesentationem creatam etsi in illam non haberet influxum
activum ut supra probavimus.

Instabis. intellectio creata est qualitas actus vitalis praedicamentalis creata.
Si sine producere efficienter ab ipsa potentia vitali creata non esset illius
actus vitalis sed solum quasi in mortuo illam informaret ergo etc.
Resp. distinguendo maiorem intellectio creata est qualitas actus vitalis qua
ad nomen talis qualitatis per nomen actus vitalis includentis ordi-
nem realem ad potentiam vitalem creatam non tamen est qualitas actus vi-
talis sumendo actum pro actione praedicamentali actionis, nam
intellectio est qualitas spiritualis repraesentatio seu manifestatio ut
ut expositum supra in 3. parte art. et ad cap. 2. 3. et 4 fundamentum

et quoniam nomen actus vitalis sumi solet varie et aequivoce
notandum est id quod dicitur supra 3. parte tomo disp. 21 sect. 6. pagina 604.
quod alii distinguunt adverbialiter actum vitalem sumi denominative
a similitudine [illegible] actionis vitalis, tempore quo debet aptum est a fieri
a potentia vitali et sic eam informare et eam in actu 2o seu ultimo vitalis const-
ituere et hoc est illius ratio essentialis; alio modo dici actum vitalem
qui actu procedit a potentia vitali et sic inquit formaliter vitalem actus quae
consideratur tamquam terminus actionis addit respectum seu actum quo re-
spicit potentiam vitalem quasi principium proximum a quo manat hic autem
dependentia actualis seu actio non est essentialis intellectio nam ista
est qualitas vitalis quae sine actionis ut ostendimus locis ci-
tatis ex praecedenti..

ad id quod in minori praedicte obiectionis dicitur quod si intellectio non pro-
duceret efficienter a potentia vitali non esset illius actus vitalis sed solum
quasi in mortuo illam informaret. Resp. gratis non esset illius actus
quoad actualem efficientiam esset tamen quoad aptitudinem qua exigit re-
cipi ab illa procedere, et quoad informationem qua illam quasi potentiam in

intellectivam et se capacem ad intelligendum redderet formaliter intelligentem ac [illegible] inde non infertur eam non concurrere [illegible] quatenus formaliter constitueret illam in actu primo vitali huiusmodi intelligere quod non potest convenire subiecto non vitali ut amplius patebit in solutione ad 8 punctum.

5. punctum. Si intellectio creata posset a solo Deo produci in intellectu creato sequeretur inde posse etiam ab ipso Deo produci in lapide aut in quocumque alio subiecto siquidem ut supponitur entitas intellectionis potest a solo Deo produci et conservari absque influxu potentiae vitalis sed consequens videtur falsum quia si intellectio produceretur in lapide per illam lapis constitueretur formaliter intelligens, in omni ubi forma debet esse ibi est illius effectus formalis qui est inseparabilis a forma se ipsam exigente. ergo cum falsum sit posse lapidem constitui formaliter intelligentem falsum est etiam antecedens ex quo id sequitur.

Respondeo quod adiceret ad vim consequentiae nego illud sequi. nam attendendo praecise connexionem consequentiae et quod concedat intellectionem creatam posse a solo Deo produci in intellectu creato quem ipsa intellectio connaturali ordine petit quasi suum subiectum proportionatum non sequitur illam posse etiam produci in lapide aut in alio subiecto quod connaturaliter non petit quasi suum subiectum proportionatum. unde multi asserentes nullam formam sive substantialem sive accidentalem posse etiam de potentia absoluta constitui in subiecto quod connaturali ordine non postulat quasi suum proportionatum subiectum susceptibile negant intellectionem posse constitui in lapide aut in alio subiecto condistincto ab intellectu creato quamvis non negent illam posse a solo Deo produci in ipso intellectu creato.

Respondeo 2° omissa maiori etiam si concederet illud sequi nego minorem quod falsum sit entitatem intellectionis posse a Deo produci in lapide aut in alio subiecto, nam in sententia concedente formam posse supernaturaliter produci in subiecto ad quod non dicit connaturalem ordinem nulla peculiaris ratio satisfaciens affertur cur [illegible] negat entitatem intellectionis posse supernaturaliter produci in lapide aut in alio subiecto. neque inde sequitur quod lapis per illam constitueret formaliter intelligens quamvis esset habens intellectionem nam esse intelligens non dicit habens intellectum utcumque sed tamquam

subm cognoscitiuum proportionatum ad percipiendum obm per intellectum, qd n° conuenit lapidi ut constat.

ad illud v° qd in probatione minoris dicit ubi forma debet etiam cuiuslibet effectus formalis ... Rs id ita intelligi qd ubi forma debet cum effectus formalis cuius capax illud subm cui inest forma; si autem intellectio intellectionis poneretur in lapide esset etiam ibi effectus formalis denotatus per hoc concretum tali hens intellectionem, sed non idem ac cum intelligens qa cum intelligens dicit de recte hens intellectionem tamquam subm cognoscitiuum proportionatum ad percipiendum obm per intellectum qd repugnat lapidi. simile etiam videmus in multis aliis formalibus effectibus qui praeter de recta formam afferunt de recte aliqd subm proportionatum speciale ac peculiares denominationes formales importatas per illos effectus formales. v.g. finitas dicitur terminabilitatem de recte in tali subo termini nato et persona dicit subsistentiam de recte in natura intellectuali. Unde si subsistentia diuini verbi terminaret naturam irrationalem n° constitueret illam personam ut in ma de incarnatione disp. 10. c. 1° ad. 3. item filiatio adoptiua dei dicit gram habitualem de recte in persona extranea ipsi deo, ac proinde gra habitualis ipsi n° constituit illum filium adoptiuum ut explicuimus in eodem ma disp. 10 c. Unico. praeterea formalis denominatio gratificantis dei dicit gram de recte in subo intellectuali apto et proportionato ad redamandum ac proinde quamuis entitas gratiae habitualis poneretur in lapide n° constitueret illum formaliter gratum et amicum dei ut ostendimus in ma de gra disp. 15. c. 5. sect. 1a diffic. 2. post 1m argumentum in solutione ad quandam obiectionem.

Horum autem omnium ratio a priori est qa cum effectus formalis seu denominatio formalis sit quoddam concretum ex uno extremo quasi formali et ex alio quasi materiali cum habitudine unionis seu coniunctionis requisita ad eam formalem denominationem debet attendi n° ex sola forma sed ex omnibus aliis ex quibus potest coalescere concretum de quo fuerit sermo, quasdam autem concreta seu formales denominationes quas ex forma roe n° propositus de recte petunt hoc subm quam aliud, sed illis sufficit forma in quouis subo v.g. ad formalem denominationem albi sufficit qd cumque hens albedinem; alie vero formales denominationes quae ex sua propria roe includunt de recte hoc aut illud speciale subm sine quo n° concipiunt talis formales denominationes etiam si eadem forma sit unita aliis subiectis

et ratio notat Vasq. 3 p. te 1o. 1o disp. 41. c. 4 n. 25 et 26. et explicuimus in ma dictum in eadem disp. 19. c. 2 ad 3. et alijs locis citatis § praecedente. et apte intelligit in praedictis exemplis de finali denominatione similitatis et personae et filij adoptibi dei et grati et amici. unde simili voce idem sub non dicendum de finali denominatione intelligentis nam in hac ratione includit quod habens intellectum sit subiectum cognoscitivum proportionatum ad percipiendum obiectum per intellectum unde fit ut lapidi ambiens fia naliter in eo producet entitas intellectionis nequeat convenire denominatio intelligentis ut fuit dictum.

Cap. 6. an beatitudo formalis consistat in actu 2o qui habeat rationem actionis aut passionis aut qualitatis.

Cum beatitudo formalis v. g. visio beata sit actus 2us cui convenit et ratio actionis vitalis quae procedit a potentia vitali et ratio passionis quae in eadem potentia recipitur, et ratio qualitatis quatenus est qualitas facta per actum producta qua intus in fieri attingit obiectum controversia est inter authores circa id quod in titulo huius c. proposuimus.

Sit a. beatitudo formalis consistit in actu 2o non prout habet rationem actionis aut passionis sed qualitatis vitalis attingentis finem ultimum obiectivum. ita Suarez 4. sentent. q. 49. a. 7. § ad arg. versu ad 4. ubi sic ait. beatitudo non consistit in actione de genere actionis etc. idem docent alij ubi etiam 1. 2. q. 3. a. 2. ubi cum D. Th. afferunt nam beatitudinem formalem circa visionem beatam quadam fieri ipse cognoscimus; quae non videmus formaliter per actum de praedicamento actionis quae est productio alicuius rei, sed per qualitatem quae est repraesentatio obiecti atque hoc etiam convenit in sententia eorum qui dicunt intellectum et alias operationes immanentes non esse formaliter actiones de praedicamento actionis sed qualitates ut speciatim de multis plurimis autoribus ostendunt Vasq. et Suarez citati eiusdem citata c. praecedenti in priori parte eius

explicatur et probatur beatitudo formalis est consecutio vel ultimi finis obiectivi hoc est perfectio qua consequimur beatitudinem

ob. hanc autem attingendo illam non intellectuali quod Deus noster Ulti
mus finis beatificans ut autem tanquam quod seu tanquam
res attingibilis per formalem beatitudinem quae dicat nos beatifi
care tanquam actum quo ut constat ex supra [dictis] de beatitudinis
formalis sunt exposita c. 1o in 1a divisione beatitudinis et in illius
diff. et c. 4 post eum in 2a huius parte. Sed haec consecutio ulti
mi finis non consistit in actu 2o quod ut habet rationem actionis aut pa
ssionis. Sed quod ut habet rationem qualitatis non ad attingere obiectum
modo intellectuali cognoscendo aut amando illud non competit
formaliter actioni de praedicamento actionis cum haec sit in
fluxus seu quasi via ad terminum producendum neque competit conse
tit passioni de praedicamento passionis cum haec sit receptio
alicuius entitatis ab in subiecto competit autem qualitati vi
tali quae est actus 2us formaliter repraesentans seu amans obiectum.
Ergo beatitudo formalis consistit in actu 2o non quod ut habet rationem actio
nis sed qualitatis vitalis attingentis ultimum finem atque hoc autem
plenius probari potest aliis pluribus authoritatibus et rationibus supra adductis in hac
disp. c. 4 et 2a parte eius et c. 5 diff. 2a post eum 2 in 1a et 3 illius parte
et in quibus etiam ostendit nostram beatitudinem formalem non esse in genere substantiae
neque relationis praedicalis neque alterius praedicamenti diversi a qualitate.
Sed obiicies 1o Aristoteles lib. 10 Ethicorum ad Nicomachum c. 3 initio suppo
nens voluptatem non esse qualitatem sic ait neque virtutis operationes
sunt qualitates neque felicitas. Ergo sentit nostram beatitudinem formalem
non esse qualitatem siquidem dicit felicitatem per quam intelli
git beatitudinem formalem non esse qualitatem.
Resp. sibi rationem qualitatis sumi stricte pro pura qualitate per modum
actus primi condistincti ab actu 2o ita ut sensus sit felicitatem
sicut et operationes virtutum non esse qualitates primum actus pri
mi vel versantis immediate circa obiecta sed esse actus 2os quibus
immediate attingimus obiecta atque hoc ipso colligit ex eo quod Aris
in illo c. 3 confutat opinionem quorundam philosophorum qui negabant
voluptatem esse bonam quia asserebant illam non esse qualitatem nec qua

litatis intelligentis cum quo ē pura qualitas ab actu 2° con
victa huius mi nō ē voluptas quo ē actus 2us. Ad hos nō Aris
ibi arguit ex eo qd voluptas nō sit qualitas tamē quo ipsi lo
quunt nō sequi qd nō sit bona nam et virtutis operoes et feli
citas nō ss tamē qualitates et tn̄ ss bona.

hanc expom̄ signat Scotus in qdlibetis q. 13 a. 3 ad 2. versu ad
aliud ex 10 ethicorum ubi in 2a solutione dicit Aris ibi qdo
asserit voluptatem et operoes virtutis et felicitatem nō ē qua
litates loqui de qualitatibus permanentibus in quo quieto tha
iusmi ss illa quo ss condiste aqualitatibus consistentibus in actu
2o; qa illius instituto sufficiebat hic sensus ad cospathos quos ibi
confutat. exterum qd ipse Aris nō excludat voluptatem et con
sequenter neq operoes virtutis et felicitatem a gre qualitatis
probat ex eodem loco Aris nam in illo capite dicit voluptatem
nō ē motionem; unde infert illam ē terum alicuius motionis
seu actionis; et cum ex eodem Aris lib. 5 physicorum tex 10 nō det
per se motus ad actum et passionem, sequitur inde voluptatem et de
lectationem nō ē formalit actionem aut passionem. unde inquit discurren
do per qua relinquit tandem illam ē qualitatem.

in idem recidit expo quam exhibet. S. Th. 1. 2. meta disp. 42 se. 2 nō
14 dicens illud dictum Aris negantis voluptatem et operoes
virtutis et felicitatem ē qualitates intelligi de pura qualitate
quo nō necio consistat in operoē (hoc ē actu 2o) cuius vel volup
tate vel felicitate afficiat. idem qd docent Salas 1a 2e tom. 1 tr. 2
disp 1 sect. 4 nō 20, frater egidius ibidem lib 4 de beatitudine
formali q. sua 2a a. 4 § 3 nō 13. et alijs

2o obijcies beatitudo formalis ex ipsis dicit consistere in operoē ut ex doc
trina Aris 1. ethicorum et aliorum p[...] sed in hac disp. c. 4
in 2 parte ceis et in ea divisione qua actio dividi solet in tran
seuntem et immanentem sub actione immanente compre
hendit beatitudo formalis. Ergo ratio beatitudinis formalis consistit in
actu 2o formalit. hec rōem operoēs seu actionis nō vo qualitatis.

Rs neg. consequam. qa qdo dicit beatitudinem formalem consis
tere in operoe noam operoēs sumit prout denotat actum 2m quo
attingimus beatitudinem obiectivam nam formalis beatitudo ē con

sequutio beatitudinis utriusque quae ratione formaliter operatio seu actio physice sumpta pro actione de praedicamento actionis sed qua qualitas attingens obiectum ut probatum in a. dici autem solet operatio seu actio grammaticaliter quia significatur verbo activo propterea quod sit actualis tendentia in obiectum quasi in terminum quem intentionaliter attingit ut notat Vasq. 1a 2ae disp. 9 c. 4 no. 6 et 1a parte to. 2 disp. 112 c. 4 § [illegible] et frat. Egidius a [illegible] lib. 4 de beatitudine formali [illegible] a. 4 § 3 no. 14 no. tandemque [illegible] ibi asserit felicitatem et alias actiones immanentes solere dici operationes grammaticaliter quia habent conditionem actionis quoad hoc quod tendunt in terminum quoniam respiciunt terminum tanquam obiectum cognitum vel amatum non sunt actiones de praedicamento actionis nam haec respicit terminum quem producit ut v.g. calefactio producit calorem.

quare in hoc sensu [illegible] ibidem no. 6 asserit intellectum non est formaliter intellectio non est actum agens ut agens [illegible] intus ut formaliter intelligens non [illegible] agens [illegible] producens aliquam rem sed repraesentans seu percipiens obiectum ut ostensum fuit [illegible] disp. 2 [illegible] illius partis vide atque ibidem ad [illegible] 3 et 4 fundamentum [illegible] in eodem sensu [illegible] frat. Egidius citatus affirmat quibus actio praedicalis bene dicatur intransitivam et immanentem [illegible] intellectum et volitum [illegible] formaliter non enumerari inter actiones immanentes neque in hoc sensu sumi quo nos [illegible] ad genus actionis [illegible] vocabulorum actio quia producit intellectio et volitio solent [illegible] appellari intellectio et volitio [illegible] vocatio fuit multis [illegible]

adde enim actionis solere appellari actum seu operationem vel opus seu artificio iam facto ut domus statua [illegible] dici solent operationes seu opera artificis et res naturales opera seu operationes naturae [illegible] cum in [illegible] loquendi quo nemini [illegible] tribui solet effectum

Cap. 7 an beatitudo formalis sit operatio transiens

[illegible] intellectus agitat ut neque de [illegible] absoluta [illegible] possit libari

ex iis quae hucusque exposuimus constat nam beatitudinem formalem consistendam deum

sistere in aliqua operatione hoc est actione. Sed cum operatio seu actio ex Aris. lib. 9 meta. tex. 16. dividi soleat in transeuntem et immanentem et haec alia sit potentiae sensitivae alia intellectivae oportet speciatim explicare in quanam harum operationum consistat formalis beatitudo.

Dico 1° formalis beatitudo essentialis non est aliqua operatio transiens sed solum immanens in ipsis beatis. Eius est certa cum D. Th. hic q. 3. ad 2. ad 3. et alijs locis infra citandis. declarat et probatur beatitudo formalis est praestantissima operatio hoc est actus 2us quo ipse operans magis perficitur et attingit ultimum finem ut constat tum ex communi doctrina Aris. lib. 1° ethicorum ad Nicoma. lib. 7. c. 13. et lib. 10. c. 7. et alijs locis supra relatis c. 4 tum ex prima parte huius c. tum ex ipsa ratione et diffinitione beatitudinis formalis quae est consequutio beatitudinis obiectivae. Sed actio transiens non ita se habet, etenim illa non est perfectio intrinseca operantis ut patet tum ex ipso Arist. 9. meta. tex. 16. et ex ipsa ratione actionis transeuntis cuius ratio est ut transeat extra operantem in aliud subiectum, neque per illam formaliter possumus attingere nostrum ultimum finem obiectivum; atque actio immanens intrinsece perficit operantem et potest attingere nostrum finem ultimum obiectivum ergo formalis beatitudo essentialis non est aliqua operatio transiens sed immanens. praeterea haec plenius ostendet alijs rationibus quibus infra probatur beatitudinem formalem formaliter consistere in visione Dei.

Et aliud est punctum est positis an beatitudo formalis sit operatio immanens potentiae sensitivae vel intellectivae fuit error multorum constituentium beatitudinem in voluptate corporis seu delectatione sensitiva; quem errorem refert et confutat Aris. varijs locis nempe 1° ethicorum ad Nicoma. cum c. 5. ubi ait: plerique in fortunissimi feliciatem putant esse voluptatem, atque hos vocat serviles pecudum vitam eligentes speciatim et in eodem lib. 1° c. 12. et lib. 10. c. 3. videtur hunc errorem tribuere Eudoxo eundemque Lactantius Firmianus lib. 3. de falsa sapientia

c. 7. ad scribebt Aristhipo. / praeterea hunc fuisse errorem epicureorum docent multi ut refert D. th. 3 c. gent. c. 27. paulo ante finem ubi addit ex illorum persona dici illud ecclesiastes 5. no. 17. hoc itaque visum est mihi bonum ut comedat quis et bibat et fruatur laetitia et hec est pars illius, et illud Sapientiae 2o no. 9. nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra: ubique relinquamus signa laetitiae, quoniam hec est pars nostra et hec est sors ista.

quibus autem multi graves authores quos refert Salas 1a 2ae to 1o tr. 2. diss. 1a. se. 3. paulo post initium tribuant praedictum errorem non solo epicureis hoc est discipulis epicuri sed etiam ipsi Epicuro eorum magistro, tamen alij quos ibidem citat ex quibus est Vasquez hic d. 2a a. 6. in notationibus c. a. conantur ab hoc errore liberare epicurum ita ut felicitatem non in viciosa voluptate corporis sed honesta et moderata animi constituere ut colligit ex his quae de ipso Epicuro referunt cicero lib. 1o et 2. de finibus, seneca lib. 1o de vita beata c. 13, lactantius lib. 3 de falsa sapientia c. 7 et alij quos adducunt Vasquez et Salas citati. / Verum quidquid sit de mente epicuri saltem illius discipuli dicti epicurei inter quos fuit Aristhipus et eius doct. asseruerunt praedictum errorem, cuius etiam infamia laborat ipse epicurus eo it male audiens.

inter hereticos autem Cerinthus asseruit post resurrectionem per mille annos futuram beatitudinem in voluptatibus et delicijs corporis quem referunt et refellunt eusebius lib. 3. historiae ecclesiasticae c. 28. D. th lib. 3. c. gent. c. 27. ad finem, Castro lib. 3. adversus hereses verbo beatitudo heresi 2a. et alij quos citant Salas et Vasquez ubi supra et frater egidius 1a q. to 1o. lib. 3. de beatitudine obiectiva d. sua 3. a. 4 § 1o. no. 2, et lib 4 de beatitudine formali d. sua. 5. a. 1o § 1o. no. 2.

ad praedictum errorem accedunt etiam multi iudei et sarraceni seu mahometani constituentes felicitatem in voluptatibus corporis ut etiam referunt D. th loco citato et frater egidius et alij, atque hunc errorem contineri in doct. maumeti colligitur ex ijs quae docuit in alcorano c. 28. et 47. et 48. cuius voluptariae et libidinosae felicitatis conditorem quasi spurcam et porcorum propriam aliqui

etiam ipsi Sarraceni sapientiores id deriserunt vt colligitur ex de Averroe vt notat Michael medina lib. 10 de recta in deum fide c. 4 folio 6 § 2 fere post ubi late enumerat multos autores Catholicos qui scripserunt contra Sarracenos.

2a co. formalis beatitudo essentialis non est operatio partis sensitiue sed solum intellectiue. haec est communis contra eos quos retulimus et D. Th. hic a. 3. et 3 contra gentes c. ubi dicit operationes sensus non posse pertinere ad beatitudinem essentialem colligitur generaliter ex illis locis SS. et P.P. quibus supra ostendimus nostram beatitudinem obiectiuam esse solum deum non vero ullam creaturam, nam inde infertur beatitudinem formalem essentialem debere esse operationem partis intellectiue qua attingamus deum, non vero operationem partis sensitiue quae solum versatur erga sensibilia. praeterea colligitur specialiter ex alijs locis SS. significantibus Regnum caelorum quo saepe significatur beatitudo aut alterius vitae aut etiam huius non esse quaerendum in voluptatibus corporeis, aut alijs rebus sensibilibus. Matthaei 6. no 30 et 31. nolite solliciti esse quid manducabimus aut bibemus etc. quaerite ergo Regnum dei et c. 22 no 30 in resurrectione non nubent neque nubentur sed erunt sicut Angeli dei in caelo, Joan. 6. no 27. operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam aeternam ad Roma. 14. no 17. non enim Regnum dei esca et potus, 1a ad Chorinth. 8. no. 8. esca nos non commendat deo etc. ex his et pluribus alijs similibus locis SS. attente ibi expositis a doctissimis P.P. deducitur formalem beatitudinem essentialem non consistere in voluptate corporea aut aliqua alia operatione partis sensitiue.

Probatur 1o. a posteriori peculiariter de beatitudine formali patriarcharum iustorum atque a corpore separatarum quod ipsi sufficienter purgati consequuntur formalem beatitudinem essentialem constat ex communi doctrina et diffinitione ecclesiae collecta ex SS. et P.P. sed illae non habent ullam operationem partis sensitiue cum sint separatae a corpore. ergo formalis beatitudo patriae non consistit essentialiter in operatione sensitiuae partis.

2o pbr apriori de quacumq. frali beatitudine essali sive patriæ sive viæ; fralis beatitudo essalis ppria hoïs debet consistere in operoë attingente summum bonum qd e vlti mus finis pprius ipsius hoïs vt intelligit ex roë et desse fralis beatitudinis essalis. sed nulla opero ptis sensitivæ e huiusmi qa illa attingit solum bonum corporeum sen sibile qd n'e summum bonum et vltimus finis pprius hoïs operatio autm ptis intellectivæ pot hunc attingere ergo fralis beatitudo essalis n' consistit in operoë ptis sensitivæ sed so in operoë ptis intellectivæ.

sub hac veluti precipua roë continent aliquas afert. d.th 3. g. gent. c. 27. ex cogo volustatis corporiæ et operoës ptis sensitivæ sint cões etz brutis, et n' perficiant hoïem im eo quod e pprium et nobilissimum hoïs, neq. coniungunt illum cum suo pprio fine vltimo, et n' ss. posse boni et lau dabiles sed so quaterus subijciunt superioribus operationibus recte ptis intellectivæ. atqi hæ roës colligunt etz ex doct. Aris lib. 1o ethicorum

Obiectiones ad versus dicta.

1o obijcit illud Isaiæ 65 nö 13 ecce servi mei comedent et vos esu rietis, ecce servi mei bibent et vos sitietis &a, et illud Lucæ 14 nö 15 beatus qui manducabit panem in regno dei, et capite 22 nö 30, ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus Regnum vt manducatis et bibatis sup mensam meam in Regno meo &a. ergo cum in his locis sermo sit de premio beatitudinis et promittat cibus et potus, inde colligi pot beatitudinem futuram in volustate sensitiva ex cibo et potu et alijs bonis corporis.

Rs ad locum Isaiæ aut illa verba refferri solum ad cibum et potum spiritalem mentis vt exponunt multi PP quos ibi adducunt leo de castro et alij, aut si refferrant etz ad cor poreum ista pponit ergo hac vita n' quasi beatitudo essalis hoïs etz in hac vita sed quasi qd n' arium ad alendam vitam

corpoream --

ad alia loca ex Luca R. illa intelligi de cibo et potu spi-
rituali sub metaphora et similitudine corporei, ut ibi
notant S. PP. et alij expositores et specialiter Maldo-
natus. enim Scriptura accomodate ad humanum sensum qui volup-
tatem et satietatem ex cibo et potu percipi solet, spiri-
tualem beatitudinis satietatem explicare sub metaphora
cibi potus ebrietatis et satietatis ut psalmo 16 no. 15
satiabor cum apparuerit gloria tua, psalmo 35 no. 9
inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente vo-
luptatis tuae potabis eos, et alibi saepe, ex aliis autem Scripturae
locis supra relatis patet constat supremam beatitudinem forma-
lem hominis etiam in habitu non esse in cibo et potu corporeo
aut aliis bonis sensibilibus sed quaerendum esse excellen-
tiorem cibum spiritualem atque.

2o objicit illud Job 19 no. 26. in carne mea videbo Deum
et cap. 42 no. 5. auditu auris audivi te nunc autem ocu-
lus meus videt te. Ubi significat Deum esse percipiendum
visu et sensu corporeo. Ergo formalis beatitudo essentialis potest con-
sistere in operatione potentiae sensitivae attingentis Deum.

Resp. negando utramque consequentiam. quia in illis locis non significat Deum viden-
dum esse oculis corporis; nam in prioribus verbis S. Job dicit in carne
mea videbo Deum hoc est ego qui post mortem surrecturus sum in
carne videbo Deum non tamen dicit se visurum Deum per carnem id est
per oculos corporeos, sic D. Aug. l. 22 de Civitate Dei c. 29 post
medium ait non dixit videbo Deum per carnem meam sed in carne mea
resurrectionem carnis prophetavit ac si dixisset in carne mea ero cum vi-
debo Deum, et D. Th. 1a p. q. 12 a. 3 ad 1um idem quoque non ita intelligi
quod oculo carnis sit Deum visurus sed quod in carne existens post
resurrectionem visurus sit Deum oculo mentis.

praeterea D. Aug. loco citato postquam asseruit in praedictis verbis
S. Job non dixisse videbo Deum per carnem addit: si hoc dixisset po-
sset Deus spiritus intelligi qui per carnem in carne videbit, et 4o 10

in sermonibus de tempore sermone 2.o de natali domini post ini tium quibus et etiam hanc exponit ut s. Iob loquatur etiam de deo incarnato qui factus est homo videndus etiam oculis corporeis.

in aliis autem posterioribus verbis quae obiectione relatis ex Iob 42 no. 5. Stilla verba auditu auris audivi te non denotant quod Iob corporeo sensu auditus deum ipsum audierit ita id quod addit nunc autem oculus meus videt te non denotat quod oculo corporeo viderit deum ipsum quare l. utrumque intelligit de aliqua peculiari cognitione spirituali per internum et spiritalem auditum et oculum mentis circa deum ipsum ut exponunt d. th et alii ubi supra. l. si referatur etiam ad cognitionem sensitivam hec fuit circa aliquos effectus sensibiles quibus quasi signis exterius dicitur deus audiri et videri; nempe auditis exterius verbis supernaturaliter a deo productis dicitur deus audiri quasi loquens et visa aliqua corporea figura sub qua deus exterius apparere vellet dicitur videri deus sic sepe in scriptura Antiqui Patriarche dicuntur audisse et vidisse deum qui illis apparebat sub imagine et figura alicuius rei corporee ut relatis testimoniis divi Ambro hieronimi Athanasii et greg. Nazian. exponit d. Aug. to. 2. in epistola 111 et 112.

dices: ipse d. Aug. to. 5. in lib. 22 de civitate dei c. 29 tractans hanc q. an beati visuri sint deum oculis corporeis afert sententiam quae utraque parte et non videtur omnino reiicere sententiam afirmantem, quin potius pro illa arguens ibi post medium sic ait. vis itaque prepollentior erit oculorum illorum ut videant etiam incorporalia. et postea quasi dubitans per interrogationem subdit: Si per videant corpora spiritu quod si tanta erit potentia spiritalis corporis ut corpore videat et spiritus. quae signat saltem non esse improbabilem sententiam quae afirmat deum videndum a beatis etiam per oculos corporis.

circa hoc apud authores est controversia quid d. Aug. senserit, aliqui existimant illum in hac re nihil detraxisse sed reliquisse hanc q. in dubiatam sub inquisitione, ita Vaz. ista parte disp. 40. c. 1.o et alii:- S. autem ibi lib. 2. c. 6. nu. 15 dicit d. Aug. habuisse

quidem pro comperto deum habuisse beatis oculo mentis et
incliniasse etiam in hoc qd non videat oculo corporis nunquam tamen
id docuisse ut omnino certum. — alij tamen absolute dicunt D.
Aug. id diffinisse ita frat. Egidius a 21 to. 1.o lib. 4. de bea
titudine finali. c. sua. 5. a. 2. § 4. no. 47.

dicendum videt quibus D. Augustinus haec pro utraque parte disputan
do initio dum nullam partem diffinierit tamen tandem diffinivit partem
negantem beatos oculis corporis visuros esse deum in se. ita sen
tiam D. Aug exponit D. Th. 1a parte q. 12 a. 3. ubi ad 2m desumptum
ex verbis D. Aug supra adductis in obiectione ita ait. Augustinus ver
bis illis loquitur inquirendo et sub conditione qd patet ex hoc qd
praemittit longe itaque potest alterius erunt (scilicet oculi glorificati) si
per eos videbit incorporea illa naturam qd post modum determinat ita
id quibus D. Th. ostendit ex eo qd D. Aug postea in illo met cap
29. asserit: oculos glorificatos sic visuros esse deum sicut nunc
oculi nostri vident alicuius vitam, vita autem inquit D. Th. non
videt oculo corporali sed per se visibile, sed ut sensibile per
accidens &a. —

ulterius ipse D. Aug in illo c. 29 paulo ante finem ait: fa
cilius est ad intelligendum qd deus ita nobis erit notus et con
spicuus ut videatur spiritu &a. et to. 2.o in epist. 6. paulo post
initium: deus inquit est lux mentium purgatorum non istorum
corporis oculorum, et subdit: erit ergo tunc mens idonea
quae illam lucem videat qd nunc non potest, hoc autem oculus
videre corporis neque nunc potest neque tunc poterit. — praeterea
in epist. 111 initio ait: non me poenitet scripsisse illam epis
tolam in qua dixi ipsius corporis oculos nec videre deum neque
esse visuros — id vero qd postea ad finem signat se dubie per
manere in inquisitione, referri videtur ad inquisitionem alterius
ibi an corpus post resurrectionem dicatur spirituale taliter ut con
vertatur in spiritum ut significant illa verba quae ibi ita praemiserat
de spirituali autem corpore qd in resurrectione habebimus utrum
in simplicitatem spiritus cedat ut totus homo iam spiritus sit an qd
magis puto sed non dum pleno iudicio confirmo ita futu

num sit spiritale corpus, ut ppt ineffabilem quandam facili
tatem spiritale dicatur serviet tn substantiam corporalem etc.
insuper idem d. Aug in illo to. 2 in epist.a 112 latius detinere
videtur deum omnino non esse oculis corporeis videndum a beatis ut
significantia quae docet tota illa epist.a praesertim v.o c. 11 et 12
et 16. item in to 3 lib.o de Trinitate c. 7. fere ad medium
ubi ait: videri autem trinitas humano visu nullo modo pot.
et c. 13 longe post medium dicit: incommutabilem dei substantiam
et invisibilem humanis oculis: —
Sed dices 2.o an certum sit beatos nec de facto videre nec posse
oculis corporeis deum videre omnino. Resp. certum est beatos oculis
corporeis nec de facto videre nec in potentiam ordinariam posse
videre deum omnino. ita commt docent d. th et alij 1a pte q. 12 a. 3.
Valen disp. 1a q. 12 puncto 1. Vasq disp 40. c. 2. ??. H. 1 lib. 2o
de atributis c. 6. no 4. et plures 1a q. q. 3. a. 3. ubi medi et late
egidius lib. 4. de beatitudine frali q. sua 1. a. 2. §. 1. et 2. et 3. fundum
est qa deus est spiritalis et incorporeus ut constat; res autem spiri
talis et incorporea non pertinet ad obiectum potentiae corporeae habens in se
pota visiva corporis quae sua natura est limitata ad res corporeas
et sensibiles.
nec divina pot illam de facto seu in potentiam ordinariam sua nali ele
vari ad percipiendum obm spiritale ac si inde et deum. qa qd sit
an id de pota absoluta repugnet necne de quo statim dicetur. tn nec
het idoneum fundum quo statuat illam ad id elevari quin
potius contrarium dicendum constat ex locis SS. et PP. quibus deus dicit
invisibilis et asserit neminem unquam illum vidisse ut Joan
1o no 18 et 1a Joan 4 no 12 et 1a ad Thimo. 6. no 16. quem nullus
hominum videt sed nec videre pot quae testimonia non solum denotant
deum sicut omnino non posse ab ulla creatura nalit videri oculo
corporeo seu mentali sed peculiarit etiam hent hunc sensum
qd nec sua nalit nullus oculus corporeus videt aut vidit neque videre
aut in potentiam ordinariam pot videre omnino hoc est spiritalem
illius substantiam quibus ad illam videndam sua nalit debet
oculus mentis nempe intus ut exponunt ss. PP. et alij inter
pretes in praedictis locis et coit scholastici sunt citati:
dificultas tn superest an de pota absoluta oculus cor

poreus possit elevari ad videndum deum immediate

sententiam affirmantem non quidem absolute statuit sed insinuant valen[tia] 1a 2ae disp. 1a q. 12 puncto 6 § sed quaeret ubi dicit non satis constare quod implicat contradictionem ut potentia aliqua sensitiva sic adeo iuvetur ut naturali sua l[umine] dono aliquo gratuito valeat non solum obiecta sensibilia corporalia percipere sed etiam aliquod obiectum spirituale ac proinde deum ipsum etiam percipere.

Sed dicendum hanc depositionem absoluta fieri posse ut oculus corporeus videat deum immediate hanc ut certam sententiam docent auctores cum d. th. 1a parte q. 12 a. 3 ubi vasquez disp. 40 c. 2 et 3 [S]. 14 2o de atributis c. 6 n. 5 medina q. 12 a. 3 salas tract. 2o disp. 5 sectio egidius lib. 4 de beatitudine formali q. sua 5 a. 3 q. 2 et alii ab illis relatis quos tamen sunt varii in ideo explicandi et defendendi quorum multi videntur parum firmi ut ibidem probat egidius et ex alibi dictis ac dicendis ostendi potest.

omissis aliis hoc unicum fundamentum assignandum est ad huius d. quae etiam argumenta contraria dissolvunt aliud est asserere quod oculus corporeus possit elevari ad producendum aut etiam ad recipiendum aliquem actum circa obiectum spiritualem, aliud vero quod possit elevari ad hoc quod per talem actum formaliter percipiat et cognoscat ipsum obiectum spirituale primum quidem licet consequenter ad aliquas sententias in aliis variis materiis probabiles non ostendatur 2a tamen docet negandum est quasi repugnans bene tamen ratio autem discriminis est quod oculus corporeus aut alia potentia elevetur ad producendum aut etiam recipiendum aliquem effectum quem nullo modo potest naturaliter producere aut recipere fieri potest per hoc quod deus in genere causae efficientis sese naturaliter adiungit illam potentiam et sic haec ratio tamen receptam docet probabile potentiam corporeum elevari posse ad producendum ipsum spiritualem ut conceditur in sententia quod sacramenta et Christi domini humanitas sint instrumentalia ad productionem gratiae ut exponunt S. 3 parte 1o disp. 3 sect. 3 et alii et ex pluribus in materia de in communi disp. 20 c. 2 itaque consequenter ad hanc docet probabiliter concedi potest oculum corporeum posse elevari ad producendum actum circa obiectum spiritualem nam in hoc non assignatur peculiaris ratio discrimen ostendens id repugnare.

praeterea sic etiam ex multorum sententia conceditur potentiam passivam elevari posse ad recipiendos effectus quos nullo modo posset naturaliter recipere neque

quod ma

4 quod mens Angeli possit per se naturaliter elevari ad recipiendum ali quam aut simul plures species connaturaliter non possit, sicut et quod aliqua species possit monstrare aliquid aut simul plura sub aliqua naturaliter non possit, ut etiam explicat Scotus in 2º d. 1ª q. 3 et s. § Ad hec ratio et ostendit ex his que etiam diximus in materia de incarnatione q. 15 c. 5. post 1am sententiam et 2am in illius fine et a fortiori id stabilit asserit in ea sententia, que ut ibidem exposuimus concedit naturam etiam corpoream posse trahi per subsistentiam alienam etiam spiritualem v.g. Angelum, ita etiam Suarez et alii docent verisimiliter concedi potest oculum corporeum posse elevari ad recipiendum in se actionem circa obiectum spirituale, unde tamen non sequitur ab illo formaliter percipi seu cognosci obiectum spirituale, sicut neque ex eo quod spiritualis qualitas in intellectu innixa aut etiam gratia habitualis constitueretur in lapide sequeretur illum reddi formaliter intelligentem aut Deo gratum et amicum, ut ostendimus c. praecedenti ad 5 finem.

Ceterum quod oculus corporeus aut alia potentia elevet ad percipiendum seu cognoscendum aliquod obiectum spirituale, vel etiam aliud corporeum quod nullo modo continetur intra latitudinem obiecti naturaliter ab illa perceptibilis, fieri nequit per hoc quod Deus in genere causae efficientis adhibet talem potentiam, nam hoc quod est percipere seu cognoscere obiectum non importat in illa potentia actiuum aut passiuum in effectu, sed importat effectum formalem et denominandum qui ex tali ratione vitali consurgit ex entitate cognitionis et ex potentia vere se perceptiua illius obiecti, hoc est quae ex se habeat proportionem, ut mediante tali cognitione possit formaliter percipere seu cognoscere illud obiectum quasi inclusum intra latitudinem obiecti ad quod aliquo modo saltem imperfecte percipiendum potest naturaliter extendi, sic in locum hic illud primum communi acceptatione receptum quod nulla potentia possit ferri extra suum obiectum adequatum, nempe non potest formaliter percipere illud obiectum quod non continetur intra latitudinem obiecti aliquo modo saltem imperfecto connaturaliter ab illa perceptibilis, atque hac ratione ex communi etiam docet receptione neque per potentiam absolutam fieri posse ut ulla potentia cognoscitiva aut appetitiva versetur extra suum obiectum adequatum naturaliter ab illa attingibile aliquo modo saltem imperfecte: hac ratione bono modo exposita apte etiam probat idque communi consensu etiam asserit neque

per potentiam Dei absolutam fieri posse ut oculus percipiat sonum aut auditus colorem, aut aliqua alia potentia percipiat ullam rem quae non contineatur intra latitudinem obiecti adaequati habeat proportionem ut naturaliter aliquo modo saltem imperfecto valeat illud percipere. unde a fortiori sequitur neque supernaturaliter fieri posse ut oculus corporeus aut ulla alia potentia corporea elevetur ad percipiendum obiectum spirituale cum nullam habeat proportionem ut naturaliter ullo modo etiam imperfecto valeat illud percipere. atque id ideo contineri intra latitudinem obiecti ullo modo etiam supernaturaliter ab illa perceptibilis defectu proportionis requisitae in genere essentiali quae non potest supernaturaliter suppleri quia essentialiter includitur in hoc esse essentiali seu denominatione qua potentia dicitur percipere seu cognoscere obiectum.

Confirmatur 1° quia a priori et propria ratione huius esse essentialis seu denominationis qua aliqua potentia dicitur essentialiter percipiens seu cognoscens aliquam rem apte intelligitur essentialiter includi talis proportio in genere essentiali ex parte potentiae ut ex se sit essentialiter idonea ad hoc quod naturaliter aliquo modo saltem imperfecto possit per aliquem actum sibi connaturalem percipere eam rem. unde id quod nullo modo est naturaliter ab illo perceptibile intelligitur esse etiam omnino etiam supernaturaliter extra obiectum ab illa perceptibile, et insuper hoc quasi a posteriori probatur quia nisi id afferatur non restat alia ratio ita apte satis faciens cur dico nequeat fieri posse ut visus supernaturaliter percipiat sonum et auditus colorem et quaevis alia potentia quodcumque aliud obiectum. item cur etiam lapis si supernaturaliter in illo constitueretur entitas visionis aut intellectionis non esset essentialiter videns et intelligens, sane cum haec ex omnibus dicitur non concipiant probabiliter posse dici ad id nulla alia aptior ratio assignari videtur quam praedicta.

Confirmatur 2° quia haec etiam non assignatur aptior ratio ob quam intellectus creatus potest elevari ad videndum Deum, potentia vero non quia illum habet intra suum obiectum aliquo modo saltem imperfecto naturaliter perceptibile. verum licet naturaliter nequeat habere visionem Dei potest tamen supernaturaliter ad illam elevari quia per illam non extenditur ultra suum obiectum adaequatum imo non supplet proportio in genere essentiali requisita ex parte potentiae perceptibilis sed solum in genere efficientiae supplet influxus requisitus ut in illa producat et recipiat visionem beatificam. — ad hoc

locum habet id quod molina 1 parte q. 12 a. 3. asserit ex eo quod intellectus noster habeat pro obiecto ens in communi sub quo continetur Deus, fieri posse vi sua naturali ut evehatur ad visionem Dei, quia per illam non extenditur ultra suum obiectum, sed solum fit ut percipiat suum obiectum altiori cognitione quam naturaliter valeat illud idem percipere. quod etiam docent alii ibidem.

hinc solvitur argumentum quod ita obiici solet: magis distat intellectus creatus a Deo quam oculus corporeus ab Angelo, sed noster intellectus potest supernaturaliter elevari ad videndum Deum, ergo et oculus corporeus poterit supernaturaliter elevari ad videndum Angelum et alias res spirituales.

Respondeo distinguendo antecedens: magis distat quoad perfectionem, nego, quoad proportionem in ratione potentiae perceptivae et obiecti perceptibilis; nam licet intellectus creatus quoad perfectionem distet infinite a Deo, tamen quia est potentia cognoscitiva spiritualis respiciens ultimam latitudinem entis, habet etiam ipsum Deum intra suum obiectum aliquo modo saltem imperfecto naturaliter attingibilem, unde fit ut supernaturaliter elevari possit ad idem obiectum cognoscendum altiori cognitione, nempe visione beata, ut dictum est.

hoc optime explicat D. Th. 3. contra gent. c. 54 ubi cum adduxisset medium in italia sic ait: divina substantia non sic est extra facultatem intellectus creati quasi aliquid omnino extraneum sit ei sicut sonus a visu, vel substantia immaterialis a sensu, sed sic habet se sicut excellens sensibile erga sensum. unde colligit ipsum intellectum creatum posse supernaturaliter confortari aliquo lumine ita ut videat ipsum Deum sicut in se est, et ad finem ait: intellectum illum et Deum esse proportionem habitudinem intelligentis ad intellectum.

oculus autem corporeus eo ipso quod sit potentia cognoscitiva corporea quae potest non nisi alligata organo corporis, nullam habet proportionem in ratione potentiae perceptibilis cum Angelo aut aliqua re spirituali, et ideo non potest ad illam percipiendam elevari, aeque ac non neque ad videndum Deum, quae ratio habetur ex D. Th. et aliis 1 parte q. 12 a. 3. solet autem adversus hanc expositionem variis modis pariter probabilius et verisimilior videtur ille quem supra explicuimus ex eo quod respectu potentiae intentionis est supernaturalem proportionem per visionem alicuius obiecti non potest suppleri quamvis specialis supernaturalis in illa sit in hoc casu speciali seu divino modo qua potentia deinde percipere obiectum quam vis possit supplere quamvis quoad activa aut passiva quoad influxum re

quisitum ad perdendam aut recipiendam entitatem esse; et ut possimus hic omissis alijs atque etiam illa dicta et explicata solui possint in hac et alijs materijs plura alia argumenta quae a multis videntur inextricabilia.

Ultimo loco ad 2am conclusionem propositam restat obiectio illorum philosophorum qui nostram naturalem beatitudinem in operatione sensitiva collocantes ita argumentabant. omnes homines appetunt voluptatem et delectationem sensibilem per se existimantes per illam se explendam et saciandum suum appetitum. quod signum est in illa consistere naturalem beatitudinem.

Ad hoc dicendum est. quibus illud locum habeat in hominibus errantibus caecitate intus et appetitus malitia depravatis quos merito Aristoteles libro 1° Ethicorum ad Nicomachum c. 5. appellat serviles pecudum vitam eligentes; non tamen locum habet in hominibus prudentibus et probis qui etiam naturali lumine rectae rationis cognoscunt voluptates corporeas non esse per se appetendas sed subijciendas rectae rationi ac legibus et hac potissimum etiam in hac vita acquiri tranquillitatem. unde etiam antiquis philosophis sapientibus Cicero lib. 1° de finibus sapientia inquit ars vivendi putanda quae praecipue in tranquillitate animi posita cupiditatum ardore restinctos et ut refert Aristoteles lib. 3. Ethicorum ad Nicomachum c. 4 paulo post initium et versus finem regula et mensura eorum quae sunt vere bona et appetenda dicitur esse vir probus non vero vulgo deceptioni et depravationi subiecto. quod etiam docet lib. 10. c. 3 et 5. ubi paulo ante finem inter alia sic ait. unius cuiusque mensura est virtus et bonus vir quatenus talis. idem etiam c. 6. post medium. praeterea lib. 7. moralium ad Eudemium c. 2. paulo ante finem ubi animum et affectum hominum proborum comparat cum oculo puro et gustu sano ac bene disposito et dicit ea esse eligenda quae illis probantur non vero ea quae pueris et bestijs. et subdit sicut se habent pueri et bestiae ad hominem cordatum ita hominem stolidum et pravum se habere ad moratum et sapientem unde constat quam apte etiam ipsum lumen rectae rationis consonet cum doctrina Sacrae Scripturae in qua saepe hoc habetur. varijs locis qui ex concordantijs bibliorum invenient.

a. 3. Q. an formalis beatitudo in Patria includat essentialiter multas operationes, an vero sit solum una operatio potentiae intellectivae.

De formali beatitudine essentiali quae ut ex praecedenti q. posuimus consistit in operatione potentiae sensitivae et intellectivae controversia est an includat essentialiter multas operationes potentiae intellectivae siquidem nomine potentiae intellectivae denotatur nostra anima quae ut rationalis cum spiritualibus potentiis intellectus et voluntatis quibus conueniunt diversae operationes erga deum.

1a sententia absolute affirmat formalem beatitudinem includere essentialiter multas operationes. ita Ricar. 4. sententiarum d. 49. a. 1o. q. 6. corpore. Ubi sic ait: beatitudo consistit in actu intellectus et voluntatis simul, Maioribidem q. 3, supplementum gabrielis q. 2. a. 3. dub. 3. Marsi. q. 13. a. 1. notabili. 2. Vega lib. 9. in tri dent. c. 3, Cordoba lib. 1o quaestionarij q. 4. et alij.

2a sententia ita distinguit ut altera sit beatitudo in essentia hominis, altera vero potentiarum, et priorem dicit consistere in una sola operatione nempe in illa per quam nostra seu essentia hominis perfectissime attingit deum; posteriorem autem includit essentialiter multas operationes. ita Scotus. 4. sententiarum d. 49. q. 3.

3. sententia aliter distinguit beatitudinem unam contemplativam in intellectu alteram vero practicam in voluntate supposito actu practico intellectus, et ex utraque constitui essentialiter unum aggregatum. ita Paludanus 4. sententiarum d. 49. q. 3. a. 2. n. 3. et 5.

Ad praedictas reduci possunt plures aliae sententiae quae referri solent pro parte affirmante beatitudinem formalem essentialiter includere multas operationes.

4. sententia absolute opposita dicit beatitudinem formalem essentialiter consistere in una sola operatione. ita graues autores infra citandi in corpore.

5. denique sententia problematice defendit utramque partem sive affirmantem sive negantem formalem beatitudinem essentialiter esse unam aut multas operationes, ita ut dicat quamlibet partem et utramque

posse probabiliter defendi. et idcirco pro qualibet parte affe
rat rationes probabiles et solvat argumenta contraria. ita Egidius
in 2 q. 1° lib. 4. de beatitudine finali et summa q. 7. a. 2. § 3. ad 3.
ubi asserit sibi non constare quaenam pars sit probabilior
et utramque videri positam in equilibrio. Valentia autem
to. 2. disp. 1ª q. 3. puncto 4. § mihi de hac quaestione fateor quidem
utramque partem esse probabilem addit tamen sibi probabiliorem
videri illam quae asserit beatitudinem formalem essentialiter
consistere non in solo actu intellectus aut voluntatis sed in
utroque quatenus per utrumque mens beati perfecte cum
deo coniungitur summumque bonum adipiscitur cum quiete
plena appetitus.

Praeterea Salas 1a 2ae q. 1° tr. 2 disp. 1. sect. 5 § 4. per varias
rationes ostendit utramque partem esse probabilem nihilque ibi quoad
hoc punctum decernit an quaelibet sit aeque probabilis vel
altera probabilior quamvis postea § 5. facta comparatione inter
sententiam d. thomae constituentis formalem beatitudinem essentialiter
in visione dei et sententiam Scoti collocantis illam in amo
re dicat longe probabiliorem esse sententiam d. thomae.

Pro explicatione quoniam in hac quaestione apud multos propter varias
beatitudinis acceptiones videtur esse confusio et differentia in modo
loquendi notandum est 1°. certum esse beatitudinis seu felicita
tis nomen solere sumi variis modis ita ut aliquando tribuatur toti
aggregato ex multis operationibus intellectus et voluntatis aliquando
vero soli operationi aut intellectus hoc est visioni dei, aut volun
tatis nempe amori seu gaudio vel delectationi quam aliqui
etiam fruitionem dei appellant.

hec autem acceptionum varietas esse nominis beatitudinis seu fe
licitatis ostenditur ex usu tum antiquorum philosophorum tum etiam
sanctorum PP. et Scholasticorum etiam iuxta communem loquendi usum. de
1° Aris. lib. 1° ethicorum ad nicoma. c. 8. paulo ante finem sic ait:
omnia haec operationibus secundum virtutem insunt, has autem aut unam
ex his quae optima sit felicitatem asserimus et lib. 10. c. 5. ad f.
sive igitur inquit una sive plures sint beati viri operationes. &
ex quibus verbis sub disiunctione prolatis colligitur felicitatis seu bea

ritudinis nomen tribui aut uni aut pluribus operationibus
et c. 6 ad f. felicitas in q̃ẽ consistit in operationibus
quæ ex uirtute proficiscuntur. ceterum ipse Aris. qdo decre
statuit suam propriam sententiam circa felicitatis essentiam tan
potius in una eaque præstantissima operatione contemplationis
collocat ut constat ex eodem lib. 1. c. 7. et alijs locis infra
adducendis proxime circa.
qd autem SS. PP. et alij graues autores beatitudinis nomen
aliqdo tribuant aggregato ex multis operationibus constat ex eo
rum locis quæ afferentur infra in hoc c. in 1a ratione obiter.
qd. uero aliqdo etiam illud tribuant soli operationi intellectus, nempe
uisioni dei patet ex alijs eorum testimonijs quæ adducentur
c. sequenti sect. 1a post circa 1a et 2a probationem. denique
qd interdum etiam illud tribuant operationi uoluntatis ni
mirum amori dei aut gaudio l. fruitioni ostenditur etiam
ex alijs locis referendis in eodem c. sect. 2a differ. 1a
2o res tandem cum sæpe apud autores dirigat eandem naturam
uarie sumptum tribui diuersis rebus præsertim in diuersis
locis in quibus non tractant ex instituto de essentia alicuius
rei sed solum illam aut obiter attingunt aut accommo
date ad aliquem usum a posteriori describunt ut discernat
quænam uere sit eorum mens attendi debet doctrinæ quam
tradunt in locis in quibus magis ex professo de illa re disputant.
et perpendendo illorum contextum et fundamenta colligendus
est sensus illis consentaneus circa naturam rei de qua agitur.
 cum autem cuiuslibet rei essentia adæquate sumpta
sit tota eius substantia et quidditas hoc est illa ratio per quam
adæquate talis res intelligitur constitui et sine qua non con
cipitur adæquate constituta et respectu cuius alia illi adiuncta
intelliguntur circa accidentia quæ apte concipi ualent illi adesse
aut abesse quin eo ipso finaliter tollatur eius substantia, quo
pacto sæpe Aris. et alij philosophi dicunt essentiam rei circa illius substantiam
et quidditatem cui alia accidunt, in quo sensu huius non
de accidentalitate sumpto ut condistinguitur ab essentia, locum habet

id qd dialectici in ttt praedicabilium c. de accidenti d[icu]nt accidens e[st] qd adest et abest praeter subiecti corruptionem in praesenti ad dicernendam essentiam beatitudinis formalis oportet perpendere an huius nam ratio adaequate illam constituens possit oportere intelligi et salvari in una sola operatione necne.

3. notandum est qd d. Aug. t. 3. lib 13 de trinitate c. 4 ... sic ait: mirum est cum capessendae atque retinendae beatitudinis voluntas una sit omnium, unde tanta existat de ipsa beatitudine varietas atque diversitas, et t. 5. lib 10 de civitate dei c. 1. in principio omnium in quit certa sententia beatos esse omnes homines velle qui autem sint, vel unde fiant dum mortalium quaerit infirmitas multae magnaeque controversiae concitatae sunt in quibus philosophi sua studia et otia contriverunt, quas in medium adducere atque discutere in longum et non necessarium.

omissis autem antiquorum philosophorum et haereticorum erroribus qui sicut circa beatitudinem obiectivam errarunt docentes illam consistere in variis rebus creatis, ita etiam errarunt circa beatitudinem formalem constituendo illam in variis operationibus non ad deum sed ad res creatas tractis. qui errores confutant cum fundamentis suis positis in hac disp. c. 1o et 7. apud Catholicos cum certum sit essentialem beatitudinem obiectivam consistere in solo deo ut ostendimus superius c. 2. consequenter etiam certum est debet essentialem beatitudinem formalem in patria sive essentialiter includat multas operationes sive duntaxat unicam non esse constituendam in operatione circa obiectum creatum sed circa increatum nempe deum ac proinde nullam operationem sensibilem siquidem non attingit deum pertinere ad formalem beatitudinem essentialem ut probavimus c. praecedenti in corp.

quare cum operationes in patria attingentes deum reducantur ad tres, quarum 1a est visio ipsius dei 2a amor charitatis formaliter amicitiae quo deus ut est in se bonus diligit propter se 3a amor con

sufficientis quo diligit deus ut summum bonum nobis
commodum et iocundum de quo delectamur et gaudemus
qui actus dicit(ur) etiam delectatio seu gaudium. Sed fruitio ex-
plicandum an finalis beatitudo in patria includat essentialiter
omnes has tres operationes vel saltem duas vel sit solum una quam aliae
veluti proprietates comitantur.
Sit conclusio finalis beatitudo in patria non includit essentialiter multas ope-
rationes sed illius essentia consistit in una sola et praestantissima
operatione deum assequente cui aliae veluti proprietates sunt annexae.
Haec conclusio colligitur ex solo parte doct. d. Thomae sed etiam aliorum, d. Thomas
1.2. q. 4 a. 4 corpore a parte divinae quando sic ait: ad beatitudinem
duo requiruntur, unum quod est essentia beatitudinis, aliud quod est
quasi per se accidens eius; et subdit quantum ad id quod essentialiter
beatitudo in solo quod consistat in actu voluntatis, unde
infert illam consistere in solo actu intellectus. quod ibidem expo-
nunt Caiet. Med., Conradus, Vasq. disp. 10. c. 2., praeterea
Capreolus 4 sententiarum d. 49 q. 2a a. 1o ad 1a et 2o et a. 3. ad arg.
a 1o et 3o contra, Durand ibidem q. 4 vero 2a et 4., Scotus q.
1a a. 3. Suarez 3. p. quaest. c. 28. et 26. et plures alij.
Colligit ex doct. Aris. lib 10 ethicorum ad nichomachum c. 7. in principio
ubi dicit felicitatem esse praestantissimam operationem eamque quod opti-
mum et subdit illi adiunctas esse alias operationes ut voluptatem
quae cum sapientia sit. idemque habet ex c. 8 et alijs locis in quibus beati-
tudinem collocat in operatione contemplativa ut ostendetur c. sequenti.
Explicatur et probatur essentia cuius libet rei consistit in ratione prima
per quam talis res intelligit constituta quasi radix quam
comitantur aliae perfectiones. Sed haec ratio in finali beatitudine pa-
triae sufficienter et optime intelligit consistere in una sola et praestan-
tissima operatione quae fit dei assecutio quam comitantur aliae operationes
ergo finalis beatitudo patriae non includit essentialiter multas operationes
sed unam. maior constat ex communi consensu et propria ratione quae
in qualibet re ratio quae est illius essentia consistit ab eo quod dilli-
gitur ut ex positione sua notabili 2o.
Minor vero sic probatur quia inter omnes operationes deum attingentes prima et
praestantissima assecutio dei nam facta comparatione inter operationes

diversi spã in ordine plures qualis perfectionis essalis sed
una est prestantissima hac autem in patria esse intelligi-
tur ratio una per quam constituitur beatitudo formalis quasi
radix quam comitantur aliae perfectiones quae illi causant quod
sit una et prestantissima assecutio beatitudinis obiecti, aliae
vero operationes illi necessario annexae intelliguntur ad ipsam quasi
perfectiones accidentales, atque hoc amplius probabit ex dicendis
e sequenti ostendendo formalem beatitudinem essalit con-
sistere in visione dei

obiectiones contendentes formalem beatitudi-
nem essalit includere multas operationes

1.º obiicit: id quod diffinivit in quadam extravaganti quae habetur
Castro de hæresibus lib. 2. verbo beatitudo haeresi 6. refert
sub nomine benedicti 12 quem beatus alii et medina hic q. 3. a. 4. pau-
lo post initium in 1.ª arg. et vas. disp 10. c. 10 § hec sententia ex
Marsilio, et supplemento gabri. tribuunt illam benedicto
12, in hac inquam extravaganti ita habet: diffinimus animas
esse vere beatas visione et fruitione dei. ergo dicendum
beatitudinem formalem patriae includere essalit multas ope-
rationes, siquidem ibi diffinit animas esse vere beatas visio-
ne et fruitione dei.

Propter hoc aliqui ut Vega et Corduba supra citati in 1.ª sententia
asserunt diffinitum esse quod formalis beatitudo consistat essalit
in multis operationibus nempe in agregato ex dei visione per-
tinente ad intellectum, et fruitione pertinente ad voluntatem

Sed immerito asserit id esse diffinitum loquendo de formali be-
atitudine essali ut recte notant Cano lib 12 de locis theolo-
gicis c. 14 ad finem; vas. hic disp 10. c. 2. ad finem, egidius lib 4.
de beatitudine formali e sua q. 3. no. 18 et § 4 no 17. et alii afferen-
tes in hoc nihil esse ab ecclesia diffinitum idque constat ex com-
muni consensu et praxi qua in scholis probabilit defenditur aut
sententia d. tho. constituentis formalem beatitudinem essalem
in sola visione aut sententia scoti collocantis illam in amo-
re, quod non permitteret si diffinitum esset illam essalit
consistere in multis operationibus. quare ad obiectum R. 1.º non
esse certum an in illis verbis quibus dicit animas esse vere beatas

vissione et fruitione dei nomen fruitionis sumat stricte pro
operatione voluntatis nam saepe sumi solet latius ita ut
tribuatur etiam vissioni dei ut notat sotus 4 sententiarum d.
49 q. 1a a. 4 c. 3 ubi dicit beatitudinem consistere in visse
et fruitione non quod sit res diversa sed quod ut sit idem quod in quo
dam sensu ipsa vissio dicit fruitio quod probat ex quodam
loco d. thomae; (quem superius in illo a. 4 § eandem adnuc
vat) et disputatis disputanda q. 5 a. 1 ad 15 quasi ibi d.
th. ipsam met vissionem apellet etiam fruitionem quam quibus
d. thomae non utat his terminis et aliis aequivalentibus ei videt
asserere nam ita ait: sint bona quorum congregatione
status beatitudinis perficitur primum coniunctio ad finem
cum cum ipsa dei fruitio sit creaturae rationalis beatitudo.
quibus verbis d. th. satis indicat ipsam etiam vissionem dei
in qua sola alibi multis locis aperte constituit essentiam
formalis beatitudinis apellari etiam fruitionem, et 1a 2ae q.
11 a. 1o ad 1m ipsa inquit vissio dei in quantum vissio actus intellectus
est in quantum bonum et finis voluntatis obiectum et hoc modo
eius fruitio, ex quibus verbis constat nomen fruitionis in quo
dam sensu tribui etiam vissioni dei.
specialiter autem lorca 1a 2ae in disp. 17. de beatitudine membro 2
§ ad nonum dicit probabilius esse in praedicta extravaganti cum dicit
animas esse vere beatas vissione et fruitione dei nomine fruitionis non de
notari operationem distinctam a vissione dei sed ipsam vissionem eo quod
sit possessio et dei participatio ex qua talem et tantum fructum perci
pimus apellari etiam fruitionem eo quod probat ex alia simili locutione
qua in decretalis in clementina ad nostrum dicit animam indigere
lumine gloriae ipsam elevante ad videndum deum ipsoque beate
fruendum, ubi cum asserat animam per lumen gloriae elevari
ad videndum deum eoque fruendum in dicat nomine fruitionis deno
tari etiam ipsam vissionem dei ad quam concurrit lumen gloriae
non vero ad actum voluntatis.
sed ad intendo in praedicta extravaganti nomine fruitionis denotari ope
rationem a vissione condistinctam nempe actum voluntatis (ut admi
tunt medina vazquez et alii fere citati ante in solutione) resp. 1o ibi

sic diffiniri animas esse vere beatas visione et fruitione dei, hoc est illas statim ac habent dei visionem et fruitionem habere beatitudinem hoc n. quod pertinebat ad punctum ibi propositum Pontifici, an iustorum animae sint vere beatae ante resurrectionem corporum et 2a eos qui id negabant diffinivit sententiam affirmans his verbis (ut in illa extravaganti ad verbum relata habetur apud Castro supra citatum in 1a obiectione) diffinimus quod ante resumptionem suorum corporum ipsae vident divinam essentiam quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur nec non quod tali visione et fruitione sunt vere beatae et habent vitam aeternam.

quare inde ostenditur ibi sic diffiniri id in quo omnes Catholici conveniunt nempe animas iustorum sufficienter expiatas etiam ante resurrectionem corporum obtinere dei visionem et fruitionem et sic esse vere beatas quod locum habet in qualibet sententia circa essentiam beatitudinis formalis an sit aggregatum essentialiter ex multis operationibus an vero una operatio cui aliae quasi proprietates adiungantur ut recte notant Sanct. Vasq. et Egidius supra relati ante 1am solutionem.

2o obiicit. auctoritas D. Aug. variis locis in quibus significat beatitudinem esse quoddam aggregatum ex multis bonis seu perfectionibus ut patet in lib 13 de trinitate c. 5. ad finem: beatus enim quippe est qui et habet omnia quae vult et nihil vult male, cui consonat diffinitio beatitudinis communiter recepta ex Boetio lib. 3 de consolatione prosa 2 paulo post initium beatitudo status bonorum omnium congregatione perfectus. —

ex hoc et plura alia similia testimonia quae absolute videntur tribuere beatitudini aggregatum omnium bonorum abhinc etiam ex parte ab ipsis adversariis siquidem neque ipsi concedunt totum statum beatitudinis esse quod aggregatum formaliter ex omnibus bonis utcumque.

R. igitur illa si referant ad formalem inclusionem multarum perfectionum realiter diversarum intelligi de statu beatitudinis consummatae quoad essentiam et proprietates accidentales ei consentaneas, ita quod talis status includit non solum

eminenter seu virtute, id est, formaliter omnia bona quae decent beatum, atque hic sensus pertinet ad institutum Patrum explicantium beatitudinem et a posteriori per proprietates illi accidentes neque excludit alium sensum quo iuxta rigorem scholasticum loquendo praecise de essentia beatitudinis formalis dicit illam consistere non in aggregato ex multis operationibus sed in una praestantissima operatione quae sit una assecutio dei quae est summo dicit. Status perfectus omnium bonorum aggregatione non formaliter sed eminenter quia possessio dei eminenter continentis omnia bona. quo sensu etiam d. Th. hic q. 3. a. 3. ad 2m beatitudo inquit perfecta dicitur habere congregationem omnium bonorum per coniunctionem ad universalem fontem totius boni non quod indigeat singulis particularibus bonis et a. 4. corpore dicens id quod est essentia beatitudinis formalis et id quod est accidentale asserit actum voluntatis et gaudium seu delectationem esse consummationem accidentem beatitudinis et hoc modo explicat mentem d. Aug. neque ex verbis ipsius d. Aug. aut aliunde ostenditur ha ab illo negari cum etiam ipse aliis locis s. sequenti adducendis saepe asserat visionem dei esse nostram beatitudinem.

3. objicitur testimonium d. Bernar. in epistola 18 ad Petrum diaconum Cardinalem circa medium ubi loquens de nostra beatitudine ait: <u>illa quasi duobus quibusdam brachiis cognitione et dilectione veritatis amplectitur etc.</u> quibus verbis videtur constituere beatitudinem formalem in aggregato ex cognitione et amore.

Respondetur id intelligi de beatitudine consummata et secundum proprietatem accidentem. unde ipsemet d. Bernar. in illa epistola ait: <u>pro gradibus consummat intellectus amor etc.</u> neque ex verbis et contextu probari aliud ab illo contendi.

4 objicitur id quod habetur in Cathechismo Romano iussu Pii 5. edito ubi circa symboli articulum ad illa verba vitam aeternam c. 13 n° 7. ita dicit: <u>solita beatitudo quam essentialem communiter vocare</u>

incogitas ut deum videamus, cuius pulcritudine perfrua-
mur. que verba cum addant limitatam de beatitudine que
appellatur essentialis significare videntur etiam beatitudinis finalis
esse quod aggregatum ex multis operationibus nimpe vissione et fruitione
dei. -

quod attinet ad authoritatem huius libri notandum est illum quam-
vis fuerit iussu pij 5. editus non tamen fuisse ab eo approbatus, unde
quibus sit gravis authoritatis non tamen tantae ut necesse sit om-
nia que in illo habentur defendi. Secundo neque ex predictis verbis probatur
aliquid efficaciter contra nostram conclusionem nam primo ibi non ostenditur nomine
fruitionis denotari operationem distinctam a vissione beata ut
dictum est supra ad primum obiectionem. 2° quamvis id denotaret adhuc
cum dicit eam appellari essentialem beatitudinem id ita intelligitur
ut per essentialem beatitudinem significatur illa que ut cum que
attingit etiam dei simul cum vissione beata in inseparabi-
liter coniungit quasi proprietas sit et explicatur similis
modus loquendi quo D. th. aliquando fuit ussus ut dicitur ad se-
quentem obiectionem.

5. obijcit. D. th. 1a 2e q. 1a a. 8 corpore ubi ait: homo et aliae rationales
creaturae consequuntur ultimum finem cognoscendo et amando
deum. ergo sentit finalem beatitudinem essentialem consistere in
aggregato ex cognitione et amore dei, nam finalis beatitudo est
consequutio ultimi finis et dicit creaturas rationales consequi
ultimum finem cognoscendo et amando deum.

respondetur negando consequentiam. quia D. th. ibi ante loquitur de consequutione
late sumpta que consummatam scilicet non etiam proprietatem
proprietatem actualem beatitudinis finalis nam essentia beatitudi-
nis non est quecumque operatio per quam quovis modo late loquendo
creatura rationalis dicitur consequi ultimum finem sed solum
illa que est prima consequutio per quam ultimus finis fit pre-
sens et cui veluti radici annectuntur aliae operationes. atque hanc
esse mentem D. thomae constat ex eo quod ipse explicat hic q. 3 a. 4
corpore dicens: beatitudo est consequutio ultimi finis. conse-
quutio autem ultimi finis non consistit in actu voluntatis
et postea subdit: consequimur ipsum per hoc quod fit presens

nobis per actum intus et quod hoc amplius exponit capite
sequenti.
dicis ipse etiam D. Th. infra l. 4 a. 8 ad 3. sic ait: perfectio cha
ritatis essentialis beatitudini quantum ad dilectionem dei. Ergo expri
mat etiam consequutionem dei per dilectionem ex charitate esse de essentia
beatitudinis siquidem ibi dicit illam esse essentialem beatitudini
et alibi etiam asserit charitatem esse premium essentiale beatorum
R. negando consequentiam. quia D. Th. ibi dilectionem dei appellat essentialem
beatitudini eo quod inseparabiliter sequitur essentiam beatitudinis
formalis attingendo etiam essentiam dei quasi obiectum sub ratione boni et
in hoc sensu vocat illam essentialem ad differentiam aliorum actuum
qui non sequuntur inseparabiliter essentiam beatitudinis formalis neque
attingunt quasi obiectum essentiam dei. quare dilectionem dei non vocat essentia
lem beatitudini quasi sit de illius essentia ut patet ex eo quod ipse
met l. 3. a. 4 corpore initio ait: quantum ad id quod essentialiter est
beatitudo in solo quod consistat in actu voluntatis, et postea
ad finem dicit: essentia beatitudinis in actu intellectus consistit.
preterea id ostenditur ex opusculo 72 de concordantiis quibus D. Th. se
ipsum concordat in locis qui apparent contrarii nam ibi longe
post medium (columna 7. v. consequenter d. 25. ubi querit an
divinae personae mittantur ad beatos) obiciens sibi quomodo in eo
d. dixerit charitatem pertinere ad premium essentiale beatorum
cum alibi multis locis docuerit essentiam beatitudinis positam esse in
actu intellectus. R.: id quod ibi dictum est non ostendit quod essentia bea
titudinis sit in voluntate sed quod charitas pertinens ad substantiam
gaudii quia inseparabiliter concomitatur visionem beatam quod tantum
verum de multis alijs gaudiis accidentalibus.
hinc colligendae solutio ad plura alia loca quae obijci possent ex D.
Th.a nam cum de illius mente hic l. 3. a. 4 et 8. et lib. 3. contra gent
c. 26. et alijs locis in quibus ex instituto disputat hanc quaestionem aper
te constet illius sententiam esse quod formalis beatitudo patriae essentialiter
consistit in sola visione ut etiam amplius ostendit c. sequenti.
cum non sit dicendum illum sibi contradicere in alijs locis ubi eius
verba videntur aliud significare debet exponi iuxta ea quae docet ubi
ex professo id tractat et sic exponit in predicto opusculo 72 quod

ut notat in concordantijs d. thome per Petrum de Ber
gomo dubio 2 pre c. 586.
6. obijcit. beatitudo formalis essentialiter consistit in prestantissima
assecutione ultimi finis seu beatitudinis obiective. Sed prestan
tissima assecutio non est solus actus intellectus nec solus actus
voluntatis sed utraque coniunctim, nam totum hoc coniun
ctum est prestantissimum omnium quae ad beatitudinem formalem
pertinent est enim prestantius quam quaelibet operatio per
se sola et per utramque assequimur deum perfectiori modo ergo
beatitudo formalis non consistit essentialiter in una sola operatione
sed in aggregato ex multis. —
Respondeo distinguendo maiorem beatitudo formalis essentialiter consistit in
assecutione ultimi finis prestantissima intensive seu ratione pri
mariae assecutionis cui veluti radici annectuntur aliae quasi
proprietates nego quod opus est ut illius essentia sit prestantissima
assecutio extensive ita ut essentialiter includat omnem modum
assecutionis sed etiam sicut in alijs rebus essentia attenditur ex
ratione cui quasi radici annectuntur aliae proprietates. unde
ad minorem respondeo quamvis totum coniunctum ex utraque asse
cutione sit prestantissimum extensive ac proinde etiam extensive
sit prestantius quam quaelibet operatio per se sola, tamen non est
prestantius intensive in sensu dinotante maiorem per
fectionem essentialem beatitudinis quod in presenti sumitur huiusmodi
loquendi quod etiam in quavis alia re dici solet totum con
iunctum ex illius essentia et proprietatibus accidentalibus non esse pres
tantius intensive quam sola essentia licet sit prestantius exten
sive. —
instabis. essentia completa beatitudinis formalis debet esse adequata
ultimi finis assecutio quae dicit perfecta unio cum summo
bono. Sed una sola operatio v.g. visio dei non ita se habet
quia per illam solum assequimur deum sub una ratione nempe
sub ratione veri quin non est adequata assecutio nec perfecta
unio nam deus est attingibilis sub ratione veri per intellectum
et sub ratione boni per voluntatem, et creatura rationalis est

perfecte uniuntur hoc duplici potentia quasi duplici brachio ac nexu. Ergo est illa completa beatitudinis formalis non est una sola operatio sed quod aggregatum ex multis.

Resp. explicando maiorem debet esse adequata assecutio seu unio perfecta intensive et non secundum rationem completam quae est prima assecutio quasi radix quam comitantur aliae. haec autem ratio convenit soli praestantissimae operationi nempe visioni quae est completa dei assecutio prima attingens ex parte obiecti totum deum sicuti est ac proinde non solum rationem veri sed etiam specificative rationem boni et omnes alias rationes formales in deo [illegible], quibus ex eo quod illius modus tendendi sit per repraesentationem dicatur attingere deum reduplicative sub ratione veri qui modus loquendi non obstat quominus ut aiunt specificative attingat etiam rationem boni eam habere etiam repraesentet sicut et voluntas eam amat, neque non et rationem veri aliasque divinas rationes. Sed quoniam intellectus fertur in obiectum repraesentando, et voluntas amando dici solet intellectum reduplicative ferri sub ratione veri, voluntas vero sub ratione boni neque oportet ut completa beatitudo essentialis formaliter attingat deum reduplicative sub ratione veri et boni sed satis est ut attingat illum reduplicative sub ratione veri hoc est videndo totum deum sicut est in se, quae est totius dei assecutio prima et praestantissima intensive, quasi radix quam comitantur aliae assecutiones per alias operationes ut amplius apparebit in sequenti.

Pro hoc notandum est quod recte Capreolus 4 Sententiarum d. 49 q. 2 a. 2 ad arg. Scoti contra 2am conclusionem ad primum ita ait: perfecta unio cum deo potest dupliciter intelligi primo per modum intensionis et sic non requirit unionem secundum omnem potentiam animae cum deo, sed solum unionem per actum perfectissimum, et talis est actus intensus. 2o modo potest intelligi et dici perfecta unio per modum extensionis, et ista requirit unionem secundum omnem potentiam unibilem deo, et subdit beatitudo sumpta quoad substantiale non consistit in unione perfecta hoc 2o modo sed primo modo [illegible] haec d. vero coincidit cum ea quam in solutione ad 6. obiecti exposuimus de acquisitione

praestantissima aut intensive aut extensive. Et quoniam aliis variis modis minus probabilibus solet ab aliquibus exponi, advertendum est ut intelligat cum limitatione quam ibi adhibuimus de executione praestantissima intensive ratione primae executionis cui quasi radici adnectuntur aliae.

7. obiicit: tunc nostra anima habet essentialem beatitudinem formalem quod summum bonum quod est deus ita possidet ut nihil praeterea expectet cum inquietudine. Et hoc non possidet isto modo nisi per actum utriusque quod per visionem intellectus et fruitionem voluntatis, nam de visione intellectus id constat ratione D. Thomae hic q. 3. a. 8. quia cognito aliqua causa per suos effectus desideramus illius essentiam videre perfecte ut in se. de fruitione autem voluntatis ita probatur quia ipsa voluntas est vehementer propensa ut suo actu complectatur summum bonum, neque conquiescit nisi illo perfruatur. idque confirmat ex eo quod D. Augustinus cap. 5. lib. 8. de civitate dei c. 7. ubi ait: nemo beatus est qui eo quod amat non fruitur.

Respondeo explicando maiorem tunc nostra anima habet essentialem beatitudinem formalem quod summum bonum ita possidet ut nihil praeterea expectat quod sit de essentia beatitudinis, nihil tamen obstat ut praeterea expectet aliquid accidentale neque per hoc illi inest inquietudo tum quia statim ac habet visionem dei consecutionem quae est illius vissio habet etiam consequenter eius amorem et fruitionem, tum etiam quia ipsa prima consecutio per visionem est veluti radix cui debent aliae quasi proprietates quare etiam ratione anima beata non est inquieta ob gloriam corporis quae est accidentalis beatitudo.

Dicit autem anima per visionem dei habere quietem radicaliter seu eminenter et de hac exponi potest id quod aliqui asserunt quietem esse de essentia beatitudinis. ceterum quies formaliter sumpta pro actu voluntatis non est de essentia formalis beatitudinis sed proprietas illam consequens et in hoc sensu locum habet id quod Capreolus 4. sententiarum d. 49. q. 1. a. 3. ad arg. Scoti 7um contra sic ait: beatitudo quoad suum substantiale non importat quietem in deo sed solum quoad suum accidentale quia competit volun

tali id q. probat ex doctrina D. Thom. in illa D. 49. q. 5. a. 2. et a. 4 corp. et ad 4. et q. 2. a. 1. et a. 2. et 1.2. q. 3. a. 4. ad 1. et q. 4. a. 2. corpore, quibus in locis asserit quietem seu pacem voluntatis formaliter sumptam pro actu voluntatis, esse de essentia beatitudinis formalis sed proprietatem consequentem.

Ad illud quod dictum D. Aug. nemo est beatus qui eo quod amat non fruitur. R. si fruitio sumatur stricte pro actu voluntatis qui est gaudium seu delectatio de bono possesso illud ita intelligitur nemo est beatus beatitudine consumata quoad essentialem et accidentalem rationem nisi fruatur bono possesso unde D. Th. hic q. 3. a. 4 corpore ad finem explicans quoddam dictum D. Aug. ait ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinem consequens 2m quod Aug. dicit quod beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet ipsum gaudium est consumatio beatitudinis.

aliter tamen fruitio sumi solet latius iuxta ethimologiam nominis qua fruitio a fructu deducta denotat vt cumque perceptionem fructus seu possessionem boni sicut in hoc sensu etiam vissio Dei dicitur fruitio vt exposuimus supra ad 1m obiectionem in priori solutione. et sic cum praecisse de beatitudine essentiali illud dictum ita intelligitur nemo est beatus qui eo quod amat non fruitur hoc est qui non possidet id quod amat etc.

Caput 9. an formalis beatitudo essentialis in Patria consistat in vissione vel amore aut fruitione dei

Sectio 1a. sententiae et solutio questionis

Supposita doctrina capitis praecedentis quod formalis beatitudo essentialis in Patria non consistat in aggregato ex multis operationibus sed in vna operatione praestantissima attingente deum superest explicandum quaenam illa sit an dei vissio vel amor vel fruitio sumpta pro delectatione seu gaudio.

inter autores constituentes formalem beatitudinem in operatione voluntatis est 1a sententia asserens illam consistere in amore

amicitiæ seu charitatis erga deum. ita Scotus. 4. sententiarum
d. 49 q. 5a § ad q. ss duos actus. ubi licet asserat beatitudinem
consistere in solo actu qui est fruitio tamen id explicans sub
dit intelligi non de fruitione ut cumque sed pro amore ami
citiæ contra illud quod dici solet frui est inhærere alicui amo
re propter se, et quamvis aliqui quos refert egidius q.
2 t.o 1.o lib. 4. de beatitudine formali q. sua 10 art. 2.
tribuant Scoto sententiam quod beatitudo consistat præcipue
in actu voluntatis et includat etiam actum intellectus tamen cum
ipse Scotus aperte in eadem d. q. 3. § ad q. dicis pot. distat
duplicem beatitudinem quarum unam apellat simpliciter
beatitudinem alteram vero beatitudinem hominis quamvis
in hac posteriori includat multas operationes ut diximus c.
præcedenti in prima sententia tamen priorem asserit ibi consistere
in una sola operatione præstantissima, et q. 4 professus stat
eam esse voluntatis, et q. 5. esse fruitionem sumptam pro amore
amicitiæ. —
2a sententia asserat beatitudinem consistere in amore con
cupiscentiæ seu fruitione sumpta pro delectatione vel gaudio
de deo clare visso. tribui solet Aureolo quem referunt
et impugnant Scotus 4 sententiarum d. 49 q. 1a a. 3. medi
1a 2æ q. 3. a. 4. et alii ibi.
1.o q. formalis beatitudo essentialis in patria consistit adequate
in vissione dei. ita d. th. 3. contra gent. c. 25 26 et 37. ubi
ferrara, et 1a 2æ q. 3. a. 4 et 8. ubi Caiet. Conradus et
medina et Vasq. disp. 11. c. 3. durand. 4. sententiarum d.
49 q. 4 Scotus ibidem q. 1a a. 3. et alii.
huic etiam consonant prima tradita a sapientioribus philosophis an
tiquis constituentibus felicitatem in præstantissima operatione
contemplativa circa id quod est optimum ut docet Aris. lib. 10
Ethicorum ad Nicomacum c. 7. et 8. et Plotinus pro sententia
Platonis (ut refert d. Aug. t.o 3. lib. 10 de civitate dei c. 2.)
asserebat homines fieri beatos divino lumine intelligibili eos
illustrante et comparabat nostram mentem lunæ divinum vero

soli ita ut perinde ac luna fiat plena tamdiu solis lumine
ac prospectu, plures etiam antiqui philosophi quorum dicta addu
cit Aug. Eugubinus lib. 10 de perenni philosophia c. 23. et aliis
ibi sequentibus asseruerunt veram hominum felicitatem cum nosse
contemplari et imitari deum.
pro hac etiam afferri solent multa testimonia SS et PP quae praetermittendum
mittendum est duo extrema diversorum autorum cum vitanda unum
est aliquorum existimantium sententiam d. Thomae ita efficaciter colligi
gi ex SSa et PP ut censeant oppositum esse parum probabile. hoc
sane extremum vitandum quia pro contraria sententia sunt satis probabilit
babilit. pro testimonijs quae SSae et PP adducit solent ut ostendunt
valen. hic disp. 1a c. 3. puncto 4. Salas tr. 2. disp. 2. sec. 5. § 4.
Egidius Late lib. 4. de beatitudine finali c. sua 10. a. 2o. et alij
aliud extremum aliorum asserentium parum momenti
habere testimonia quae pro sententia d. Thomae ex SSa et PP afferunt. quod signat
nat Vasq. hic disp. 11. c. 3. no 14. 15 et 16. hoc etiam extremum est
declinandum nam licet illa non convincant videntur tamen habere magnum
num momentum pro opposito PP et aliorum gravium autorum
adiunctis rationibus ut ostendet ex dicendis.
primo igitur sententiam ex variis SSae locis. ut Joanis 17 nos.
haec est vita aeterna ut cognoscant te solum deum etc. quae verba praeter
fratrem SS et ex mente multorum PP aliorum quae gravium autorum
apte ita intelligunt ut per vitam aeternam denotet etiam beatitudo
patriae et ibi includat etiam hic sensus haec est beatitudo patriae ut
cognoscant te deum cognitione clara pro ut habet in patria nam
licet in illis verbis admittat etiam sensus de cognitione dei in hac
vita per fidem quae charitate formata dicit vita aeterna ut aiunt
inchoative seu causaliter quia est causa et via ducens ad vitam aeternam
patriae ut aliquando exponunt d. Cyrillus hilarius et alij PP quos
ibi referunt et sequuntur toletus Maldonatus et alij. id tamen non obs
tat quominus admittat etiam alius sensus praedictus quem etiam
exibent alij PP et graves interpretes.
sed contra probatur quia in SSa nomine vitae aeternae quando aliunde non additur li
mitatio restringens denotat etiam beatitudo patriae seu vita beata
quae dicit vita aeterna ut Mathaei 19 no 16 et 29 et ad Romanos
6. nos. 23 et alibi saepe. Cum igitur in praedicto loco absolute dicat

hec est uita eterna ut cognoscant te deum aiunt per nimi verbo
rum et frasim SS. subintelligit etiam hic sensus hec est beatitudo
seu vita beata ut cognoscant te deum, nempe cognitione cla
ra qualis habetur in patria.

Confirmatur quia hunc etiam sensum signant D. Ambrosius tomo 1o lib. 2. de
offitiis c. 2, D. Aug. tomo 1o lib. 2. de libero arbitrio c. 2, et lib. de
moribus eclesiae c. 23, et lib. 1o de trinitate c. 8, D. Cyrillus
lib. 3 quia julia colum. 4 § nihil autem, D. hilar. lib. 3 de trinit.
paulo ante medium, et alii PP et graues sunt prelati communiter predic
tum locum ut specialiter notat Salmeron tomo 9 in evangelia
tract. 7. 4. ubi ex cogit predicta verba non sint restricta ad hanc
aut aliam vitam probat aperte in illis admitti utrumque sensum
quia nequit quod textus aliquis potest capere duplicem sensum
et utrique Catholicus minime sibi contradicens neuter
respuendus est iuxta regulam assignatam a D. Aug. tomo 3. in lib.
de genesi ad literam. quare etiam ipse D. Aug. tomo 9. tract. 105 in
joannem tribuit etiam alium sensum predictis verbis et sic admitten
do utrumque sensum suo modo accommodatum cuilibet statui con
ciliantur PP qui aliquo unum aliquo alium sensum
tradunt.

2us locus Joannis 14 no 8. ostende nobis patrem et suffiat nobis
quae verba admittunt etiam hunc sensum quod ostensio seu visio
eterni patris (ubi etiam subintelligitur visio filii et spiritus S. nempe
dei qui est unus et trinus) sufficit essentiali beatitudini ad sa
tiandum nostrum appetitum. quem locum ad hunc sensum afert
D. Aug. tomo 3 lib. 1o de trinit. c. 8. versus medium ubi inter alia
ait: hec nobis contemplatio est merces actionum omnium finis
atque eterna perfectio gaudiorum.

Preterea D. Aug. ibidem pro hoc subdit plura loca SS. nempe illud
psalmus no 10 adimplebis me letitia cum vultu tuo psalmo
90 no 16 longitudine dierum replebo eum et ostendam illi salu
tare meum. Mathei 5. no 8. beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. 2a ad Corinthios 5. no 6 et 7. dum sumus
in corpore peregrinamur a domino per fidem non ambulamus
et non per speciem, ubi ambulare per fidem dicit peregri
natio et uia qua tendimus ad beatitudinem patrie quasi

ad tertium qui est per speciem hoc est per visionem dei ut est in se et 1a Joanis 3. nō 2. cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est.

Sane cum hec loca ad. d. Aug. ubi supra aferant pro hoc sensu quod dei visio promittitur nobis quasi precipuum premium beatitudinis patrie satiantis appetitum et ipsa verba et contextus scripture et expositio PP et aliorum ~~gravium~~ autorum admittat hunc sensum non est unde ostendat illum esse excludendum et si conedat in illis etiam contineri alium sensum non incompatibilem. idem dicendum de pluribus alijs locis scripture qui pro eodem sensu aferri solent ut exodi 33 nō 18 et 19 ostende mihi gloriam tuam ego ostendam omne bonum tibi psalmo 16 nō 15 satiabor cum apparuerit gloria tua psalmo 35 nō 10 quoniam apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen. [illegible] neque pro opposita sententia aferunt testimonia scripture que magis aut eque illi faveant si attendatur sensum predictum eo modo quo exposuimus.

2m fundamentum est ex authoritatibus PP. 1a est synodo francofordiensi (hab. to. 3. conciliorum) in epistola ad presules hispanie in fine pagina 247. ubi ita dicit: precamur eum (nempe Christum) deum verum et vivum et vere filium dei ut ad eius beatissimam visionem pervenire mereamur in qua est eterna beatitudo. que verba cum simpliciter asserant eternam beatitudinem esse in visione dei satis signat hanc esse formalem beatitudinem essentialem.

2a est ex d. Aug. multis locis. et est 1o 1. lib. 1o retractationum c. 14 ante medium his verbis: beatissimos nos facit id quod ait apostolus (1a ad Corinthios 13 nō 12) tunc autem facie ad faciem cognoscamus. secundus est in eodem to. in lib. de moribus ecclesie c. 11. initio ubi sic ait: secutio dei beatitatis appetitus est consecutio autem ipsa beatitas, sequimur diligendo consequimur vero eum mirifico et intelligibili modo contingentes eius quoque veritate penitus illustrati. in quibus verbis notandum est primis docet quod dicit beatitatem esse dei consecutionem qua intelligibili modo eum contingentes illius veritate illustramur. que verba denotant claram dei visionem esse beatitudinem formalem; deinde notandum ratio qua id probat ex ipsa differentia beatitudinis formalis nam hec est consecutio dei est consequutio dei est qua intelligibili modo

illum contingentes eius veritate illustramur dilectio autem
consequtio appetitus. Et haec quae Sanctae ratio est potissima et
huc puncto ut infra n. 3 punto 2 a et sect. 2 amplius ex
ponetur. idem confirmat ex eodem ipse D. Aug. 8. lib. 10 de
Civitate Dei c. 2° referens sententiam Plotini asserentis homines
fieri beatos ob lumine intelligibili quod Deus est a quo illus
trantur ut clareant. Ex quo probat nempe praedictam rationem.
praeterea ex eodem D. Aug. 3. locus in praecitato lib. de moribus
ecclesiae c. 25 ad medium ubi sic ait: Vita aeterna est totum prae
mium, et posita in termino quae quod sit vita aeterna est cognitio
dei iuxta illud Joannis 17 n. 3 haec est vita aeterna ut cognoscant
te verum deum. quibus verbis cum dicat vitam aeternam esse
totum praemium consistit in cognitione dei indicant totum
praemium essentiale finalis beatitudinis cui annectuntur alia praemia
accidentalia esse visionem dei.
confirmat ex eodem lib. 1° de trinitate c. 8 fere ad medium
circa illud 1 ad Corinthios 13 n. 12 videmus nunc per speculum
in aenigmate tunc autem facie ad faciem ait haec contemplatio
nobis promittitur actionum omnium finis atque aeterna perfectio
gaudiorum et c. 13 paulo ante finem ista inquit visio sola
est summum bonum nostrum quae verba signant visionem dei esse ul
timum finem ut quo et eam solam esse essentialiter summum bonum
nostrum per modum beatitudinis finalis quae est essentialis consecutio
summi boni obiective hoc est dei, et pro hoc faciunt plura quae ali
bi saepe docet et indice suorum operum inveniuntur.
3. authoritas D. Cyrilli lib. 3 contra julianum columna 5 § nihil
autem, ubi eamdem sententiam asserit et probat sic ait: dignissi
ma quidem operatio est optimorum contemplatio optima autem
est divina. igitur in divinorum contemplatione nostra felicitas
est. quae ratio locum habet in contemplatione praestantissima
qualis est sola dei visio.
4 est D. gregorij Nazianzeni orat. 15 quae est in plagam grandinis
ante medium paginae ubi de beatis sic ait: illos lux omni o
ratione maior et spectatura est et sanctae trinitatis contemplatio
quam ego l. solam Regnum caelorum potissimum esse arbitror.
5. est D. Basilij in lib. de constitutionibus monasticis c. 1 paene
ferme medium, D. Irineo lib. 4 contra haereses c. 37 n. 6 et 7, D. Bern.
sermone 4 in festo omnium sanctorum et pluribus alijs qui ad
duxit

aut aperte asserentis aut significantis, veram beatitudinem esse dei contemplationem seu visionem.

ex praedictis authoritatibus si perpendant illarum verba contextus et rationes colligitur quod sententia d. thomae verior est pluribus. sed fundamentum maioris momenti quam sit illud quod quod opposita sententia affert ut ipsa comparatione ex dicendis in solutione argumentorum ostendet.

probantur ex rationibus. 1a autem a posteriori specialiter contra sententiam scoti constituentis essentiam formalis beatitudinis adaequate in amore amicitiae seu caritatis erga deum. sequerentur inde omnes iustos in hac vita habere essentialem beatitudinem formalem adaequatam eiusdem speciei cum beatitudine patriae. sed hoc non est concedendum ut constat ex communi consensu siquidem omnes doctores absque ulla ad essentialem beatitudinem patriae pertinentem dicere illos iam in hac vita esse beatos eadem specifica beatitudine formali adaequata qua sunt alij beati in patria. sequela autem probatur quia iusti in hac vita habent charitatem habitualem et actualem eiusdem speciei cum ea quae est in patria quia utrobique est idem obiectum formale divinae bonitatis ut est se amabilis, cum eodem supernaturali modo attingendi illam summa appretiatione affectiva amicitiae ut communiter tradit in materia de charitate et ibi ex professo fuimus: ergo si formalis beatitudo patriae consisteret adaequate in amore charitatis erga deum vere omnes iusti in hac vita haberent iam essentialem beatitudinem formalem adaequatam eiusdem speciei cum beatitudine patriae.

2a ratio est a priori videlicet ostendens neque amorem amicitiae neque concupiscentiae neque ullum alium actum voluntatis sed solam visionem dei esse formalem beatitudinem essentialem. quod sic probatur in qualibet re ratio essentialis adaequata est illa quae est ratio constituens rei quidditatem et sub illam quam comitantur alia quasi proprietates accidentales. sed in beatitudine formali patriae sola visio dei ita se habet. ergo illa sola est formalis beatitudo essentialis adaequata patriae quam alij actus comitantur quasi proprietates accidentales.

maior patet quia ex ipsis terminis et communi doctorum inductione intelligitur illud denotari per rationem essentialem adaequatam in qualibet re.

minor vero ita probatur formalis beatitudo est essentialis consequutio beatitudinis obiectivae ut patet ex propria illius diffinitione. sed sola visio est dei

E i.ria consequtio beatitudinis obiua q.a per illam i.o et perse
consequimur deum attingendo et possidendo illum potentia inse
actus autem voluntatis supponit iam illum consequtum et
comitatur visionem quasi proprietas illi debita; nam ei qui cla
re videt summam bonitatem debitum et natum et conne
xum est ut illam amet eaque perfruatur delectatione et gau
dio. Ergo sola visio dei est i.ria ratio essentialis adequate constituens
quidditatem et substantiam formalis beatitudinis quam comitantur
alij actus quasi proprietates.
Confirmatur et explicatur. q.a beati per visionem formaliter i.rio attingunt
deum sicuti est, et illum intentionaliter quasi manu apprehen
dendo tenent obiectiue praesentem summaque aestimatione ex
pressa et efficaci supremam illius bonitatem omnibus alijs
rebus praeferentes strictissime et constantissime retinent; unde
convenit ut voluntas natiuo et perfectiuo amore illi adhaereat
et reddatur impeccabilis, id autem est visionem dei esse i.riam ultimi
finis consequtionem et possessionem non sufficientem intellectualis
quae ratio non convenit ulli actui voluntatis siue sit amor amicitiae
vel concupiscentiae vel quomodocumque aliter vocetur quia ipsa propria
non praesupponit et sequitur i.riam consequtionem et possessionem
obiecti visionis potentia inse. atque haec ratio amplius apparet et confir
mabitur ex infra dicendis a quibus pendet. ubi etiam expendentur aliae
rationes.
Obijcies 1o. visio dei non est illius consequtio i.ria tamquam radix
ex qua efficienter dimanent amor et alij actus voluntatis
veluti proprietates. nam cognitio bonitatis non est causa efficiens
amoris sed solum conditio applicans voluntati rem bonam perse
obiectum mouentis voluntatem ut in physica et metaphysica osten
ditur, iam magis convenit necessitatem [illegible] quos re
fert et sequitur. [illegible] 1o. 2o. metaphysicae dispositionis ergo separ
atione est sufficiens ad constituendam beatitudinem for
malem essentialem in visione dei.
Resp. neg. consequentiam. q.a licet visio non sit radix ex qua efficienter di
manent amor et alij actus voluntatis tamen est ratio consequ
tionis i.ria cui i.o et perse convenit attingere et possidere beatitu

dinem obtinam [illegible] ut in se et illi quasi primarię consequutioni connaliter debent et nat[ur]alis connectunt amor et alii actus voluntatis quasi rivi et acciles tendentię in summum bonum quod iam ipsa visione simpliciter tenet et possidet, ac proinde quasi sunt proprietates illam constant quibus efficient ab ea non dimanent, sicut etiam in aliis materiis huiusmodi concedimus aliquas perfectiones accides respectu alicuius rei primarię cui connaliter debent et connectunt, vere dici et esse illius proprietates quibus ab illa efficient non dimanent sicut v. g. quantitas dicitur etiam proprietas materię etiam in sententia negante illam efficient dimanare ab ipsa materia, et naturales species intentionales proprię animabus separatis et Angelis dicunt illorum proprietates etiam si ab illis efficient non profluant.

[illegible] hoc intelligit [illegible] [illegible] a. 4 corp. dicit actus intus nempe visionem dei qua est ultimi finis consequutio per quam fit nobis presens esse beatitudinis essentiam, at vero actus voluntatis qui est circa finem iam adeptum esse per se accidens beatitudinis, hoc est illius proprietatem accidentalem quod etiam docet [illegible] 4 a. 1 etc. corp. et ad [illegible] et alibi sepe.

Ad illud vero quod in ante precedente obiectionis dicit cognitionem esse solum conditionem applicantem voluntati bonitatem obiecti [illegible] quibus respectu bonitatis realis habentis vim movendi cohibe voluntatem ad amorem cognitio ac proinde etiam visio dei sit conditio applicans voluntati bonitatem in ratione consequendi et possidendi beatitudinem obtinam visio dei non est conditio sed potius [illegible] consequutio essentialis ut probatum in 2a ratione et illius confirmatione ut amplius ostendet ex dicendis.

2o obiicies etiam actus voluntatis esse aliquo modo consequutio ultimi finis quia illum attingit et consequitur ratione boni [illegible] dicendum [illegible] in illo consistere formalem beatitudinem essentialem. Respondeo nego consequentiam quia licet ille sit aliquo modo consequutio [illegible] seu extensiva tamen soli visioni competit ratio primarię consequutionis cui debent et connectunt alię velut proprietates et ideo sola visio est essentialis beatitudo formalis ut expositum est supra in 2a ratione et confirmatione ex plenius fiet sequenti.

Dubium 2a an sola visio sit formalis consequutio finis ultimi ubi etiam expendunt alię rationes sententię [illegible] d. thomę

ratio dissit q. d. Th.ª qui aliquo consequutionem seu adeptionem ultimi finis tribuitur soli actui intellectus et ctz. voluntatis. Quod idem bene coheret cum eo quod hic q. 3. a. 4 corpore dicit: soli actui intellectus convenire ultimi finis consequutionem et adeo in illo solo consistere essentiam beatitudinis formalis. ans. probatur quia ipse d. Th. q. 2.ª 1.ª a. 8. corpore sic ait: si loquamur de ultimo fine hominis quantum ad consequutionem homo et aliae creaturae rationales consequuntur ultimum finem cognoscendo et amando deum et infra q. 11 a. 3. ad 3. de fruitione sumpta pro actu voluntatis dicit illam esse adeptionem ultimi finis.

Sit 2ª tertia consequutio qua simpliciter et absolute dicimur consequi ultimum finem convenit soli visioni dei: in hac conveniunt omnes illi autores qui constituunt formalem beatitudinem essentialem adaequate in visione dei locis citatis sicut praecedenti in esse explicatur et probatur. ultimi finis consequutio sumi potest uno modo late pro ut denotat quemlibet actum per quem sive [illegible] attingimus ultimum finem quasi intro, et sic ctz. actus voluntatis quo in patria attingimus deum dicit aliquo modo ultimi finis consequutio et in hoc sensu intelligunt loca d. Th. in probatione oppositae dissertationis relata in quibus ctz. voluntati tribuit ultimi finis consequutionem seu adeptionem, in eodem ctz. sensu intelligunt alii PP. aliquando asserentes hominem voluntate assequi seu habere possidere bonum seu ultimum finem ut d. Aug. to. 1º lib. 1º de libero arbitrio c. 13. paulo ante finem dicit ipsum velle esse assequi et habere. quem loquendi modum ibi ctz. refert suo modo ad praesentem vitam.

alio modo ultimi finis consequutio sumitur stricte pro illa qua [illegible] primo et per se attingimus ultimum finem faciendo illum nobis obviae praesentem pro ut [illegible] in se et sic intelligitur id quod d. Th. hic q. 3. a. 4 corpore dicit consequutionem ultimi finis non consistere in actu voluntatis sed intellectus per quem ipse finis intelligibilis fit nobis praesens sic ctz. d. Aug. to. 1º lib. 1º de moribus ecclesiae c. 11 initio actui intellectus tribuit simpliciter consequutionem dei quam dicit esse beatitatem, actui vero voluntatis non tribuit formaliter talem consequutionem sed accommodato nomine illum vocat sequutionem, beatitas inquit est consequutio dei sequimur diligendo, consequimur intelligendo [illegible] et intelligibili.

mō contingentes cuius qz veritate penitus illustrari:
hijs verbis .d. Aug. supp^to hoc primo q^d beatitudo sit dei consequ^o
aperte dicit hanc consistere in hoc q^d intelligibilimō illumina
tione amus cuius veritate penitus illustrari q^d e illum pvt e
in se clare videre, at v^o de dilectione n^o dicit q^d sit consequ^o
nempe talis 1^ria per quam .i. et posse deum attingimus cuius ve
ritate illustrari; sed illam vocat sequutionem q^a diligendo sequi
mur nempe q^a dilectio praesupponit et sequit^r visionem
dei que e 1^ria et essalis eius consequutio; at qz hic sensus n^o pug
nat cum alio quo ipse .d. Aug. et .d. th. aliqdo sumentes
consequutionem latius prout abstrahit ab 1^ria .l. 2^ria essali .l.
accili actum etiam voluntatis appellant vltimi finis consequutionem
.l. adeptionem vt constat ex locis adductis in explicatione eius et priori parte.
quare vt in hoc pareto res ipsa exponatur sublata confusione in varijs
et ambiguis loqui modis adendae limitatio quam caute in ce tempo
fuimus ita vt asserat 1^riam consequutionem qua simpliciter et absolute
dicimur consequi vltimum finem coire soli visioni quaeque li
mitatio 1^rie consequutionis sub intelligendae in alijs nominibus quibus
essalis beatitudo solet appellari coniunctio .l. 1^ria cum vltimo fine
asequutio, acquisitio, attinctio, tentio, possessio essa, atqz hanc limi
tationem praedictam dare ex mente d. th. videt^r aduertisse Conradus
hic q. 3. a. 4. cons^e initio vbi sic ait: n^o quaelibet coniunctio ad obm
beatificum e essaliter beatitudo essa et subdit neqz etiam perfectissima
coniunctio extensiue e ipsa beatitudinis sed sola 1^a coniunctio sim
pliciter et nobilissima essa, intellige que sit 1^a et nobilissima hoc
e 1^ria et praestantissima in ratione consequutionis vltimi finis cui debent
et nario conueniunt alij actus vt exposuimus sect praecedenti in 2^a
ratione et illius confirmatione et ad 1^m obiectum et ex ibi dictis sententia
d. th. desumendae potissima ratio pro 1^a quam exponende essalis quae a
ferri solent ex quibus n nullas celebriores oportet singillatim referre
et explicare ad soluendas aliquas difficultates.
1^a igitur ratio ab aliquibus solet ita proponi intus versat circa obm
quasi trahendo illud ad se et faciendo sibi praesens et propterea dicit

illud apprehendere et tenere, at 2° voluntas versat circa obiectum quasi extrahe per modum ponderis in illud inclinando iuxta illud dictum D. Aug. tom. 1°. libri 13 confessionum c. 9. paulo ante finem pondus meum amor meus eo feror quocumque feror. Ergo aliis intus etiam voluntatis primum consequi ultimum finem tenendo et possidendo illum quod est habere essentialem beatitudinem formalem.

Sed haec ratio ita exposita modo loquendi metaphorico quo communiter dicitur versari circa obiectum quasi trahendi, voluntas vero per modum ponderis in illud inclinando nisi dere amplius explicat non videtur habere vim immo potius ex eo quod intus quasi trahat obiectum dici posset ipsum obiectum extrahi a suo proprio modo et non percipi prout est in se cum etiam dici soleat omne receptum recipi ad modum recipientis, item ex eo quod voluntas ferat per modum ponderis dici posset illam pervenire ad obiectum prout est in se et consequi illud.

igitur hoc dere in praedicta ratione intelligi potest quod intus dicat trahere ad se obiectum et facere sibi praesens ut aiunt intentionaliter intelligibiliter, quod nihil aliud est quam illud intellectione repraesentare et quod intellectio est intuitiva repraesentat illud distincte prout est in se et hoc intellectuali modo illud ut est in se consequi, habere, possidere et tenere praesens quod perfectissime convenit visioni beatae. idque confirmat eo dicto D. Aug. tom. 4. in lib. 83. quaest. q. 35 paulo ante finem quod est aliud beate vivere nisi aeternum aliquid cognoscendo habere, idque ipsum quod nihil sit aliud habere quam nosse. praeterea ex eo quod D. Th. 1a 2ae q. 4 a. 3 a. 1m in fine ait: beati videndo deum tenent illum sibi praesentem in potestate habentes semper eum videre et tenentes fruuntur ut ultimo fine —

Sicut autem in actionibus malis dicitur absolute simpliciter consequtio illa primaria actio per quam primo et per se rem in se ipsa capimus et tenemus v.g. cum manu capimus et tenemus aliquem hominem quem insequebamur ita suo modo in operationibus spiritualibus dicitur absolute et simpliciter consequtio ille primarius actus quo primo et per se attingimus obiectum prout est in se. quae ratio proprie convenit soli visioni quam comitatur voluntas et ideo talis absolute et simpliciter dicitur intus consequi ultimum

finem, voluntatem consequi et cunctari; ut ex D. Thoma et
possumus in probatione 1ae quoad posteriorem partem.
2a ratio exhiberi solet in hunc modum: actus voluntatis aut fertur
in finem absentem ut desiderium et sic non potest esse essentialis beatitudo
formalis quia desiderium non est consecutio finis sed motus ad illum, aut
fertur in finem praesentem, ut fruitio et delectatio, et neque hi actus
potest esse essentialis beatitudo formalis quia praesupponit finem iam conse
cutum per actum quo sit nobis praesens, nam fruimur et
delectamur bono iam praesenti et adepto, quae ratio habetur ex D.
Th. hic q. 3. a. 4 corpore; aut denique actus voluntatis fertur in fi
nem in se, ut aiunt abstracte consideratum hoc est abstrahen
do ab hoc quod sit praesens vel absens qualis est amor boni in
se, et quod neque hi actus possit esse essentialis beatitudo formalis patet
ratione desumpta ex D. Th. 3. contra gent. c. 26 ratione 5. quia talis amor
ex sua natura eodem modo fertur circa rem quando est praesens ac quando est ab
sens et potest convenire etiam iis qui non sunt beati v. g. actus Charitatis
convenit etiam puris viatoribus. ergo essentialis beatitudo formalis non potest
consistere in ullo actu voluntatis sed solum in eo qui essentia
liter et prima ratione attingit ultimum finem prout est in se faciendo
illum nobis praesentem.
Sane ut haec ratio habeat vim debet fundari in eo quod exposuimus
supra in hoc capite sect. 1a in 2a ratione et illius confirmatione et in hac
sect. 2a circa ... rationem nempe quod soli vissioni convenit primario et
per se simpliciter consequi ultimum finem prout est in se.
3a ratio assignari solet hoc pacto: essentialis beatitudo formalis con
sistit in operatione perfectissima circa ultimum finem. sed haec debet esse ope
ratio intellectus nam intellectus cum sit potentia illuminans et dirigens
est perfectior voluntate quae est potentia caeca ac proinde perfectissima
operatio intellectus qualis est vissio dei est perfectior quacumque
operatione voluntatis. ergo sola perfectissima operatio intellectus
quae est vissio dei potest esse essentialis beatitudo formalis.
Verum haec ratio non est ita intelligenda quasi essentia beatitudi
nis formalis colligenda sit ex maiori perfectione entitativa utcumque
Nam essentia prima illius essentia cum sit consecutio ultimi finis attendi
debet ex maiori perfectione intensiva in ratione consequendi ulti
mum finem ut explicuimus superius c. 4. ad 3. obiectionem

et c. 8. ad. 6. vnde illius proprietas non obstat dari alias res creatas magis perfectas in suam entitatem, nulla tamen debet dari quae sit consequutio vltimi finis ex suo genere intensiue perfectior, sola autem visio dei quae primaria conse quutio dei cui quasi proprietates debent et connectunt alij operationes naturis status beatifici et perfectissima intensiue ratione consequendi vltimum finem, ac proinde illa sola est essentialis beatitudo formalis, vt probatum in hoc cap. 9. sect. 1.a inicio atque ex his quae ibi et sect. 2. et alijs locis proxime relatis dicta sunt colligi potest quomodo debeant exponi plures aliae rationes quae pro sententia d. thomae afferri solent

Sectio 3. difficultates et obiectiones circa dicta.

Ea quae obijci solent pro sententia contendente beatitudinem formalem non consistere in sola visione essentialiter, sed in aggregato ex illa et actu voluntatis proposuimus et soluimus supra c. 8. quare nunc speciatim restant difficultates et obiectiones pro sententia asserente illam consistere in solo actu voluntatis.

1.a diff. ex testimonijs SS. et PP.

1.o obijcit. beatitudo in SS. et PP. saepe signatur verbis denotantibus voluntatis actum, nempe voluptatem gaudium seu delectationem. Ergo quod essentia beatitudinis formalis consistat in actu voluntatis colligi potest ex eisdem locis non minori fundamento quam ex alijs locis denotantibus actum intellectus colligi valeat illam consistere in actu intellectus. ans. probatur 1.o ex SS.a psalmo 35 no 9. torrente voluptatis tuae potabis eos. matthei 25 no 21 intra in gaudium domini tui, Joannis 16 no 22 gaudium vestrum nemo tollet a vobis. 2.o probatur ex PP. d. Augustino, lib. 10. confessionum c. 22 paulo ante finem alloquens deum ita ait: beata vita est gaudere ad te, de te propter te, et c. 23 ante medium, beata inquit vita est gaudium de veritate, prefatus 3. in lib. 1.o de doctrina xpiana c. 32 ad finem: haec merces summa vt deo perfruamur idemque habet ex l.o 5. de ciuitate dei c. 9. et alibi saepe. Item ex d. Chrisostomo homilia 64. ad populum Anthiochiae, d. ber

nardo sermone 83. in cantica et pluribus alijs PP.

Ex nostro conseq. q.a SS.ae et PP. in diversis locis explicant beati tudinem varijssimis aliquando signantibus actum voluntatis, aliquando vero intus ut exponant statum beatitudinis consumatae nostrae per essentiam et per suas proprietates accidentes, nam illorum institutum hoc est ad beatitudinem excitare ad quod non opus est metaphisico et scholastico modo insistere solum in eo quod contenditur quod disputatur praecise de essentia beatitudinis. Sed satis est illam morali modo exponere aut verbis eam quasi a posteriori describentibus per aliquas proprietates, aut etiam alijs verbis indicantibus ipsam essentiam. quae autem sint loca et verba indicantia potius proprietates quam essentiam beatitudinis colligendum est ex circunstantijs accommodatis ad sensum quem prae se ferre videtur verborum tenor et expositio PP. et rei natura.

omnibus autem circunstantijs inspectis maius fundamentum habetur ad colligendum ex SS.ae et PP. essentiam beatitudinis formalis potius indicari in illis locis et verbis quae denotant actum intus verum visionem dei quam in illis quae denotant actum voluntatis quod ostenditur 4.o medijs. 1.mo et ex eo quod testimonia SS.ae quae afferunt pro actu voluntatis loquuntur de gaudio seu delectatione, ut constat ex locis relatis in obiectione proposita quod autem talis actus non sit ipsa essentia formalis beatitudinis sed proprietas eam consequens inter autores excepto Aureolo qui eidem tribuit oppositum ut retulimus c. praecedenti in 2.a sententia, tradit communi consensu nostro in opere D. Thomae Doctis Scoti ac proinde. et alij constituentes essentiam beatitudinis formalis in actu Charitatis erga deum fatentur loca SS.ae explicantia beatitudinem per actum gaudij et delectationis denotare beatitudinem consumatam per suam proprietatem accidentalem. ideo quia intelligit consentaneum est rei siquidem delectatio in nostro patrie de summo bono iam consequuto et possesso, ac proinde praesupponit essentiam formalis beatitudinis ut notat D. hic d. 3. a. 4 corpore:

2.o incidicium ex eo quod in aliquibus locis SS.ae tribuentibus beatitudinem actui intus tenor verborum et modus loquendi videatur

magis accommodatus ut cum aliunde nil in oppositum praeponderet denotet sensus formalis et essentialis potius quam materialis tribuentis illam actui voluntatis v.g. in illis verbis Joanis 16 nº 3 hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum ut probavimus sect. praecedenti in 1º puncto.

3 iudicium ex eodem expositio d. Aug. et aliorum pp. potius videatur id praese ferre ut ostendit ex eorum verbis quae etiam retulimus in sect. praecedenti in 1º et 2 puncto. 4m denique iudicium est ex eodem potius intelligatur id consentaneum rei de qua agit siquidem propria ratio essentialis beatitudinis formalis quae est ultimi finis consequutio 1º et per se conit visioni dei ut etiam probavimus in praedicta sect. 1ª in 3 puncto et sect. 2ª.

2ª Diffas et authoritate d. thomae

variis ex locis doct. d. th. differenter affirmantis nostram 1.2 q. 3 a. 8 ubi sic ait: obiectum formale spei est gloria animae quae in fruitione divina consistit. Sed gloria animae quae est obiectum formale spei est formalis beatitudo essentialis. ergo significat hanc consistere in fruitione, fruitio autem est actus potentiae appetitivae ex ipso d. th. 1.2 q. 11 a. 1 et 2 corpore.

Resp. negando consequentiam. nam ipse d. th. hic q. 3 a. 4 corpore et q. 4 a. 1 et 2 corpore et ad 2um aperte asserit et expresse excludit actum voluntatis et specialiter gaudium seu delectationem quae etiam dicitur fruitio voluntatis a ratione essentiam beatitudinis sed accedens per se concomitans, neque est dicendum illum in alio loco in hac obiect. relato aut alibi sibi contradicere. quare in praedictis verbis quibus asserit gloriam animae consistere in fruitione divina nomen fruitionis sumi late secundum ethimologiam nominis qua fruitio denotat perceptionem fructus, quo pacto etiam actus intellectus nempe visio dei dicitur fruitio quae habet rationem boni et fruitio obiectiva circa quam versatur fruitio formalis voluntatis ut etiam asserit ipse d. th. 1.2 q. 11 a. 1 ad 1m et amplius explicuimus supra capite 8 ad 1m obiectionem in priori solutione. in eodem autem est ad 5 obiectum videndam explicatio aliorum in quibus

D. th. dicit consequutionem ultimi finis pertinere etiam ad voluntatem et perfectionem Charitatis esse formalem beatitudinem.
2us locus est 1a 2æ q. 11 a. 3. ad 3. ubi sic ait: deus est ultimus finis sicut res quæ ultimo quæritur, fruitio autem sicut adeptio huius ultimi finis, et subdit beatitudinem creatam consistere in hac fruitione. quod autem hæc verba non videantur admittere expositionem de fruitione late sumpta denotante actum intellectus quamvis sic alij dixerunt nam ibi loqui videtur de illa fruitione quæ in eadem q. a. 1. et 2. corpore dicit esse actum potentiæ appetitivæ.
3. locus est in eadem 1a 2æ q. 3. 4. a. 3. corpore, ubi expresse explicans se loqui de fruitione seu delectatione sic ait: ultimus finis hominis dici potest vel ipse deus qui est summum bonum simpliciter vel fruitio ipsius quæ importat delectationem quandam in ultimo fine, et per hunc modum aliqua delectatio hominis dici potest optimum inter bona humana. ergo in his verbis significat fruitionem sumptam pro delectatione de deo esse formalem beatitudinem esse formalem siquidem dicit illam esse ultimum finem et optimum inter bona humana nempe tamquam quo hoc est tamquam optimum actum esse optimum obiectum quod est deus.
Ex quibus D. Th. in utroque loco prædicto sub nomine fruitionis comprehendatque delectationem ut probant illius verba relata, tamen ratione modum loquendi quo fruitio quæ est delectatio comparata cum operatione de qua delectamur sumi solet per modum unius coniuncti quo modo beati delectantur de deo tamquam de ultimo fine ut qui, et de visione tamquam de fine ultimo ut quo, loquitur D. Th. de fruitione sumpta pro toto coniuncto includente visionem, asserit illam esse adeptionem finis ultimi ut qui nempe dei, et in illa consistere beatitudinem formalem eamque esse optimum inter bona humana et finem ultimum ut quo, nempe hæc omnia etiam relata ad formalem beatitudinem formalem vere dicuntur de tali coniuncto includenti delectationem et visionem quatenus ratione ipsius visionis conveniunt tali coniuncto.

2.º nec notandum est id qd Conradus 1.a 2.e q. 34 a. 3. § no ita autem asserit d. th. ibi loqui de delectatione includente etiam vissionem de qua beati delectantur, ita ut id totum aspellet optimum inter bona humana et sic non contradicere doctrinae quam supra q. 4. a. 2. sumendo delectationem ut distinctam a vissione praefert vissionem delectationi: praeterea Cait. in praedicta q. 34. a. 3. obserbat fruitionem seu delectationem quam d. th. ibi apellat optimum inter bona humana, sumi moraliter simul cum operatione de qua est delectatio, praedictis in eadem q. post. a. 4. § ad 2. et 4. dicit a d. th. ibi reputari pro eodem bono delectationem et operationem.
Si autem fruitio seu delectatio beatorum sumatur praecisse pro delectatione non includente vissionem, illud dictum d. th. asserentis delectationem esse optimum inter bona humana intelligit non de optimo simpliciter sed in suo genere, nempe optimum in genere delectationis creatae, atque hoc est esse praecitatem eius qd est optimum simpliciter nempe beatitudinis essentialis ut notat Conradus ubi supra. id autem etiam ex doctrina d. th. ostendit, quia loquendo de fruitione simpliciter praecisse non includendo beatam vissionem, ipse d. th. in multis in locis aperte docet illam non esse simpliciter maximum bonum inter bona creata neque esse finem simpliciter ultimum ut quoque neque in illa consistere beatitudinem formalem sed esse per se accidens concomitans nempe q. 1.a 2.e q. 2. a. 6. ad 3. delectatio in quit non est per se maximum bonum; aliqua tamen delectatio consequitur id qd est per se maximum bonum, et q. 3. a. 4. corpore, vissio ~~est potior~~ delectatione essentia beatitudinis sed per se accidens eius. et q. 34. a. 2. corpore vissio est potior delectatione; praeterea hoc plenius constabit ex infra dicendis in speciali difficultate de delectatione et fruitione beatifica.
3. diff. as ex praestantia voluntatis sup.a

intellectum et amoris seu visionem.

Contra hanc differentiam obijcit. 1º voluntas est perfectior intellectu ergo in actu voluntatis et non intellectus consistit essentia beatitudinis formalis; nam haec debet esse actus perfectissimus potentiae. antecedens probatur 1º quia voluntas imperat alijs potentijs quasi Regina, et eas movet ad exercitium. 2º quia est formaliter libera quae modus operandi arguit facultatem maioris perfectionis ex eo quod habeat dominium sui actus. 3. quia habet pro obiecto ultimum finem quo dicit regulare omnes operationes. 4 quia specificatur a ratione boni quae videtur perfectior ratione veri nam bonum ut bonum importat rationem perfecti.

Respondeo negando antecedens quia potius intellectus est simpliciter perfectior voluntate ut statim exponemus. quod vero attinet ad vim consequentiae, notandum est id quod fecimus praecedenti capite 3. rationem diximus essentiam beatitudinis formalis non esse colligendam utcumque ex maiori perfectione extensiva potentiae vel operationis, sed ex maiori perfectione intensiva in ratione consequutionis ultimi finis, et quoad hoc locum habet id quod Vasquez habet disputatione 11. c. 7. nº 36 et 37. asserit ad rationem beatitudinis non esse attendendam perfectam operationis sed rationem possessionis et adeptionis summi boni subbit tamen re ipsa operationem cui competit possessionem summi boni esse etiam perfectiorem in suo genere.

Ad 2am. antecedens vero an voluntas sit potentia perfectior quam intellectus probabilis sit sententia affirmans quam tenet Alexan Ricardus et alij quos refert et probabiliter defendit Egidius 2º s. 4º. lib 4 de beatitudine formali c. sua 16 a. 4. §. 1º. tamen sequenda est sententia negans quam aperte tenent D. Th. 1a parte q. 82. a. 3. Caiet. et alij ibidem. et fundamentum est quia aperte intelligit potentiam intellectivam ex suo genere habere maiorem tendendi perfectionem simpliciter eo quem habet voluntas, nam intellectus versatur circa obiecta sua cognitione illuminando ac proinde regendo et gubernando voluntatem quae in omnibus suis actibus pendet ab ipso intellectu, e contra vero ipse intellectus non pendet in omnibus suis actibus a voluntate.

ratis autem modus tendendi ex quo attendit obm formale sub ut
o attingibile ppd conveniens intelligit sufficere ut
pot.a intellectiva ex suo gre sit perfectior simplicit, non
obstat ut dicat voluntatem sub aliqua roe esse 2m qd per
fectiorem. neq etiam obstat si concedat aliquem actum vo
luntatis roe sue dispcie n solum 2m qd sed etiam simpliciter
perfectiorem actu intus v.g. si asserat actum Charitatis
supnalis erga deum esse simplicit perfectiorem actu cog
nitionis nalis aut etiam supnalis obscure per fidem; satis
n. potam intellectivam ex suo gre here perfectiorem simplicit
modum tendendi, et perfectissimum actum intus esse simpli
cit prestantiorem perfectissimo actu voluntatis, sic suo
mo dici solet in aliis rebus que ex suo gre conceduntur esse sim
plicit perfectiores quam aliquae alie.
quare ad 1m pbatm Rs voluntas dicit aliquo mo imperare
aliis potiis quasi Regina quoad actus liberos dependent tn ab
intu qui potius velut Rex eam et alias potas Regit et guber
nat. imo imperium ppriie e actus intus ut docet D. Th. 1a 2e q.
17. a. 1. et explicuimus ibi disp. 1. c. 2. et quambis voluntas
quoad actus liberos dicat movere alias potas excitando illas
ad exercitium, tn intus illuminando movet voluntatem
quoad specificatm ut etiam tradit D. Th. 1a 2e q. 9. a. 1. et exposui
mus ibidem disp. 4. c. 2.
ad 2. pbatm Rs quambis voluntati conveniat libertas formalis
tn intui dicit competere libertas virtualis seu radicalis
quatenus ipsa voluntatis pendet a mo quo intus pponit
obm ut etiam het ex D. Th. et aliis 1a 2e q. 17. a. 1. ad 2. et diximus
in predicta disp. 4. c. 1. neq pbr ex mo operandi libero quoad
formale dominium esse actus colligi perfectm simplicit maiorem
ea que coit intui qui dicit here dominium radicale, et ex suo
gre intelligit here modum tendendi simplicit perfectiorem
ppt sententiam sit assignatum ante solutm ad 1m pbatm.
ad 3. pbatm Rs licet voluntas dicat here pabo ultimum
finem reduplicative sub roe boni hoc e quatenus finis e attin
gibilis mo tendendi appetitivo ronali, tn intus het pobto

ultimum finem reduplicative sub ratione veri quatenus attin
gibilis modo tendendi intellectivo illuminante et gubernan
te voluntatem. unde hac ratione D. Th. 1a p. q. 82 a. 4 corp.
dicit proprium esse intellectus movere voluntatem per modum finis.
quia inquit bonum intellectum est obiectum voluntatis et movet illam ut
finis.

ad 4. probationem R. voluntas dicitur specificari a ratione boni specificative
quatenus bonum est attingibile modo appetitivo rationali; neque
ostenditur hunc specificativum esse simpliciter perfectiorem eo quo
intellectus dicitur specificari a ratione veri quae respicit etiam ipsum bonum
prout attingibile modo intellectivo. unde D. Th. 1a p. q. 82
a. 3. corp. obiectum inquit intellectus est ipsa ratio boni appetibilis
et bonum appetibile cuius ratio est in intellectu est obiectum voluntatis
et inde colligit obiectum intellectus esse simplicius et abstractius et no
bilius atque altius quam obiectum voluntatis, et consequenter
intellectum esse simpliciter altiorem et nobiliorem voluntate, et
subdit nihil obstare quod interdum voluntas secundum quid inveniatur
altior intellectu. / Sane in hoc solent esse varij modi loquendi
cum dicitur obiectum alicuius potentiae esse simplicius vel abstractius vel al
tius, aut attingi reduplicative aut specificative sub ratione
boni aut veri, et potentiam vel actum esse nobiliorem aut sim
pliciter aut secundum quid. de re autem videtur tolli ambiguitas
adhibita distinctione iuxta id quod diximus in puncto assignato
ante solutionem ad 1am probationem et ad singulas probationes 3. ibique notis
in hac 3. diff. propositis.

2o obijcies. amor Charitatis erga deum est perfectior quam illius
cognitio. ergo finalis beatitudo essentialis consistit in amore et non in visione
dei. antecedens probatur ex illo 1. ad Corinth. 13 nunc autem 13. maior horum est
Charitas. ubi Charitas praefertur. et circa hunc locum et alibi saepe a
SS. PP. dicitur nobilior et excellentior alijs virtutibus.

R. neg. antecedens si actus Charitatis comparetur cum cognitione dei
per claram dei visionem, nam haec est simpliciter perfectior ut
ostenditur fundamentis quibus supra in hoc c. sect. 1a et 2. probata est tertia
D. Th., ubi etiam speciatim sub ratione altissime operationis saepe id docet ipse
D. Th. ut 1a 2ae q. 3. a. 4. corp. ubi dicit beatitudinem consistere in

actissima operoe que e actus intus. qd si aliqdo d th asserit amorem ee nobiliorem cognitione vt 1a q. e. 66. a. 6. ad 1m ita

ibi dicendum e illum loqui de amore facta comparatione cum aliis cognitionib; condistis a beata vissione, aut solum tribuere amori maiorem quandam nobilitatem 2m qd sub aliqua roe, qd n repugnat cum doctrina qua aperte asserit intum ee ex suo gre simplicit perfectiorem voluntate, et vissionem dei ee simplicit prestantiorem amore vt constat ex gn dictis et notant Capreolus 1o sententiarum d. 1a. a. 3. ad arga 3a. 6. cem presertim ad 7. et ferra 3. 3a gent. c. 26.

ad phatm igit antis R. in illis verbis maior horum e Charitas fieri comparaoem int Charitatem fidem et spem vt patet ex contextu, siquidem ibi ita dicit. nunc autem nam vt tria hec fides spes Charitas, maior autm horum e Charitas, quare ibi Charitas dicit ee maior fide et spe n tn vissione beata; ad hunc autm in hac comparaoe qua Charitas prefert fidei et spei, notandum e cum aliqd preferri possit alteri aut moralit aut phisice, in omni sentia certum e Charitatem ee prestantiorem fide et spe moralit seu in gre moris, qa morali estimatione ad roem diuine amicitie et amoris preferenda e Charitas.

hunc sensum de excelentia in gre moris contineri in ss. et PP qd Charitas prefert fidei et spei et reliquis virtutibus huiusmoi consentiunt auctores, coit autm vt explicuimus in na de charitate diss. 1a. c. 3. an v dicendum sit Charitatem n solum moralit sd etia phisice ee prestantiorem fide, negant aliqui vt ibi retulimus illis adheret Valtei diss 11. c 8 ad 3. R. probabilior videt sentia asserans ita vt Charitas roe sue essentie sit etia phisice, seu vt alii tris dicebat entitatiue in ee entis et in gre rei perfectior n solum fide sd etia aliis virtutibus omnibus et earum actibus, exceptis lumine glorie et vissione beata, vt etia exposuimus loco citato; specialiter v qd vissio beata et lumen glorie sint phisice maioris perfectionis simplicit quam Charitas et amor asserit in sentia d th et aliorum constituentium essentiam beatitudinis fralis in

vissione dei vt dictum est ad precedentem obiectionem.
dices. in ordine celestium spirituum supremi spiritus dicunt seraphini hoc est ardentes diuina charitate propter excellentiam charitatis qua sunt inflamati. alij vero spiritus illis proximi vocantur cherubini hoc est pleni scientia diuina. vt ex d. dionisio de celesti hierarchia. c. 7. docent. d. th. et alij 1a parte q. 108. a. 5 et 6.
ergo id signum est amorem dei esse simpliciter prestantiorem vissione siquidem supremis spiritibus tribuitur denominatio ab amore quasi a prestantiori.
respondetur negando consequentiam. quia nomen seraphinorum si referatur ad denominationem sumptam a perfectione simpliciter prestantiori non tribuitur illis facta comparatione inter amorem et scientiam beatam ita vt denotet in illis amorem esse prestantiorem vissione dei; non est vnde ostendatur sed potius dei vissionem esse simpliciter prestantiorem amore iuxta d. th. et alios constituentes essentiam beatitudinis formalis in vissione dei vt probatur dictis ad precedentem obiectionem. — si igitur in nomine seraphinorum attendatur denominatio sumpta ab amore qui sit simpliciter prestantior quam scientia. dicendum est id solum here facta comparatione cum scientia condistincta a vissione dei et est ratio congrua. quia talis denominatio attenditur saltem vt aiunt inchoatiue, a perfectione eorum actuum quos supremi Angeli habuerunt in via, necnon et aliorum actuum ad quos per suas illuminationes in alijs inferioribus siue Angelis, siue hominibus excitandos, specialiter ordinant et quoniam supremi Angeli in via excelluerunt amore, et ad hunc in alijs excitandum specialiter ordinant idcirco dicuntur seraphini.
Sed quoniam circa comparationem inter excellentiam amoris et scientiae solent esse varie difficultates propter ambiguitatem diuersarum acceptionum excellentiae aut simpliciter aut secundum quid attendendo modum quo res intellecta dicitur esse aut in intellectu aut in se ipsa. notandum est iuxta communem loquendi modum quo intelligens dicitur

per repraesentatam trahere ad se rem intellectam, amans vero sua inclinatione ferri in rem amatam, solet ab autoribus constitui discrimen inter cognitionem et amorem rerum superiorum et inferiorum, ita ut quando intelligimus et amamus ~~vel~~ res nobis superiores amor sit perfectior cognitione saltem in quo, ex eo quod sua inclinatione extollat ad rem superiorem ipse ipsa quin illam quasi deprimat trahendo ad se, sit trahit intus sua repraesentatione; econtra vero quando intelligimus et amamus res inferiores cognitio sit perfectior amore ex eo quod rem inferiorem quasi ad se trahendo extollat, amor vero in illam tendendo deprimat.
hac dere quamvis alijs varijs modis loquendi docent d. th. et alij; 1a. 2ae q. 66. a. 6. corpore et 1a. q. 82. a. 3. ad 1m et 1a. parte q. 82. a. 3. corpore et alibi saepe. ulterium hec doctrina non obstat quominus intus ex suo genere sit potentia simpliciter perfectior quam voluntas, ut exponit d. th. 1a. parte q. 82. a. 3. corpore et explicuimus sup.a in hac sectione dist. 3. ad 1m obiectionem. neque etiam obstat quominus vissio dei ex eo quod sit perfecta intensiva attingit ipsum deum. et ut ipse sit semper perfectior amore ut etiam tradit d. th. locis citatis ad praecedentem 2m obiectionem et ibi ostendimus.
4 dissitas ex ex ordine vissionis beatae ad amorem dei tamquam ad finem.
hinc arguit 1o. vissio beata ordinatur ad amorem dei tamquam ad finem quo ultimo attingimus ipsum deum. ergo formalis beatitudo essentialis consistit in amore dei et non in vissione. cum probatur quia beatitudo formalis essentialis est actus ~~intus~~ ultimus seu finis quo attingimus beatitudinem obiectivam; tum etiam quia si amor est finis vissionis sequitur illam esse actum perfectiorem. nam finis est perfectior ijs quae sunt ad finem ut dicit commune axioma et docet ipsum id quod est prius intentione et posterius executione est praestantius eo quod prius est executione. ars autem probatur ex eo quod d. anselmus lib. 2. cur deus homo c. 1o ad medium sic ait. ad hoc factam esse rationalem creaturam certum est ut summum

bonum super omnia amaret: quibus verbis signat amorem ergo deum esse hominis finem tamquam quo; solet etiam ex eodem D. Anselmo ibi refferri aliud dictum hoc modo; perversus est ordo amare ut intelligas, rectissimus vero intelligere ut ames, sed hoc non habetur apud ipsum ibi.

Respondeo negando antecedens. si sermo sit effectiva de fine simpliciter ultimo tamquam quo. nam potius huiusmodi finis est visio dei quae est ratio et prestantissima ultimi finis obtinendi consequutio quam comitatur amor veluti proprietas, ut expositum est supra in hoc casu sect. 1a. in 3. sento vocatur et et sect. 2. ad probationem vero respondeo 1o. illud dictum D. Anselmi intelligi de ordine in actu viae, nempe creatura rationalis ordinatur ad hoc quod in hac vita habeat amorem dei super omnia quasi finem viae qua praecipue assequutura beatitudinem patriae, atque ita inter actus viae praecipuus et aliorum actuum finis est actus charitatis iuxta illud 1. ad thimotheum 1o. no. 5. finis praemii est charitas. hunc sensum de ordine huius vitae contendi a D. Anselmo colligit ex eius contextu: nam in illo casu 1o. initio dicit rationalem naturam adeo factam esse iustam, ut illo fruendo beata esset et accepisse adeo potentiam discernendi bonum et malum non frustra sed ut summum bonum super omnia amaret, illud que assequeretur et beata esset: quibus verbis satis signatur naturam rationalem factam esse ut in statu huius vitae tenderet ad hunc quasi finem praecipuum amandi deum, super omnia; atque ita consequeretur beatitudinem patriae. quare de ordine in statu huius viae locum habet illud dictum perversus ordo est amare ut intelligas: rectissimus vero intelligere ut ames, similiter id quod D. th. 2a 2ae q. 27. a. 6. ad 3. dicit interiorem actum charitatis habere rationem finis quia ultimum hominis bonum consistit in hoc quod anima deo inhereat, sicubi rationem finis et optimi relatum ad actum charitatis denotet effectiva rationem finis et optimi tamquam quo, intelligit de ordine huius viae cuius finis optimus est actus charitatis quo anima adherentis deo tamdem consequitur beatitudinem patriae.

Respondeo secundo nam finis sumi latius potest denotat id quod utcumque

signat conveniens alteri perficit illud etc per modum perfectionis quo pacto d. th. 1a 2ae q. 33 a. 4 corpore ait: delectatio perficit operationem per modum finis non quidem in quod finis dicitur id propter quod aliquid est, secundum quod omne bonum complective superveniens pot. dici finis. Ita hunc per modum praedicta verba d. Anselmi asserentis, nam rationalem factam esse ad hoc ut summum bonum super omnia amaret posse exponi etc de ordine etc de ordine in statu patriae sumendo nomen finis late pro bono conveniente et complente beatitudinem per modum perfectionis ita ut sensus sit etc in patria natura rationalis ad hoc ut amet deum super omnia quia amor dei superveniens visioni dei complet formalem beatitudinem, et ut loquitur d. th. supra citatus omne bonum complective superveniens pot. dici aliquo modo finis. —

Ceterum quod ad rem attinet finis simpliciter ultimus tamquam quo est, prima et praestantissima dei consequutio cui annectuntur aliae quasi perfectiones, et haec ut supra ex sententia d. th. est, possumus est visio dei ac proinde recto ordine amor pot. immo et debet ordinari ad visionem dei quasi ad finem simpliciter ultimum ut quaerit sui intelligit idque d. Aug. lib. 1o de trinitate c. 8 ad medium loquens de visione dei sic ait: haec nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis etc.

Ad illud vero quod dicit formalem beatitudinem formalem esse actum ultimum et summum bonum respondeo id non ita intelligi quasi debeat esse actus ultimus in ordinem executionis, nam delectatio de deo a beatis possessio est actus ultimus ordine executionis comitans possessionem dei, et tamen formalis beatitudo formalis non est ipsa delectatio ut supra probatum; illud ergo ita intelligitur quod formalis beatitudo formalis est actus ultimus ex suo genere per respectum ad actum 1m, nempe debet esse in genere est pote. scilicet habitus. nam in eo dicitur visione qua actus in eo dicitur videri solet in actum 1m et 2m, actus vero ex suo genere respectu actus

primi dicit ultimas actus, et in hoc sensu D. Th. hic. a. 2. ad 2. dicit operationem seu actum esse ultimum actum seu ultimam perfectionem operantis, et hoc modo beatitudinem formalem esse actum ultimum seu ultimam perfectionem. caeterum non quilibet actus circa Deum est essentialis beatitudo formalis, sed solum ille qui est primaria et praestantissima Dei consecutio quam comitantur alii quasi proprietates ut superius est positum.

ad aliud vero quod dicit finem esse perfectiorem iis quae sunt ad finem. Respondeo id intelligi de fine non quomodocumque late sumpto, sed de fine simpliciter ultimo. ita ut ille qui simpliciter ultimus finis obvius ut qui sit simpliciter perfectior aliis rebus quae ad illum ordinantur; et in super ille qui est simpliciter finis ultimus ut quo hoc est in genere actus formaliter consequentis ultimum finem obiectivum, sit simpliciter in ratione consecutionis perfectior quocumque alio actu. caeterum non est necessarium ut quod quod quovis modo late loquendo dicitur finis non simpliciter ultimus ad quem sub aliqua ratione aliae res ordinantur sit perfectius illis, nihil enim obstat rem aliquam perfectiorem ordinari aliquo modo ad aliquid imperfectius non quasi ad finem simpliciter ultimum, sic enim in phisicis essentia rei quamvis sit perfectior dicitur ordinari ad operationes, et in moralibus saepe aliqua perfectiora ordinantur aliquo modo ad imperfectiora v.g. Angeli ad custodiendos homines et ministerium incarnationis ad illos redimendos ut notant var. hic disp. 11. c. 9. nro. 55. et alii. et dat exposuimus in quaestione 1ª disp. 1ª. disp. 2. c. 1º post num. n. 5 hinc colligitur 1º et alibi plenius.

denique ad illud quod dici solet, id quod est generatione prius esse perfectione posterius hoc est imperfectius, et contra id quod est generatione posterius esse perfectione prius hoc est perfectius. unde tonant adversarii visionem debere visionem Dei quia est generatione prior quam amor illam consequens esse imperfectiorem. Respondeo negando illud dictum esse omnino verum nam forma substantialis est generatione prior quam proprietates accidentales consequentes, et tamen non perfectione posterior hoc est imperfectior.

2a dificultas ex maiori estimabilitate amoris

ter quam visionis

ad versarij contra hac diffe obijciunt 1° amor dei est maioris estima
bilitatis quam visio ergo in illo etiam non in visione consistit essentialis
beatitudo formalis, siquidem hec debet consistere in eo quod est magis esti
mabile. ant. probant. quia si alicui daretur optio eligendi aut amo
rem dei sine visione, aut visionem sine amore, potius deberet
eligere amorem, tum quia amor amicitie cum feratur in deum propter
se ipsum plus placet deo quam visio, tum etiam quia amicus
debet preferre amorem amici alijs rebus.

Resp. neg. ant. ad quod notandum est etiam beatitudinis formalis stricte
attendi ex maiori perfectione entitativa ut cumque sed in ratione
formalis consecutionis ultimi finis ut ex posuimus sub in hac sect.
3. diffe 3. ad 1m obiectum etiam secunda a. q. 3. eadem, ita etiam non debere
attendi ex maiori estimabilitate ut cumque sed in tali ratione formalis
consequtionis ultimi finis.

ad probatum vero resp. neg. quod ille in eo casu potius deberet eligere
amorem dei nam cum visio sit vera et prestantissima dei conse
qutio quam ex natura rei necessario comitaretur amor nisi aliunde
impediretur potius tunc ille deberet eligere visionem, neque
verum est amorem precise sumptum plus placere deo quam po
tius illi magis placeat visio quia est vera illius consequtio quam
veluti proprietates comitarentur alie nisi speciali voluntate
ipsius dei subtraheretur concursus ut supponitur in casu predicto
et ipsa visio cum sit prestantior cedit in maiorem gloriam di
vino cum gloria qua aliquis dicitur esse apud aliquem gloriosus
sit clara cum laude notitia ut exponunt D. Th. et alij
1a 2e q. 2a a. 3. vere ipsa visio que est clara notitia divinarum
perfectionum est formalis gloria per quam deus apud beatos
dicitur esse gloriosus. quod bene explicat Egidius in 1. to. lib.
4 de beatitudine formali c. 6. a. 6. no. 10 et a. 9. no. 4.

ad id autem quod in posteriori probatione dicitur amicum debere pre
ferre amorem amici omnibus alijs rebus. Resp. id explicando quoniam
bus amicus debeat amorem amici preferre alijs rebus oppositis

quæ lædunt amicitiam nam lege amicitiæ tenet(ur) nihil illi
contrarium præponere, n(on) t(ame)n obligat(ur) ut præ illo ipsum amo
rem præferat aliis rebus quæ n(on) opponunt(ur) amori, sed potius
ipsa eti(am) lex amoris postulat ut præferant ea quæ s(un)t præstan
tiora et cedunt in maiorem gloriam amici. quamvis igit(ur)
deus sit omnibus reb(us) præferendus n(on) t(ame)n obligat(ur) actum
n(ost)ri amoris præferre omnib(us) aliis rebus v.g. n(on) præfert
gratiæ iustificanti. unde neq(ue) est necesse illum præferri
vissioni beatæ. sed hæc cum sit etiam aliis beatitudo formalis et præs
tantior amore potest præferri n(on) solum per affectum concupi
scentiæ quo nobis volumus id q(uo)d e(st) maius bonum n(ost)rum
sed eti(am) per affectum charitatis erga deum quo volumus ipsi
deo id q(uo)d illi e(st) maius bonum extrinsecum et cedit in maiorem
gloriam illius ut recte etiam notat egidius proxime citatus.

Dices. sequeret(ur) inde, data hac hypothesi q(uo)d aliquis ha
beret vissionem dei et careret illius amore, immo et quamvis esset
in peccato mortali adhuc foret beatus sed hoc consequens
e(st) falsum. ergo et an(tecedens). sequela probat(ur) q(ui)a habens essentiam beati
tudinis n(on) potest n(on) esse beatus. sed ille tam haberet ess(enti)am beatitudinis
formalis quæ ut supponitur consistit in vissione dei. ergo foret
beatus. min(or) v(er)o id est cons(equens) e(st) falsum ita probat(ur) q(ui)a carere amore
dei et esse in peccato mortali e(st) summa miseria nam pecca
tum mortale e(st) summum malum ~~quod~~ haberet n(on) foret bea
tus quamvis videret deum. probat(ur) ~~tota~~ q(ui)a summa miseria n(on)
potest esse cum summa beatitudine, neq(ue) fieri potest ut aliquis
simul sit summe miser et summe felix, ut ex ipsis terminis
id intelligit(ur) repugnare.

ad hoc variæ solutiones a diversis assignari solent quarum
aliquas refert et impugnat vasq(uez) hic disp. 11. c. 10 ad 6.
ipse autem ibi n.o 64. dicit neg(an)do sequelam esse tam hypothesim
q(uo)d aliquis habeat vissionem dei et simul sit in peccato
mortali q(ui)a requirit ipsa vissio dei ex se necessario conmundat

peccatum cum sit totaliter opposita beatitudini et summe feli
citatis quae esse debet contraria talis, ut secum non patiatur infe
licitatem et maximam miseriam peccati mortalis.
Solum haec ratio ostendat visionem dei quantum de se naturaliter petere emun
dationem a peccato, unde sequitur non posse ordinariam non posse illud
secum pati, tum loquendo specialiter de peccato habituali non ostendit
repugnantiam cur dici nequeat per potentiam absolutam fieri posse
ut deus ad sui visionem evehat aliquem peccatorem cui tamen
nollet illi remittere maculam peccati sicut conceditur in sententia asse
rente habitualem gratiam iustificantem posse conferri peccato
ri etiamsi non remittat illi peccatum ut diximus in tractatu de gratia
disp. 11. c. 6. neque intelligimus id cum in decens et impossibile deo quod etiam in
peccatore indigno conferret suaderetur quoad physicam qualita
tem quibus nollet conferre beneficium morale remissionis pec
cati.
Praeterea quibus absolute loquendo id esset omnino impossibile adhuc quoad ad pro
positum attineret restat difficultas in hac hypothesi sive per possibile sive per im
possibile concipiatur aliquis habens visionem dei simul cum macula pecc
ati mortalis an dicendum sit illum esse beatum si quidem tota essentia beatitu
dinis formalis ut supponitur consistit in sola visione dei. et similis
difficultas habet etiam locum in sententia Scoti aut quacumque alia quae essentiam
beatitudinis nempe sive formalis beatitudo essentialiter constituatur in amore
dei sive in aggregato ex amore et visione ya. inquiri potest data
hypothesi quod concipiatur aliquis peccator evectus adeo ad tales
operationes absque condonatione peccati an ille foret beatus.
Respondetur igitur data praedicta hypothesi illum fore beatum physice non
vero moraliter, nempe essentia beatitudinis physice attenditur ex operatione
vitali quae physica consecutio ultimi finis obtinetur unde consequenter
dicendum est illum qui de potentia absoluta absque condonatione peccati habe
ret talem operationem fore beatum physice. ceterum moraliter non di
ceretur neque esset beatus quia ratio beatitudinis non solum physice sed etiam
moraliter sumpta includit carentiam summae miseriae moralis
qualis est peccati mortalis.
Ad id quodam modo est simile in sententia asserente physicam qua
litatem gratiae habitualis iustificantis posse per potentiam dei abso
lutam produci et conservari in peccatore absque remissione pe
ccati mortalis quibus ille esset physice gratus per physicam qua
litatem

gratum esset moraliter gratus quoad hoc ulterius consequitur ex
clusio maculae moralis peccati mortalis: Si igitur in hoc
casu concederetur illum fore physice gratum per physicam
qualitatem gratiae moraliter tamen non gratum propter peccatum
mortale non remissum, ita suo modo in hac hypothesi obiectionis
supposita ille foret physice beatus per visionem dei, mora
liter tamen miser per moralem miseriam peccati mortalis non
remissi. idemque sequeretur in sententia constituente essentiam bea
titudinis formalis in amore dei aut in agregato ex visione
et amore, si obiiciatur talis operationes de potentia absoluta posse
esse in hoc cui non sit condonatum peccatum mortale.
quare ad illud quod in probatione minoris predictae obiectionis
dicitur peccatum mortale esse summam miseriam et hanc
non posse esse cum summa beatitudine contra dicta distinguendo
peccatum mortale est summa miseria moralis quae non
potest esse cum summa beatitudine morali sicut non potest aliquis
simul esse moraliter gratus et non gratus simpliciter ut in
telligitur ex ipsis terminis, tamen de potentia absoluta habitualis mise
ria moralis non repugnat cum summa beatitudine physica
sicut non intelligitur repugnare quod aliquis de potentia absoluta sit
physice gratus moraliter vero non gratus. quare in illa hypo
thesi quod de potentia absoluta aliquis peccator absque remissione
peccati mortalis eveheretur ad videndum deum daretur bea
titudo physica cum miseria morali peccati mortalis habi
tualis non remissi; sicut ex hypothesi quod qualitas gratiae concederetur
sine remissione peccati mortalis daretur gratitudo physica cum
non gratitudine morali. de peccato autem mortali actuali
quod repugnet cum visione dei est specialis ratio ex eo quod visio
dei propter summam estimationem supremi boni clare visi sub
trahat obiectum actui peccati mortalis ut exponetur infra ubi de
impeccabilitate beatorum.

6a. Dissertatio de opposito seu contrario amoris dei et visionis

circa hanc dissertationem sit certissimum argumentum. illud est melius cuius opposi
tum est peius. sed oppositum amoris dei est peius quam oppositum

visionis dei. Et amor dei est quod melius quam visio dei. Et consequenter beatitudo formalis consistit in amore dei quia illa debet consistere in eo quod est melius attingens deum; maior recepta est communi axiomate ex 3° libro 2. thopicorum. c. 3. loco 29 ubi dicit: illud est eligibilius cuius contrarium est fugibilius. et lib. 8. ethicorum ad Nicom. c. 10 paulo post initium ubi sic habet: Et pessimum quod optimo est contrarium.

minor vero sic probatur. oppositum amoris dei est odium dei: et hoc est peius quam error qui opponitur visioni dei, nam odium dei est maximum omnium peccatorum ut docet d. thomas 2.2. q. 34. a. 2. corpore et ad 2. specialiter in asserit illud esse maius peccatum quam infidelitas. idque probatur ratione. quia odium dei includit affectum destructivum dei, minus autem tendendi per affectum destructivum dei est deterior quocumque alio modo tendendi cuiuscumque alterius actus.

aliqui respondent idque in maiori dicitur illud esse melius cuius oppositum est peius habere locum in bonis disparatis non vero in iis quae sunt connexa, ita ut unum includat aut supponat aliud exempli gratia in quantum sanitas utcumque non est quod melius quam nobilis valetudo quamvis oppositum sanitatis [struck] egritudo sit quod peius quam defectus nobilis valitudinis nimirum quia nobilis valetudo supponit sanitatem. sic ergo in quantum in praesenti quoniam amor dei in patria supponit visionem dei, ex eo quod oppositum amoris sit peius non sequitur ipsum amorem esse meliorem visione. ita habet ex Durand. 4 sententiarum d. 49. q. 4 ad 5. Capreolus ibidem q. 2a a. 3. ad 5. 5. mag. et 1o sententiarum d. 1a q. 5a a. 3. ad 15.

Et haec solutio non videtur satisfacere nam dicta assertio si fiat debita comparatio praecisse inter ea extrema quorum illud dicitur esse absolute melius cuius oppositum est peius ac proinde oportet explicare an id quod praecisse opponitur amori dei sit peius quam id quod praecisse opponitur visioni et an absolute verum sit

esse simpliciter melius id cuius oppositum est peius.
2o alij respondent debere attendi oppositionem privativam et quoniam oppositum privativum vissionis dei est peius quam oppositum privativum amoris dei, idcirco inquiunt vissio est melior amore, respective carentia vissionis dei est peior quia tollit maiorem perfectionem, nam vissio dei est perfectior amore et ideo carentia vissionis est peior quam carentia amoris.
Sed in primis superest difficultas quid dicendum sit si attendatur oppositio positiva per modum contrarietatis, respective si contrarium amoris dei quod est odium comparetur cum contrario vissionis hoc est cum errore siquidem illud axioma initio huius difficultatis propositum iuxta doctrinam Aristotelis receptam absolute asserit illud esse melius cuius oppositum est peius. deinde restat etiam difficultas utrum ex eo quod oppositum positivum concedatur esse peius non sequatur idem etiam esse dicendum de oppositis privativis....
3. igitur alij respondent quod dicitur illud esse melius cuius oppositum est peius id non debere intelligi absolute et simpliciter sed tantum quod sub ea ratione qua opponitur cum maiori bono. sic Caiet. 2.2. q. 142. a. 3 ubi illa inquit regula thopica quod oppositum meliori est peius debet intelligi non simpliciter sed ex parte qua opponitur bono maiori ex qua melius habet quod sit melius idemque dicere quibus alijs tris docent. Valen. to. 2. disp. 1. q. 3. [illegible] 4. § ad. 3. probatur in ea solutione et alij.
hoc etiam amplius explicant alij alia ratione. oppositum meliori bono est peius prout excludit illud maius bonum alijs tamen de causis potest esse minus malum. quare inquiunt error vissioni dei oppositus est quidem peius prout excludit vissionem dei, sed minus malum est prout opponitur ipso deo; econtra vero odium dei est minus malum prout excludit amorem, sed est peius prout opponit deo quia error solum opponitur deo in ratione manifestantis se ipsum, at odium opponitur

illi q[uia] includit affectum destructivum ipsius dei. unde odium quatenus est peius errore h[abe]t excessum n[on] respectu boni q[uo]d excludit a subo, s[e]d q[uia] illius mus tendendi per affectum destructivum dei est peior et magis offensibus.

Verum adue dictas [propositi]o[n]es p[ote]st ut explicet an ex eo q[uo]d concedat vissio dei e[st] simplicit[er] perfectiorem amore consequent[er] et dicendum sit errorem e[ss]e simplicit[er] peiorem odio. quare ad arg[umentum] initio huius dicti positum. R[espondeo] exponendo maiorem illud est peius aut simplicit[er] aut s[ecundu]m q[uo]d cuius oppositum est melius aut simplicit[er] aut s[ecundu]m q[uo]d ita et similit[er] [...] qua aliq[uo]d in aliquo gr[adu] [...] melius aut simplicit[er] aut s[ecundu]m q[uo]d dici et posse eius oppositum [...] e[ss]e peius aut simplicit[er] aut s[ecundu]m q[uo]d.

+ portione

ad id v[er]o q[uo]d in minori dicit oppositum amoris dei e[st] peius quam oppositum vissionis dei R[espondeo]. id neg[o] si denotet ex[cessum] in gr[adu] phisico et morali. [...] sit in gr[adu] phisico et morali oppositum amoris dei e[st] simplicit[er] peius quam oppositum vissionis dei. ad probat[ione]m v[er]o cum dicit odium dei oppositum amori e[st] peius errore opposito vissioni. R[espondeo] neg[o] illud e[ss]e simplicit[er] tum phisice tum et moralit[er] peius. nec n[on] et unde id firmit[er] ostendat s[e]d potius ex maiori perfectione phisica vissionis colligit errorem illi oppositum positive et carentiam vissionis illi oppositam privative e[ss]e simplicit[er] peiorem phisice quam odium positive oppositum ~~odi~~ amori et carentiam amoris oppositam illi privative —

ad illud aut[em] q[uo]d in probatione dicit odium dei e[ss]e maximum omnium peccatorum. R[espondeo] ex hoc solum sequi q[uo]d odium dei sit peius moralit[er] s[ecundu]m r[ati]o[n]em mali voluntarij un[de] attendit[ur] peccati gravitas. atq[ue] hoc signat D. thom[as] [...] q. [...] 34. a. 2. corp[ore] ubi ex co probat odium dei e[ss]e maximum peccatorum q[uia] in illo p[ro]p[ri]e importat[ur] voluntaria aversio a deo, in alijs aut[em] quasi participative quatenus

aliquis appetit aliquid habens annexam aversionem adeo
ut ad 2. facta comparatione sit odium dei et infidelitatem
dicit odium dei esse gravius peccatum, quia infidelitas non habet
rationem culpae nisi in quantum est voluntaria ratione ali
cuius odij (intellige odij aut formalis aut virtualis sive im
pliciti) 3a. ad qd respondit credendum.
inde autem colligit odium dei esse peius moraliter in ratione
mali voluntarij ut diximus; cum hoc tamen bene stat
errorem oppositum visioni dei esse peiorem physice, quia directe
et formaliter opponitur maiori perfectioni physicae nempe visio
ni dei, sicut et carentia visionis dei est physice peior quam
carentia amoris, quia illa per se est privatio maioris per
fectionis physicae hoc est visionis quae est physice praestantior
amore ut ostendit ex his quae dicta sunt supra in hac sect. 3.
disp. ad 2. dilectionem.
nec si hoc obstat in odio dei includi affectum destructivum
dei quia inde solum infert hac de causa illud esse magis peius
physice amore, quin tamen ex eo qd directe et formaliter opponat
maiori perfectioni physicae qualis est visio ad amorem com
parata; est physice maius malum et fieri potest ut aliquid sit
simpliciter maius alio quamvis in aliquo sit minus ut constat
inductione in varijs rebus et docent d. theologi 1a 2ae q. 66 ar
a. 3. ubi asserunt virtutes intellectuales esse ex suo genere sim
pliciter nobiliores virtutibus moralibus quamvis in
qd ab ijs superentur. videlicet infert cognitionem intellectua
lem ex suo genere physico esse simpliciter praestantiorem amore
et inde consequenter deducit perfectissimam cognitionem
qualis est visio dei esse simpliciter perfectiorem ut propositum
est in hac sectione 3. ex quo insuper sequitur errorem opposi
tum visioni dei esse simpliciter physice peiorem odio dei ut in reso
lutione obiectionis propositae ostendimus.

7. dissolves et meliori modo quo unimur ulti-
mo fini per amorem quam per visionem.
in hac diffic. occurrunt multae obiectiones quarum 1.a est
in hunc modum. beatitudo formalis consistit in uniare cum
ultimo fine. sed meliori modo unimur illi per amorem quam
per visionem. ergo consistit in amore et non in visione. maior
recepta est communiter. minor probatur 1. ex D. dionisio c. 4. de divin.
nominibus fere ad medium ubi dicit: amorem esse virtutem uni-
tivam. 2° ex D. th. 1.2 q. 28. a. 1. ad. 3. in fine ubi ait: amorem
magis unitivum quam visio. 3. ex eodem D. th. lib. 3. contra gent.
c. 116 in 1.a ratione homo inquit per amorem maxime adheret deo,
et subdit: illum meliori modo adherere deo per voluntatem
quam per intellectum, et tandem ita concludit: adhesio igitur amo-
ris ad deum est potissimus modus adherendi.
Rs explicando maiorem, beatitudo formalis consistit in unione in-
tentionali affectiva ultimi finis obtenti in ratione dei beatifican-
tis. quare non est illis unionibus quae ad distinctionem unionis intentio-
nalis dici solent reales et phisicae uniones in esse rei sive in gene-
re ad constituendum unum compositum phisicum. non enim bea-
ti habent talem unionem phisicam cum deo ultimo fine ut ex-
plicuimus sup. in hac diss. c. 3. ad 3. quare eatenus beatitudo dicit
unio cum ultimo fine quatenus est operatio vitalis seu actus quo
intellectuali modo consequimur ultimum finem ut est exposi-
tum est in eadem diss. c. 4 post init. et ad. 3. dicitur ac proinde illius
essentia potest autem sit praestantissima unio in ratione intellectualis
consecutionis ultimi finis ut ostensum est ibidem.
ad minorem vero cum dicitur nos meliori modo uniri ultimo fini per
amorem quam per visionem. Rs id negando quia visio dei est optima et praestantissima
unio intentionalis qua consequimur ultimum finem in ratione dei bea-
tificantis, illique accedit unio per voluntatem quae sit posterior ut
probatum est sup. ad id autem quod in 1.a probatione ex D. dionisio affert amo-
rem esse virtutem unitivam Rs amorem esse virtutem unitivam inten-
tionaliter in suo genere nempe modo affectivo hoc est per affectum amoris af-
ficiendo dicit amans uniri et adherere amato et inde exercitat ut
in illius obsequium cavet se illi conformari et communicare
bona et uniri aliis modis convenientibus extra intentionem et causa

citatum amati ut explicuimus sit. 8. c. 4. idque habet ex d. Tho. et aliis 1.2. q. 28. a. 1. ubi explicant quomodo unio dicatur effectus amoris. ex totum in rōe unionis intentionalis assecutivae ultimi finis praestantior est visio dei ut ostensum est locis citatis § praecedenti et statim dicetur ad 2m probatum. Ad sensum d. Thomae in eo loco nempe qd amor in patria sit magis unitivus in rōe unionis intentionalis assecutivae ultimi finis, cum ipse d. Th. aperte essentialem assecutum ultimi finis constituat in visione dei ut constat ex adductis supra in hoc c. 2. sect. 1a. nec est dicendum potius in aliis locis contradicere huic doctrinae ut explicuimus in eodem loco. quare illa verba qd amor dei sit magis unitivus quam visio intelliguntur ut amor dicatur magis unitivus ut aiunt causaliter et extensive quoad vim movendi amantem ad quaerendam etiam realem praesentiam amati quod supponit realis absentia.

Pro hoc notandum est id qd ipse d. Th. 1.2. q. 28. a. 1. corpore explicans quomodo unio sit effectus amoris scilicet ait: duplex est unio amantis ad amatum. una in rem cum amatum praesentialiter adest amanti. alia in affectum. et subdit 1m unionem amor facit effective (intellige moraliter movendo excitando) quia movet ad desiderandum et quaerendum praesentiam amati. 2m autem unionem facit formaliter quia ipse amor est talis unio in affectum. unde idem postea ad 3. asserit: amorem esse magis unitivum quam cognitionem refertur ad priorem sensum de virtute movendi ad unionem in rem, neque ibi asserit qd amor sit realiter unio intensive maior quam cognitio ut ibidem exponunt Caiet. Conrad. Medina et alii asserentes potius unionem per cognitionem esse formaliter maiorem. speciatim vero visionem dei esse maiorem hoc est praestantiorem unionem assecutivam ultimi finis constat aperte ex ipso d. Th. ut dictum est ad 1m probatum.

Ad 3. probatum resp. 1o. illud dictum d. Thomae qd homo melius immo adhaeret deo per amorem quam per cognitionem ut in illo loco exponit ferra potest intelligi de adhaesione amoris prout includit etiam adhaesionem cognitionis cui quasi complementum advenit adhaesio voluntatis, nam ipse d. Th. ibi sic ait: adhaesio quae per intellectum completur recipit per eam quae est voluntatis: ra

unde fortia ibi colligit d. th. velle qd maior sit adhesio per voluntatem et intum simul quam eaque per solum intum qd tn ita intelligendum est ut vtraq3 adhesio sit maior extensiue, nam prestantissima adhesio intensiua an ... alij velut proprietates in qua non inde consistit essentia beatitudinis formalis q sola visio dei ut exposuimus supra in hac disp. c. 8. ad. 6. obiectum et alibi

Resp. 2º si illud dictum accipiat precisse de adhesione amoris non includendo adhesionem cognitionis qdo d. th. asserit illam esse meliorem si id non referat ad maiorem excellentiam rem qd (quo pacto sepe a d. th et alijs solet simpliciter pro rem qd amor preferri cognitioni vt diximus supra in hac sect. 3. disp. 2. et ad 2m obiectum et disp. 4. ad finem) pro intelligat de excellentia simpliciter maiori intensiue habet locum in statu huius vitae, vbi amor caritatis erga deum est prestantior cognitione puri viatoris et in illum quasi in finem ut quo ordinatur cognitio nostra ut exposuimus supra in hac sect. 3. disp. 4. atq3 hic sensus colligitur etiam expresso d. th. in illo citato loco obiecto ex lib. 3. c. gent. c. 116 nam ibi in titulo ipsius capitis statuit finem legis diuinae esse dilectionem dei. idq3 probat in toto illo capite. hoc autem intelligitur specialiter de ordine huius vitae nam in patria finis simpliciter vltimus tamquam quo est visio dei quam sequitur amor quasi proprietas ordinata ad illius complementum accidentale ut in supra dicta disp. 4. exposuimus ex doct. ipsius d. the et aliorum.

dices. actus intus perficitur per hoc qd res intellecta est in intelligente per suam similitudinem, actus vero voluntatis per hoc qd fertur in ipsam rem prout est in se ut docet d. th 1a pte. q. 16. a. 1º et q. 27. a. 4. et q. 82. a. 3. et alibi sepe et in hac doct. fundatur idq3 dici solet cognitum trahi ad cognoscentem et esse in cognoscente ad modum ipsius. item illud qd ex hugone de sto victore asserit his verbis intrat dilectio vbi cognitio stat foris. ergo beati meliori modo adherent deo per actum voluntatis quam intellectus, siquidem per illam attingunt deum prout est in se

at vero per istum deus cognitus dicat esse in illis per propriam similitudinem ad modum cognoscentis.

Respondeo negando consequentiam quia cum dicat actum intellectus perfici per hoc quod res intellecta sit in intelligente per suam similitudinem quae dicit modum tendendi proprium intellectus et ut sic notam rei quae dicit expressa intentionalis similitudo hoc est repraesentatio obiecti quae quidem si sit perfecta intuitiva vere attingit illud prout est in se ut constat ex propria ratione notitiae intuitivae et speciatim de visione beata habetur apostolo Ioannis 1. c. 3. cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est.

actus etiam voluntatis quod perfectius dicitur ratione suae nempe appetitivi proprium obiectum prout est in se et speciatim de dilectione charitatis comparata cum imperfecta cognitione huius viae locum habet illud dictum relatum ex Hugone de Sto Victore intrat dilectio, ubi cognitio stat foris nempe quia dilectio ex charitate etiam in hac via intrat perfecte per affectum amando deum quibus cognitio huius viae est secundum modum imperfectum dicatur stare foris. caeterum perfectissima cognitio per claram visionem in patria praestantiori modo versatur circa deum quasi prima consecutio habentur alii ut specialiter arguunt ut probatum est supra in hoc c. 7. sect. 1a et 2a in ac et sat. 3. differentia ad 1um etc. obiectum. —

2o obiicit: beatitudo formalis debet esse actus quo unimur ultimo fini et summo bono. sed hoc est proprium voluntatis ergo in actu voluntatis et non intellectus sita est. maior constat ex communi consensu et ex propria ratione beatitudinis formalis. minor vero ita probatur finis est proprium obiectum voluntatis ut constat tum ex D. Th. 1a 2ae q. 1 a. 1 corp. ad finem ubi specialiter dicitur voluntatis est finis et bonum; tum etiam ratione nam propria ratio finis est ratio boni quae est proprium obiectum voluntatis.

Respondeo concessa maiori negando minorem si sermo sit de prima et formali unione qua dicimur simpliciter consequi ultimum finem. ad probationem vero minoris cum dicit finem et bonum esse proprium obiectum voluntatis respondeo id ita distinguendo finis et bonum reduplicative sub ratione boni appetibilis hoc est quatenus attingibilis modo appetitivo est proprium obiectum voluntatis. caeterum finis et bonum specificative hoc est ipsa ratio

finis et bonum obiectum intus reduplicative sub ratione intelligibili nempe prout attingibilis modo intellectivo, essentia autem beatitudinis formalis petit ut sit primaria et praestantissima consequutio eius rei quae ultimus finis et summum bonum ac proinde non debet attingere obiectum reduplicative sub ratione finis et boni modo appetitivo sed sub ratione intelligibili modo intellectivo qui pertinet ad primariam consequutionem, atque hoc indicat in illis verbis D. Augustinus 1o. lib. de moribus ecclesiae c. 11 initio beatitas qua consequimur Deum mirifice et intelligibili modo eius veritate illustrari. ad quod expositum et probatum superius in hoc c. 9. sit 1a et 2a minore

instabis: quia visio solum assequitur in Deo rationem veri non autem rationem finis et boni siquidem solum attingit Deum sub ratione intelligibili modo intellectivo.

Respondeo negando consequentiam. quia visio fertur primario in Deum prout in se clare et distincte, ac proinde non solum attingit et assequitur rationem veri quae in illo sed etiam rationem finis et boni non quidem modo appetitivo prout pertinet ad voluntatem sed modo intellectivo prout ut spectat ad intellectum cui proprium primaria consequutione conformiter ad naturam intellectualem acquirere finem et bonum quod voluntas appetit. quare ipsa ratio finis et boni distinguitur aut prout acquisibilis primaria consequutione aut prout ut appetibilis, et priori modo attingit per visionem posteriori vero per amorem, [illegible] hoc D. Thomas 1a 2ae q. 19. a. 3. ad 1m dicit bonum pertinere ad intellectum sub ratione veri hoc est intelligibilis ad voluntatem autem sub ratione appetibilis, et 1a parte q. 82 a. 3. corpore dicit ipsam rationem boni appetibilis esse obiectum intellectus nempe modo intelligibili.

3. obiicitur. voluntas in via concurrit ad promerendum praemium praestantiori modo quam intellectus quia meritum attenditur praecipue ex actibus caritatis liberis qui pertinent ad voluntatem ergo in patria praemium essentiale beatitudinis formalis potius debet esse in voluntate quam in intellectu. probatur consequentia quia praecipuum praemium debet tribui illi potentiae quae illud praecipue meruit.

Respondeo negando consequentiam. quia non oportet praemium reddi in eo in quo

quasi illud promereatur, sed potius mica quae est apta ut mediante illa illud con
sequatur et possideat: ita autem se habet intellectus qui est potentia
apta ad mediam consequutionem et possessionem ultimi finis modo conven
tenti eoque intellectuali ut expositum est superius in hoc c. 9
sect. 1a et 2a. / ad hoc suo modo et videtur mallius afferri solet
exemplum v.g. in actus militis pugnat contra hostes et vincit
illius vero caput coronat victoriae coronam in praemium.

Urgebis: eiusdem potentiae est tendere in finem et illum consequi in
eoque conquiescere v.g. lapis eadem gravitate qua tendit in centrum
consequitur illud et in eo conquiescit. pariter eiusdem etiam potentiae est
appetere finem et eo satiari. sed cum voluntatis sit praecipue per
actus meritorios tendere in ultimum finem illumque appetere
consequenter etiam ad eam pertinere consequi ipsum finem et eo
satiari in illoque conquiescere, praesertim cum illa potius
sibi quam alteri potentiae amet praecipuum bonum nam ut dicit
com. axiomate amabile quidem bonum unicuique autem proprium.

R. explicando sigillatim diversa dicta huius obiectionis. et igitur
ad illud dictum eiusdem potentiae est tendere in finem et illum con
sequi in eoque conquiescere. R. id intelligi servata proportione
tamen quo potentia est capax consequendi finem. quare voluntas
suo modo appetitivo dicitur consequi finem sub ratione boni. ceterum praesuppo
nere debet mediam et praestantissimam essentialem consequutionem
finis modo intelligibili per actum intellectus ut expositum est ad 2m ob
iectionem huius disputationis et superius in hoc c. 9 sect. 1a et 2a. conquiescere
autem in fine si per quietem denotetur fruitio sumpta pro delectatione
formali pertinet quidem ad voluntatem. ceterum haec quies non est
de essentia beatitudinis formalis sed proprietas comitans mediam ultimi
finis consequutionem quae est divina visio et quies radicalis, et essentia
formalis beatitudinis ut relatis locis de hac explicuimus sup. c. 8.
ad 7 obiectionem. Specialiter de fruitione seu delectatione an
sit immediate et per se orta ex ipsa visione dei an vero ex ipso
deo viso agemus infra suo loco in disp. de proprietatibus

beatitudinis. 2° ad aliud dictum eiusdem pot. e appetere finem et eo satiari. Resp. id etiam intelligi servata proportione et non quo pot. e capax ut satiet. unde voluntas satiat suo modo appetitivo per amorem et fruitionem seu delectationem et gaudium quae sunt proprietates praesupponentis rationem ultimi finis consecutionem per visionem quae sicut dicit quis et fruitio radicalis ita etiam dici pot radicalis satietas.

3. ad ultimum dictum voluntas potius sibi quam alteri proprie amat praecipuum bonum et amabile quidem bonum unicuique autem proprium. Resp. similiter idem id intelligi servata proportione de illo bono cuius pot. e capax et eo modo quo e capax; ac proinde voluntas amat sibi tam quam subiecto proximo illos actus quorum e capax nempe amorem et fruitionem finalem seu delectationem et gaudium circa ultimum finem; at rationem ultimi finis consecutionem quae e dei visio amat intellectui tam quam subiecto proximo capaci cui debet inhaerere. —

notandum autem e cons. d. quia voluntas considerari explicitam dispositionem solet aut prout e appetitus naturalis et particularis inclinans in bonum peculiare sibi proprium, aut prout e appetitus rationalis et ultimus totius hominis inclinans in bonum totius suppositi et singulorum partium ac potentiarum prout illis expedit. unde eadem voluntas quibus ut appetitus naturalis et particularis dicat magis appetere suam propriam perfectionem quam alterius potentiae, tamen prout appetitus rationalis et ultimus ordinatus ad bonum totius suppositi dicitur magis appetere id quod toti supposito e magis bonum per quamlibet potentiam sit obtinendum ut notant Capreolus 4 sententiarum d. 49 q. 2. a. 3. ad arg. Scoti 3a. 1m. circa m. ad 3. Medina et alii 1a 2ae q. 3. a. 4.

ultimo obiicit. proprium e voluntatis assequi finem amatum taliter ut per amorem illum teneat et faciat suum atque possideat. ergo in actu amoris consistit essentialiter beatitudo formalis, nam hic debet e actus quo assequimur ultimum finem taliter ut eum teneamus et quasi unum summum bonum possideamus. 1° illud ii ad Corinthios 9. nostri <u>sic currite ut comprehendatis</u>, hoc e possideatis. arg. 2° ex 1° cap. 3 Canticorum: inveni quem diligit anima mea tenui eum, nec dimittam ubi in dicat per amorem tenere ac possidere dilectum. 2° ex s. d. th. q. 4. a. 3. ad 3. ubi

tumori corpe c̄t ad i.m dixisset ad beatitudinem requiri con
prehensionem post tentionem et cum aliquis insequens aliquem
dicit eum comprehendere quando illum tenet postea ad 2. ait
ad voluntatem pertinet comprehensio et delectatio. 3.o quia illo
dicto quo dici solet amore amicitiae amicus sit alter ego
seu alter ipse quod habet ex Aris. lib. 9. ethicorum ad Nicoma
c. 4. ad medium et c. 9. post medium, et lib. 2. magnorum
moralium. c. 16 ad medium et alibi. quae verba indicant esse
unionem quae fit per amorem esse veluti translationem domi
nij rei amatae in amantem ita ut amor sit actio apprehensi
va et possessiva per quam capit et possidet tamquam suam
praedictum atque refert Cardinalis Aug. to. 1. lib. 4. de beatitudine sali
et sua 10. a 3. n.o 6. asserens idem esse sententiam Scoti unicum et potissimum
fontem ad ostendendum absolutum obiectum beatifici nulla ratione posse con
venire actui intellectus sed solius voluntatis. Sed neque do. ans sisten
sus sit illud esse proprium voluntatis quoad rationem assecutionis qua
ratio et essentialiter dicimur consequi et tenere ac possidere finem sed
... proprium visioni ut probatum est et positum est supra in hoc
c. 9. sect. 1.a et 2.a et in praesenti sect. 3. disp. 3. et in hac disp. 7.
ad 1.m et 2.m obiectum
ad 1.m probatum Respondeo illa verba tenui eum et non dimittam solum deno
tant tentionem qua sacra sponsa dicit tenere dilectum spon
sum, at non exprimunt tentionem in patria esse per actum amo
ris potius autem naturae rei et graviori authoritati consentaneum
est ut tentio beatifica patriae essentialiter fit per visionem qua vere
dicimus ratione consecutione deum consequi tenere et possidere ut
constat ex ijs quae adducta sunt locis proxime citatis.
ad 2.m probatum Respondeo per comprehensionem quam d. Th. in eo loco tri
buit voluntati intelligitur relatio seu habitudo qua voluntas
dicitur tenere deum mediante visione. quod ostendit ex illius
verbis nam in illo a 3. ad 3. id explicans ait. comprehensio
non est aliqua operatio praeter visionem sed quaedam habitudo ad
finem iam habitum, quae verba indicant finem iam haberi

immediate per visionem et in de sequi ut voluntas mediante ipsa visione dicatur tenere seu comprehendere finem iam habitum per visionem. atque hunc sensum de re quibus aliis variis modis loquendi docent ibi Cajet., Conradus, et Vasq. disp. 15. c. 2. no. 6 et 9. et alii.

quare hic sensus non pugnat cum eo quod comprehensio sumpta pro tentione primaria quae est essentialis ultimi finis consequutio seu habitio et possessio sit propria solius intellectus per visionem dei ut aperte constat ex ipso D. Th. tum in praedictis verbis quibus asserit ad eam comprehensionem quam tribuit voluntati praesupponi finem iam habitum per visionem, tum et in aliis locis quibus ex professo probat visionem dei esse ultimi finis consequutionem ut exposuimus locis supra citatis ante solutionem ad 1.um probationem.

ad 3. probationem dico illud dictum amicus est alter ego denotat amicum esse timatione affectu et bonorum communicatione reputari ac si esset alter ego. at inde non probatur propriam et praestantissimam consequutionem qua dicimur modo consentaneo rei intellectuali consequi finem esse formaliter per amorem, neque essentialis consequutio ultimi finis consistit in aliqua translatione dominii sed in actu quo vere et perfectissime deum quod ut diximus attingimus, et sic modo intellectuali dicimur illud ut summum nostrum bonum habere tenere et possidere. ad quod dicunt Aug. to. 1. lib. de moribus ecclesiae c. 11 initio dicit habere esse consequutionem dei mirifico et intelligibili modo, et t. 4. in lib. 83. quaest. q. 35 paulo ante finem dicit, beate vivere est aeternum aliquid cognoscendo habere ita ut ipsum nosse sit habere, et D. Th. 1.a p. q. 12 a. 7. ad 1.um dicit beati videndo deum tenent ipsum. quod plenius est tenere ex dictis ubi supra.

ad id vero quod dicit amorem esse actum assequutivam et comprehensivam ac possessivam obiecti beatifici. dico id illi convenire secundo modo assequutione 2.a et accidentali praesupponente primariam et essentialem per visionem. unde etiam in doctrina et modo loquendi D. Th. et aliorum constituentium beatitudinem formalem essentialiter in visione dei consequutio ultimi finis late sumpta prout abstrahit a 1.a et 2.a essentiali vel accidentali tribuitur etiam voluntati ut exposuimus supra in hac. c. 3 sect. 2 a at soli intellectui tribuitur dictae primaria et essentialis consequutio

ria v° et accilis voluntati, ut ibi docet sub 1a c. 3. osten
sum e.

Disputatio an sit aliqua beatitudo super naturalis viae et in quo consistat.

multi graves autores absolute asserunt in hac vita non posse haberi beatitudinem id tamen exponunt de beatitudine perfecta qualis est patriae. caeterum est negandum posse in hac vita haberi imperfectam beatitudinem supernaturalis viae modo exponendo cum sequenti. –

1a conclusio in hac vita haberi potest aliqua imperfecta beatitudo supernaturalis viae. haec conclusio de re est communis omnibus in modo loquendi apportat diversitas apud multos qui nomen verae beatitudinis tribuere videntur soli beatitudini patriae, caeterum etiam in modo loquendi hanc conclusionem docent Scotus 4. sententiarum d. 49. q. 2. a. 2 post conclusionem 3. et 5. , Cano lib. 9. de locis theologicis in c. 9. , Vasquez 1a 2ae 10i°. disp 12. c. 3. n° 13.) egidius ibidem lib 4. de beatitudine formali q. 14. a. 1°. n° 2. ubi notat se neminem vidisse qui eam simpliciter negaverit et addit illam non posse simpliciter negari.

et quoniam specialiter de mente d. th. circa hoc solet esse apud aliquos controversia oportet. 1° ipsam explicare et probare ex aliquibus illius locis. 1° igitur probatur ex eo quod hic q. 3. ar. ad 4. sic ait: in statu praesentis vitae perfecta beatitudo ab homine haberi non potest, et philosophus 1° ethicorum (c. 10 ad finem) ponens beatitudinem hominis in hac vita dicit eam imperfectam esse. 2a. probatur in eadem q. a. 6. corpore initio duplex inquit est hominis beatitudo una perfecta et alia imperfecta et q. 5. a. 3. corpore initio aliqua lis inquit beatitudinis participatio in hac vita haberi potest perfecta autem et vera beatitudo heri non potest, ubi manifeste loquendi copulative negat huic vitae non utcumque beatitudinem quae sit vera imperfecta, sed quae sit vera et perfecta ut etiam indicant alia verba quae ibi in fine corporis subdit copulative homo non potest aliquis in hac vita veram et perfectam beatitudinem adipisci item a. 5. corpore beatitudo inquit imperfecta quae in hac vita haberi potest 3a.

2o peculiarit ex doct. D. Aug. cui non merito aliqui tribu
unt oppositum. pbr ex eod D. lib. 11 de civitate dei c. 12 pau
lo post initium sic ait: quis primos illos hoes in paradiso nega
re audeat beatos fuisse ante peccatum, quambis de sua bea
titudine quam diuturna, vel utrum eterna esset incertos, esset
autem eterna nisi peccassent, cum hodie non inprudenter beatos
vocemus quos videmus iuste ac pie cum spe futurę inmor
talitatis hanc vitam ducere. ex quibus verbis constat a D.
Aug. preter beatitudinem patrię quę est eterna et perfecta con
cedi in hac vita beatitudinem vię qua hoes iuste et pie ten
dunt ad beatitudinem patrię.

3. pbr. idem consonum testimoniis scr. quibus hoes iusti
in hac vita dicuntur beati nempe beatitudine imperfecta
vię ut significant ipsa verba quibus fit mentio vię seu tendentię ut psal
1. n. 1. beatus vir qui non abijt in consilio impiorum et in via
peccatorum non stetit etc. et psalmo 118 n. 1. beati inmaculati in
via qui ambulant in lege domini, et matt. 5. xpus dominus in sermone
de beatitudinibus ex monte quasi ex edito loco viam ad beatitudinem pa
trię ostendens apellat beatos (nempe beatitudine vię) illos qui sunt pau
peres spu mites mundi corde etc. ubi intelliguntur actiones virtutum
quę sunt vię ad tronum regni celestis ac si inde habent ronem beatitudinis
vię ut ibi docent multi ss. PP. et alij expositores.

4. id declarat et pbr quoniam beatitudo formalis dicit quod formalit versatur circa bea
titudinem obiectivam hoc est deum nos per intentionalem cognitione et
amore unit cum illo quasi cum ultimo fine sed ho in hac vita pot
per auxilia gre habere actus supernales quibus formalit versetur circa beatitu
dinem obiectivam et uniat cum illa quasi cum ultimo fine qmvis
modo imperfecto per actus fidei spei et charitatis secundum statum huius
vię tendentis ad perfectam beatitudinem patrię. ergo in hac vita
habere pot aliquam imperfectam beatitudinem supernalis vię.

Obijcies 1o. D. Aug. lib. 19 de civitate dei c. 4. asserit in hac
vita non posse haberi beatitudinem ideo quod late pbat ex innumeris mise
rijs quibus hec vita subijcit. et int alia in illo c. paulo ante fi
nem dicit: vita humana quę tot ac tantis huius seculi malis co
git esse misera quomodo beata est quę nondum salva est.

R. S. d. Aug. ibi contendit in hac vita n. posse haberi beatitudinem perfectam et finalem, neq. etiam per solas vires nras sine auxilio gre posse haberi beatitudinem uie ducentis ad eternam beatitudinem, qd aperte constat ex dictis quam initio illius capitis opponit contra antiquos phos, qui inquit in ista vita fines bonorum et malorum esse putaverunt, et hic beatitudinem ex a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerunt et paulo post medium sic ait quamdiu q. nobis inest hec infirmitas quomodo nos iam salvos et si ndum salvos quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus. quare ibi n. negat d. Aug. in hac vita beatitudinem imperfectam finalis uie per auxilia gre in quo sensu ipsemet loco supra citato in 2a probatione n. impedunt vocari beatos, nempe beatitudine vie eos qui iuste et pie cum spe future immortalitatis hanc vitam ducunt.

2. Obijcit d. th. hic 2a 3 corp. initio sic ait: aliqualis beatitudinis participatio in hac vita haberi pot. perfecta autem et vera beatitudo n. pot haberi. et ad 2m participationi inquit beatitudinis imperfecta est s. ob beatitudinis qd rn suam essentiam n. videtur tollit rationem vere beatitudinis. que verba indicare videntur eam que dicit beatitudo uie n. esse perfectam neq. esse veram.

R. S. aliud e negare copulatim beatitudinem uie esse veram et perfectam, aliud vero e sic negare illam esse veram ut cumq., prior sensus absolute admittendus et videtur contendi a d. th. ut ex illius verbis probatum e. sic in 1a probatione nempe de beatitudine huiusuie dici pot copulatim qd n. sit vera et perfecta beatitudo que pro loco habet locum quatenus hoc copulatum n. coit beatitudini uie q. in sensus stare pot etsi vera illius pars, nempe qd sit quomodo vera beatitudo n. ut eam q. illi deneget. si autem absolute dicat beatitudo huius uie n. e vera beatitudo quoniam his terms vera beatitudo solet esse ambiguus sensus oportet ita distere hoc predicatum <u>vera beatitudo</u> simpliciter et absolute prolatum sumi solet stricte pro beatitudine finali qua sum. tro et in hoc sensu beatitudo huius uie n. e vera beatitudo; latius tn loquendo vera beatitudo sumi pot ita ut denotet n. fictam et apparentem

est veram unionem cum ult° fine et consequenter essentialiter versan-
tem circa beatitudinem obiectivam sive in via sive in patria. et in hoc sen-
su beatitudo viae est suo modo vera et propria beatitudo quamvis im-
perfecta respectu beatitudinis patriae, et contra haec D. Th. infra q. 11
a. 4 ad 2m in fine ait: finis ultimi in habitu et fruitio propria qui-
dem est imperfecta propter imperfectum modum habendi ultimum
finem. ad hanc suo modo facit exemplum quod inquirunt an acci-
dentale sit vere ens, l. entis ens ubi id quod aliqui dicunt
illud non esse ens sed entis ens intelligit de ente stricte sumpto qua-
le est subsistens qui sensus cohaeret cum hoc quod latius loquendo
accidentale sit vere et proprie ens, potest verum ens condistinct-
um a ficto et apparenti.

3. obiicit: in hac vita solum possumus esse beati in spe hoc est quatenus spe-
rando aeternam beatitudinem tendimus ad illam, iuxta illud ad Roma-
8. n. 24. spe salvi facti sumus, et n. 25 si autem quod non videmus spera-
mus per patientiam expectamus. et conformiter ad haec D. Th. 1. 2. q.
5 q a. 3. corpore paulo post initium ait: dicimur hic beati spe futurae
beatitudinis sed ille qui solum est beatus spe non est vere beatus sicut ille qui
dicitur solum dives spe futurarum divitiarum non est vere dives. ergo in hac
vita non potest reipsa haberi ulla vera beatitudo etsi imperfecta sed solum
beatitudo in spe.

Resp. applicando maiorem si fiat comparatio ad beatitudinem futurae huius
veram esse nos in hac vita non esse tali beatitudine beatos reipsa sed spe, sed
in hac vita potest haberi aliqua unio cum ultimo fine quae reipsa est beati-
tudo viae quamvis sit imperfecta beatitudo respectu beatitudinis patriae et
sic locum habet id quod Egidius 1a 2ae t. 1. lib. 3. de beatitudine obiectiva q.
sua 1a a. 3. n. 4. et lib. 4. de beatitudine formali q. 1. a. 1 n. 9. ad 2m
et alii dicunt beatitudinem supernaturalem viae non dici beatitudinem praecise
ex sola spe futurae beatitudinis.

Dist. 2. superest an formalis beatitudo supernaturalis
viae consistat essentialiter in una sola operatione intellectus aut
voluntatis an vero in aggregato ex multis operationibus

1a sententia asserit illam essentialiter consistere in una sola operatione volun-
tatis nempe in dilectione Dei, ita Cano lib. 9. de locis theologicis c. 9. § 4

sacris vero literis ubi in ingressu sacit: in dilectione dei beatitudinis
felicitas sita et non in cognitione.

2a sententia asserit illam essentialiter consistere in multis operationibus ita Medi
hic q. 3. a. 9. si attendatur illius contextus, Vasquez disp. 12. c. 3. n. 13
Egidius lib. 4. de beatitudine formali q. 13. a. 3. n. 5. ubi dicit hanc
esse communem recentiorum sententiam, et postea sequentibus articulis illam
etiam colligit ex communiori doctrina antiquorum.

2a conclusio formalis beatitudo supernaturalisque non consistit essentialiter in una
sola operatione intellectus aut voluntatis sed in aggregato ex utriusque
potentiae operationibus per modum tendentis sufficientis ad statum beatitudinis
patriae. haec conclusio est communior, ut constat ex autoribus relatis in 2a sententia.

Explicatur et probatur distinguendo duas partes quarum una est certior al-
tera probabilior. 1a non esse dicendum formalem beatitudinem supernaturalemque
essentialiter consistere in sola dei cognitione quae in habetur per fidem
aut alio modo communi propria viatoris, quamvis formalis beatitudo patriae consis-
tat essentialiter in sola visione dei. ratio autem discriminis est quia soli
visioni dei ex sua propria natura intelligitur convenire essentialis ratio unionis
intentionalis cum ultimo fine prout requiritur ad statum patriae
per modum primae assecutionis et possessionis cui veluti radici annexae
narionis sunt aliae operationes quasi proprietates; nam eo ipso quod sit clara
et intuitiva dei prout in se est ex sua propria ratione facit illum
modo perfectissimo intentionaliter praesentem in ratione obiecti beatificantis haec
autem intelligitur quaedam prima et praestantissima ultimi finis
assecutio tentio et possessio modo consentaneo naturae intellectuali.

unde visio quasi obiecti beatifici possessio et tentio opponitur tum spei carenti
possessione, tum etiam eius conditione atque, ut indicat in illo ad Roma.
8. n. 24 spes quae videtur non est spes nam quod videt quis quid sperat; et
1a ad Corinth. 13 n. 11 quando factus sum vir evacuavi quae erant parvuli
videmus nunc per speculum et in enigmate tunc autem facie ad faciem
nimirum status viatorum qui est status parvulorum evacuatur
essentialiter per visionem dei ~~a facie~~ facie ad faciem in patria. et 2a ad Corin.
c. 5. n. 6 et 7. dum sumus in corpore peregrinamur a domino per fidem enim
ambulamus et non per speciem et 1a Joannis 3. n. 2 cum apparuerit
similes ei erimus (in tempore beatitudinis) quoniam videbimus eum

sicuti et idemque plenius ostendit contra adversus haeret. c. 9 sectio 2 e 3.
at soli cognitioni dei que per fidem aut alio modo est propria viatoris
non intelligitur convenire essentialis ratio unionis cum ultimo fine que requiritur
ad statum viae per verum sufficientis tendentiae ad terminum beatitudi
nis patriae veram felicitatem viatoris que viatore intelligitur
essentialiter consistere in tendentia sufficienti ad finem terminum; sola
autem cognitio dei per fidem aut alio modo propria viatoris non est
sufficiens tendentia ad terminum patriae ut constat siquidem esse
non est incompatibilis cum peccato mortali quod simpliciter avertit
hominem ab ultimo fine et fides est mortua si per dilectionem non operatur
praeceptorum observantiam.
Confirmatur ex locis scripturae quibus finis et beatitudo viae constituitur in recta
tendentia sufficienti ad terminum patriae quae tendentia praeter cognitionem
fidei includit praecipue dilectionem dei ex qua oritur observantia praecep
torum in toto libro ecclesiastes ex instituto assumit hoc institutum
explicandi quis sit finis et felicitas hominis in hac vita et ab
ipso principio contra errores insipientium generaliter ostendit illam non esse quaeren
dam in bonis huius saeculi propter eorum vanitatem. unde c. 1 n. 2
dicit vanitas vanitatum et omnia vanitas. deinde singillatim
percurrendo per diversa bona exponit illam neque in cognitione et
scientia huius vitae neque in divitiis voluptate potestate gloria mun
dana aliis ve bonis praesentis saeculi sitam esse, et tandem capite
12 n. 13 ita concludit deum time et mandata eius observa hoc est
omnis homo. ubi intelligitur praecipue timor filialis erga deum ex chari
tate observantem observantiam praeceptorum.
praeterea in lib. psalmorum ex instituto in ipso principio exponit hanc beatitudinem viae
beatus vir qui non abiit in consilio etc. sed in lege domini voluntas eius.
nempe ille est beatus et felix viator qui vitavit omnia peccatorum
avertentia hominem a suo termino et ultimo fine deo, et sufficienti cognitione
divinae legis voluntate potissimum per charitatem adhaeret illi etc.
idemque ostendit per totum psalmum 118 a n. 1. beati immaculati
in via qui ambulant in lege domini etc. et 1.a ad Corinth 13 n. 1.
si linguis hominum loquar et Angelorum etc., si habuero omnem fidem etc.
charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ex quibus et plu

ribus alijs locis SS. constat finalem beatitudinem supernaturalem viae quibus requirat cognitionem dei per fidem non consistere essentialiter in illa sola, sed includere etiam essentialiter operationem voluntatis praecipue vero dilectionem dei ut infra amplius ostendetur.
posterior pars quoniam videlicet finalem beatitudinem essentialem viae quibus finaliter includat dilectionem dei non tamen essentialiter in ea sola consistere, sed includere etiam essentialiter alios actus circa deum. hoc autem specialiter de cognitione dei per fidem probatur 1° ex communi doctrina quae huius vitae beatitudinem in activam et contemplativam quasi in duas partes distinguit ut habetur ex D. Thoma 2a 2ae q. 180. a. 1. ad 4. et 1a 2ae q. 3. a. 4. corpore, specialiter notant medi hic q. 3. a. 7. Egidius lib. 4. de beatitudine finali q. 13. a. 4. num. 6. et alij. id quod consentaneum est doctrinae Aristotelis lib. 10 ethicorum c. 7. et 8. ubi etiam suo modo naturalem huius vitae felicitatem in contemplativam et activam bipartitur. Iuxta hanc doctrinam beatitudo supernaturalis viae praeter dilectionem dei, quae praecipue ad partem activam assignatur, includit essentialiter quoad partem contemplativam supernaturalem dei cognitionem per fidem quae est certissima huius viae propria. de hac autem quodam sensu locum habet illud Joannis 17 num. 3 haec est vita aeterna ut cognoscant te solum deum verum etc. nam cum haec verba ut ostensum est supra c. 9. sect. 1a post circa in 1 puncto possint suo modo referri et ad aliam vitam et ad istam, ad partem huius vitae admittunt hunc sensum quod cognitio fidei propria huius viae pertineat essentialiter in adaequate ad supernaturalem beatitudinem viae, cum aliunde nihil obstet et colligatur ex communi doctrina praedicta et ratione subijcienda.
2° probatur ratione finalis beatitudo supernaturalis viae debet versari circa beatitudinem obiectivam hoc est deum per medium tendentis sufficienter ad statum beatitudinis patriae, nam ideo est et dicitur beatitudo viae quia ducit ad beatitudinem termini ut constat. sed sufficiens tendentia ad beatitudinem termini debet includere non solum supernaturalem dilectionem dei quasi gressum partis voluntatis, sed etiam cognitionem supernaturalem dei per fidem velut gressum partis intellectus iuxta illud 2° ad Corinth. 5. num. 6. et 7. dum sumus in corpore peregrinamur a domino per fidem enim ambulamus, et ad Hebr. 11 num. 6. sine

fide impossibile placere deo credere n. oportet accedentem ad deum q. a. ~

ex dictis colligitur 1° actus qui in hac vita circa deum versantur sunt fidei spei et Charitatis finalis beatitudo sumpta naliquis ex illis quasi ex multis gressibus per modum tendentiae sufficientis ad terminum constituit essentialiter quibus finalius ex dilectione dei, et in hoc sensu habet ex locum illud 1 ad Corinth. c. 13 n. 13 nunc autem manet fides spes Charitas tria haec maior autem horum Charitas; et quidem de actus fidei et Charitatis quod pertineant essentialiter ad finalem beatitudinem sumptam nalem mihi constat ex probationibus supra adductis a priori et posteriori parte cuius quibus colligit idem secundo modo dicendum esse de actu spei circa deum. quod spe cialiter notat Egidius 1° q. 1. lib. 4. de beatitudine finali c. 13 a. 5. n. 12.

quod autem ex praedictis actibus finalem beatitudinem mihi essentialiter adaequate constituentibus finalior sit dilectio dei et charitate probatur 1° ex eo quod 1 ad Corinth. 12 n. 31. Paulus de charitate dicit excellentiorem viam vobis demonstro. et c. 13 n. 13 maior horum Charitas. 2° quia cum beatitudo mihi versetur circa deum per modum tendentiae condignae et meritoriae ad terminum beatitudinis patriae peculiariter actui Charitatis convenit praecipua ratio huius tendentiae vt constat. 3. probatur aliis fundamentis quibus dilectio dei praefertur omnibus aliis actionibus huius vitae et constituitur in hac vita finis illarum et divinae legis iuxta illud 1 ad Thimoteum 1 n. 5. finis praecepti Charitas. quod late probat D. Th. 3. contra gent. c. 116, et ostendit etiam ex iis quae diximus supra c. 7. sect. 3. diffe. 3. ad 2. obiectionem et diffe. 4.

2° colligitur operationes aliarum virtutum quae a tribus theologicis fide spe et Charitate sunt condistinctae pertinere ad finalem beatitudinem accidentaliter huius vitae. probatur quia illae vt constat non versantur immediate circa deum qui solus est beatitudo essentialis obiectiva, sed versantur immediate circa aliquam honestatem creatam quae licet ordinetur ad deum tamquam finem beatitudo obiectiva essentialis sed accidentaliter vt patet. solum pertinent ad finalem beatitudinem accidentalem nam finalis bea

itudo essentialis sumpta debet versari circa beatitudinem obtinuam essentialem ut constat ex propria illius ratione nisi sistatur in ei de modo loquendi latiori.

Argumenta quaedam contendentia formalem beatitudinem supernaturalis viae consistere in una sola operatione.

Primum arg. contendit illam essentialiter consistere in sola cognitione dei per fidem ex illo Joan. 17 n. 3 haec est vita aeterna ut cognoscant te solum deum verum. quae verba ut in quodam sensu D. Cyrillus hilar. et alii PP. explicant (quamvis ipsi exhibeant aut significent aliam expositionem) intelligunt de cognitione dei in hac vita per fidem, imo hunc solum sensum ibi contineri, volunt Toletus Maldonatus et alii interpretes in eo loco. Et cum saltem hic sensus non sit reprobandus quamvis etiam admittatur alius de cognitione dei in patria colligitur inde illa verba relata ad cognitionem huius vitae denotare quod beatitudo supernaturalis viae consistit essentialiter in sola cognitione dei per fidem.

Respondeo negando consequentiam nam etiam in sensu referente illa verba ad cognitionem dei in hac vita per fidem non ostenditur ex ipsis verbis textus et contextus aut aliunde illa debere intelligi formaliter de essentia adaequata formali beatitudinis viae, et quod non sit dicendum totam illius essentiam in sola cognitione dei per fidem sitam esse habetur ex aliis SS. et PP. aerorum sententiis supra adrequisitis probationem adductis quibus habetur in beatitudine huius viae formaliter includi dilectionem dei.

Quare cum ratio et regula exponendi SS. postulat ut verba intelligantur conformiter ad id quod postulat natura rei, attento fundamento ex aliis locis SS. et PP. aerorum circa hoc praedicta verba etiam in sententia referente illa ad cognitionem dei in hac vita per fidem apte intelliguntur ut aiunt in sensu causali per modum inchoationis et fundamenti ad beatitudinem patriae nempe cognitio dei per fidem dicitur vita aeterna quia est initium et fundamentum huius viae supernaturalis conducentis ad vitam aeternam

operationes supernaturales sola dilectio dei ex Charitate ultimus finis
ut quo reliquarum omnium operum quibus tendimus ad unum
patriae ut dictum est in hoc casu post corollarium .1. § quod autem
3 finalis beatitudo supernaturalis consistit essentialiter in sola dilectione
dei ex Charitate.

Respondeo distinguendo minorem. sola dilectio dei est quidem inter omnes operationes supernaturales ultimus finis ut quo finaliter, non tamen illa sola est finis ut quo adequatus et completus essentialiter viae finalis beatitudinis supernaturalis nam haec consistit in tendentia sufficienti ad unum patriae, sufficiens autem tendentia essentialiter includit quasi plures gressus multasque operationes attingentes deum pro hac supernaturali via postulat fide spe et charitate neque una sola operatio est radix quam variae comitentur aliquae velut proprietates ut expositum est supra post rem eius in illius probatione

Casus 11. an sit aliqua finalis beatitudo naturalis in via et in ordine naturali acquisibilis, et in qua operatione consistat ubi obiter an detur appetitus naturalis ad beatitudinem etiam supernaturalem.

Sensus huius quaestionis est. an praeter beatitudinem supernaturalem patriae et viae de quibus hucusque dictum est admittenda etiam sit homini in via et in termino aliqua finalis beatitudo naturalis quae possit per solas vires naturae acquiri et quaenam sint operationes naturales ad illam etiam pertinentes.

1a sententia asserit neque de facto dari neque per solas vires naturae posse acquiri ullam beatitudinem. Hanc sententiam referri solent Scotus 4. sententiarum d. 49. q. 2. a. 1 paulo post in [illegible] Canus lib. 9 de locis theologicis c. 9. Sed hi auctores non explicant an omnino negent omnem beatitudinem naturalem etiam imperfectam. aperte vero Vasquez 1a 2ae tomo 1o disp. 2 c. 3. no. 11 asserit nihil naturale esse posse neque in Angelis neque in hominibus quod nomen beatitudinis mereatur. idemque docet 1a parte t. 2. disp 226 c. 2.

2a sententia affirmat de facto quidem supposita elevatione creaturae rationalis ad finem supernaturalem non dari ullam beatitudinem naturalem neque in via neque in termino illam tamen fore naturaliter possibilem si creatura rationalis esset adeo condita in puris naturalibus absque elevatione ad finem supernaturalem. ita Aegidius 1a 2ae t. 1o lib. 3. de beatitudine obiectiva q. 1a a. 3. § 4. no. 9 ubi dicit hanc esse sententiam aliquorum thomistarum quos tamen non refert illam vero conatur colligere ex Scoto 2o sententiarum d. 33 q. 1 litera. c. qui

Tn ubi id de natura asserit. pro qua refert herren 1° Sententiarum dist.ª q. 8. notabili 4. et art. 4 c. 5. et art. 4. c. 5. et dist. 16. q. 6. g. 1.ª q. q. 1.ª disp. 4. q. 3.ª in fine 1æ divisionis.

3. sententia dicit et concedit solum et de facto dari aliquam beatitudinem naturalem imperfectam. quæ sententia videtur communis apud autores infra citandos et est sequenda in exponendo.

1.ª Propositio per se loquendo viribus naturæ acquiri potest aliqua beatitudo naturalis imperfecta. hanc communiter ut veriorem ex doct. D. Thomæ et aliorum plurimorum ex eorum locis. 1° D. Thomas huius q. 5. a. 5. corp. in initio ubi sic ait: beatitudo imperfecta potest ab homine acquiri per sua naturalia eo modo quo et virtus in cuius operatione consistit. 2° idem 1.ª parte q. 23. a. 1. corp. ubi dicit 2m finem creaturæ intellectualis unus qui excedit naturæ creatæ proportionem et facultatem et hic finis consistit in divina visione quæ est supra naturam cuiuslibet creaturæ, alius finis est naturæ creatæ proportionatus quem potest attingere per virtutem suæ naturæ.

3° locus in eadem 1.ª parte q. 62. a. 1. corp. his verbis: nomine beatitudinis intelligitur naturæ intellectualis ultima perfectio quæ est duplex una quam potest assequi virtute suæ naturæ, et hæc quodammodo beatitudo et felicitas dicitur. et subdit quantum ad 1am beatitudinem quam Angelus assequi virtute suæ naturæ potuit fuit creatus beatus. 4us est 3. sententiarum d. 23. q. 1.ª a. 4. q.ª 3. ad 2. ubi sic ait: felicitas illa quam philosophi posuerunt est ad quam per vires naturales homo pervenire potest.

pro qua idem docent Caiet. 1.ª parte q. 62 a. 1°. Vazq. Moli et alij ibi dem, medina. a. 4. q. 2. a. 2, Conrra q. 5. a. 5. Zumel. q. 2 a. 2. disp. 4. et art. 6. Sotus lib. 1. de nat. et gra. c. 3. et in 4. sententiarum d. 49. q. 2. a. 2. et art. 3. et 5. Vigorius in institutionibus theologicis c. 4. V. 1° fonse lib. 1° meta. c. 1° q. 2. sect. 3. ad 3. et alij plures.

antiqui etiam philosophi aliquam beatitudinem seu felicitatem naturalem quibus imperfectam tradiderunt, ut constat ex Aris. 1° ethicorum a cap. 7. usque ad 10 et lib. 10 a cap. 6. usque ad 8. et alibi sæpe. idem quod ex illa tone jamblico, Plutarco et alijs philosophis probat late steg eugubi lib. 10 de perenni philosophia pro scitum c. 11. et 12 et alijs ibi sequentibus neque quoad hoc punctum admittendi aliquam beatitudinem naturalem imperfectam dicimus prædictos philosophos errasse cum id non infra expli

plicando sit consonum, tum nostrae rei et lumini naturali, tum etiam communi doctrinae D. Thomae et aliorum gravium theologorum locis supra citatis. unde D. Thomas saepe in hoc approbat et explicat doctrinam Aristotelis, specialiter autem 1a 2ae q. 3. a. 2. ad 4. sic ait: philosophus 1o. ethicorum (capite 10) ponens beatitudinem hominis in hac vita dicit eam imperfectam post multa concludens beatos autem dicimus ut homines etc.

ultimo probatur et explicatur unica ratione fundamentali: quaelibet natura ac praecipue intellectualis per se ordinatur ad aliquem ultimum finem naturalem sibi connaturalem et proportionatum. sed talis finis per se loquendo potest viribus naturae acquiri. ergo et homo per se ordinatur ad aliquem finem ultimum sibi connaturalem et proportionatum, qui per se loquendo viribus naturae possit per se acquiri, talis autem ultimus finis naturalis sumptus pro fine ut quo hoc est pro operatione naturali versante circa ultimum finem obiectum appellatur et est naturalis beatitudo formalis seu felicitas saltem imperfecta de qua in praesenti est sermo. maior intelligitur ex ipsis terminis, namque quaelibet natura cum non sit frustra per se inclinatur ad perfectionem aliquam ultimam sibi connaturalem et proportionatam quae dicitur et est illius finis connaturalis. unde Aristoteles lib. 1o. ethicorum c. 7. dicit hominem sicut et alias res habere aliquem finem suae naturae consentaneum, et hunc appellari et esse hominis felicitatem. minor probatur quia eo ipso quod aliquis finis sit connaturalis et proportionatus alicui rei debitum illi est ut per se loquendo possit acquiri per vires rei, hoc est in ordine naturali nam omne quod est connaturale et proportionatum rei non superat vires rei ac proinde exigit ut per se loquendo possit acquiri per vires rei seu in ordine naturali. atque haec ratio continetur in eo quod D. Thomas locis supra citatis in 1a 2ae dicit rei rationali competere aliquam ultimam perfectionem et finem proportionatum quem potest assequi virtute rei. —

hoc ergo supposito restat explicandum in quibus operationibus consistat essentialiter formalis beatitudo naturalis circa quod variae sunt sententiae, quas referunt Salas 1a 2ae t. 1. q. 3. tr. 2 disp. 3. sect. 7, et Egidius ibidem lib. 4 de beatitudine formali q. 14. a. 3. 4. et 5. — sed ex supra dictis ac dicendis colligi poterit quid de illis sentiendum sit, ut probem impug-

nent partim explicent ac concilient, et ut sententiae doctrinae sua exposita, et infra exponendae fuerint aut repugnantes aut conformes.

2a propositio. finalis beatitudo naturalis sive minus sive intra, consistit essentialiter in actibus cognitionis, et amoris naturalis qui de deo ut autore naturali possunt haberi per vires naturae. hic autem videtur praecisiorem doctrinam quae essentiam finalis beatitudinis naturalis non in una sola operatione sed in pluribus constituit. ut docent autores relati ab Egidio sua dicta q. 14 no. 4. a quo citatur ibi haec sententia constituente illam tum in contemplatione naturali: id est nempe dei, tum etiam illius amore naturali citatur Henricus in 1H de ult. f. huius c. 2. q. 3. et S. 1a 2ae q. 5. a. 7. disp. 2 de la. ca. et Medina hic q. 3. a. 7. quam sententiam ipse Egidius in illo a. 8. no. 5. dicit esse probabilem. quamvis problematice etiam haec sententia quod beatitudo naturalis essentialiter sita sit in una sola operatione dissoluat secuta utriusque partis. postea vero in eadem q. 14. a. 5. no. 9. dicit longe probabiliorem videri opinionem quae finalem beatitudinem naturalem collocat essentialiter in operatione tam intellectus quam voluntatis.

Quid autem in hac re senserit Aristoteles varia tradunt autores alii ut Cano lib. 9. de locis theologicis c. 9. § 4. ss. varolitery dicunt illum errasse eo quod felicitatem constituerit in contemplatione rerum supernarum sine dilectione dei; et insuper divitias amicos et alia bona temporalia quasi felicitatis adiumenta posuerit. Pro aliis Aristotelem defendunt specialiter vero Medina hic q. 3. a. 7. dub. 1. v. Praeter illud ergo sic ait: Si Cano rem plenius considerasset rigorem censendi temperasset, nihil enim in hac parte (nempe de essentia beatitudinis naturalis) asseruit Aristoteles quod non aspiciat d. th. ergo.

Sane si perpendant diversa loca in quibus Aristoteles se ipsum explicat probabiliter colligi videtur illum in re tanti momenti non aberrasse a scopo naturali, quem sapiens et prudens ratio dictat naturalis. et inclinasse in partem potiorem de felicitate naturali amplectente sapientiam naturalem et contemplationem divinarum rerum, amicitiam dei et cultum ac studium virtutum. quod probare ex illius locis subiiciendis

. 1.o igit[ur] p[ro]bari ex eod[em] Aris[totele] lib. 10 ethicorum ad Nicoma. c. 6 postquam ostendit felicitatem n[on] e[ss]e in usu aut dominatu aut voluptatibus corp[ori]s ad quas in quit confugiunt illi qui sinceræ et liberalis voluntatis gustum n[on] h[ab]ent. quos sibi comparat cum pueris et mancipijs (et alibi cum dementibus et bestijs) tandem in fine illius capitis sic concludit: n[on] in talibus conversationibus felicitas consistit, s[e]d in operationibus quæ ex virtute p[ro]ficiscunt[ur]. — præterea. c. 8 ad f[inem] de ho[min]e sapiente quicunque h[ab]et eorum quæ s[un]t deo amica sic ait: is igit[ur] a deo carissimus eundem q[uod] e[ss]e etia[m] felicissimum verissimile e[st]. —

præterea lib. 7 moralium ad Eudemum c. 15 ad f[inem] ca[m] in quit bonorum electio et poss[essi]o quæ maxi[me] deum considerare facit e[st] præstantiss[im]a, quæ v[er]o vel ob excessum vel ob defectum minime deum considerare colere q[ue] prohibit e[st] pessima, item lib. 7 polit. c. 1. post medium sic ait: [?] felicitatis unicuiq[ue] contingit, quantum virtutis atq[ue] prudentiæ, et q[uan]tum s[ecundu]m has operat[ur] teste deo ya —

ex his colligi[tur] n[atur]alem ho[mini]s felicitatem ab Aris[totele] n[on] ita collocari in sola n[atur]ali cognitione et contemplatione, quin ad illam etia[m] requirat dei amorem et cultum, atq[ue] opera[tion]es virtutum siquidem aperte asserit felicitatem consistere in operationi[bus] quæ ex virtute p[ro]ficiscunt[ur] felicissimum q[ue] e[ss]e illum ho[min]em qui a deo charissimus et cum colit ut a constat attendendo continentiam ea quæ ex prædictis locis relata s[un]t vnde infert illum in hac re n[on] ita (ut immerito aliqui illi tribuunt) errasse quasi dixerit ad felicitatem ho[mini]s haberdam e[ss]e ra[ti]o[n]em solius cognitionis seu contemplationis sine amore et cultu dei ac studio virtutum.

an v[er]o dei amorem et cultum opera[tion]es q[ue] virtutum posuerit quasi p[ar]tem essentialem felicitatis simul cum contemplatione vel solum quasi alia[m] felicitatis in una sola opera[tion]e præstantiss[im]a contemplationis. ut in dicat in eod[em] lib. 10 ethicorum ad Nicoma. c. 7 initio sic ait: si v[er]o felicitas e[st] ex virtute operatio consentaneum e[st] eam ex illa esse quæ præstantiss[im]a e[st], hæc aut[em] n[on] ius erit q[uo]d e[st] optimum ya et subdit h[an]c e[ss]e opera[tion]em contemplativam, nam præstantiss[im]a in quit e[st]

hec operatio quippe cum ex his que nobis sunt intus huius[?] sit, et c. 7 ante medium perfectam inquit felicitatem contemplativam quandam operationem esse constat. l. inde posset y^a quod si aliquis respondeat aut ab Aris. nomen contemplationis seu operationis. l. istis contemplativis simulate ita ut comprehendat etiam operationem voluntatis sit in simili quod theologis dictum est c. precedenti ad 2., aut si nomen contemplationis accipiat pro statu pro sola operatione speculativa intus mentem Aris. ei quod si alii felicitas est quidem operatio contemplativa quod hanc pro ipse includit non tamen excludi, quinetiam essentialiter quasi aliam peremptet operationem voluntatis non potest intelligi sub nomine voluntatis ac felicitatis nius beate accepta cum ipse Aris. in illo lib. 10 Ethicorum postquam c. 7. specialiter disserit de felicitate contemplativa postea c. 8 peculiariter tractet de felicitate activa sane hec ipso ... unde ostendat in probabilis et habet communi sententie que ut dictum est ipse 2. naturalem felicitatem collocat essentialiter in naturali cognitione et amore dei. –

His premissis dicendum Aris. quoad hoc punctum non satis explorata quod ad rem attinet, nec esse dicendum naturalem beatitudinem seu felicitatem consistere essentialiter in sola cognitione naturali dei ... ut in primis apparet teriori quia alias sequeretur demones et alios damnatos in inferno siquidem habent naturalem dei cognitionem esse beatos et felices naturali felicitate essentiali physica. quod quidem contra doctrinam SS et PP et aliorum gravium autorum non ostendit a concedendum sed potius videtur inauditum et dissonum communi modo sentiendi et loquendi, neque est consentaneum rationi essentialis felicitatis etiam naturalis physice, nam hec intelligitur essentialiter postulare aliquid physicum excludens actualem affectum physicum aversionis naturalis ab ultimo fine deo. demones autem et alii damnati sunt etiam viatores actuali peccato mortali infecti quibus habeant naturalem dei cognitionem tamen non nullum amorem naturalem dei detestentur peccatum mortale sed potius retineant illius affectum nihil habent physice excludens affectum physicum aversionis naturalis ab ultimo fine deo ac proinde neque physice dici possunt beati et felices naturali beatitudine essentiali physica

deinde a fortiori ita affirmo, essentia beatitudinis formalis, et physice, in quovis statu sive naturali sive supernaturali viae aut termini debet esse vnio intentionalis cum vltimo fine saltem intensive adequata pro suum statum aut viae aut termini ita vt formaliter vel virtute seu quasi radice contineat omnem viam vnionis intentionalis debitae cum vltimo fine in eo statu; nam hoc recte concipitur ex eo quod esse qua beatitudo dicatur status perfectus omnium bonorum aggregatione, nempe aut formaliter aut virtute seu quasi radice vt explicuimus superius in hac disp. c. 1.o neque aliter intelligitur quo pacto sit adequata essentia beatitudinis formalis, si non sit vnio cum vlt.a f. adequata vt aiunt intensive quasi in radice quam necessario comitentur alia. et quia in patria datur vna operatio supernaturalis nempe dei visio quae taliter est via vltimi finis asequutio propria stantissima vt illi tam quam radici necessario connexae sint aliae operationes circa vltimum finem idcirco formalis beatitudo supernaturalis patriae consistit essentialiter in hac sola operatione vt expositum supra c. 3 ad 6 obiectionem et c. 9 sect. 1.a post eam quae fuit ratio 2.a et sect. 2. in explicatione et probatione eius

quoniam vero in statu viae et supernaturalis non datur vlla operatio quae sola sit intensive adequata vnio intentionalis cum vlt.o fine ita vt illi quasi radici sit necessario connexae aliae operationes debitae circa vltimum finem idcirco formalis beatitudo viae et supernaturalis non consistit essentialiter in vna sola operatione sed in aggregato ex multis vt supra omnium doct. expositum c. praecedenti ex 2.a Ex simili ratione a fortiori dicendum naturalem beatitudinem seu felicitatem quae naturaliter aut in via aut in termino haberi potest cuius operationes sunt longe imperfectiores, non consistere essentialiter in vna sola operatione sed in aggregato ex actibus naturalis cognitionis et amoris qui naturaliter haberi possunt de deo vt Autore naturae vt dictum est in 2.a ratione.

Circa dicta supersunt duae quaestiones 1.a an beatitudo naturalis includat essentialiter beatitudinem contemplatiuam et actiuam.

Sententiam affirmantem tenent Fonseca lib. 1.o meta. c. 1.o q. 1.a sect. 6. ad finem, Conimbricenses in lib. ethicorum disp. 3. q. 3. a. 2. et alii

negantem vero sequuntur Egidius 1a q. 1o 1o lib. 4. de beatitudine formali e 1a a 4 nos 7. et alij. Sed dicendum hoc modo. beatitudo activa stricte sumpta prout ea quae importat actiones externas aut etiam internas versantes non immediate circa deum, sed circa obiecta creata honestum non est de essentia beatitudinis naturalis sed quasi complementum accidentale; in hoc sensu intelligi potest id quod Aristoteles lib 10 ethicorum c. 7. et 8. et lib. 2. magnorum moralium c. 10 et alibi signat felicitatem activam esse quasi accidentem dispositionem ad contemplativam, hanc vero esse essentiam felicitatis. Ratio est quia actiones non versantes immediate circa beatitudinem obiectivam essentialem huius modi est solus deus, non possunt habere rationem formalis beatitudinis essentialis proprie sumptae, nam eo ipso quod versentur immediate circa obiecta creata quae non sunt beatitudo obiectiva essentialis sed solum accidentalis intelliguntur esse extra essentiam beatitudinis formalis, quae proprie sumpta debet formaliter versari circa beatitudinem obiectivam ut etiam in simili diximus c. praecedenti post corollarium 2um. carolario 2. ceterum felicitas activa sumi potest alio modo latiori prout importat quascumque actiones condistinctas a contemplatione intellectus; quo pacto actus voluntatis etiam immediate versantis circa deum solet ab aliquibus denotari nomine felicitatis activae condistinctae a contemplatione intellectus, et in hoc sensu dicendum est formalem beatitudinem naturalem includere essentialiter non solum contemplativam stricte sumptam prout contemplatione intellectus sed etiam activam prout in actum amoris naturalis erga deum ut Autorem naturae, siquidem essentia formalis beatitudinis naturalis non consistit adequate in sola cognitione naturali dei sed includit etiam actum amoris naturalis dei ut ostendimus supra proprie 2a.

in alia vero acceptione nomen vitae contemplativae seu contemplationis solet accipi prout importat non solum operationem intellectus contemplantis sed etiam amorem obiecti et delectationem circa id quod dicit Thomas 3. sententiarum d. 17. q. 1a a. 4. ad 4. qui ait: a vita contemplativa non excluditur voluntas et amor, sicut intellectus nec a vita activa. quod etiam notat in quaestionibus de veritate q. 22. a. 11 ad 11, et 2a 2ae q. 182. a. 2. corpore vita inquit contemplativa directe et immediate pertinet ad

dilectionem dei; et hoc ibi affert dicta D. Aug. greg. et Chrisost.
in hoc 2° sensu locum habet modus loquendi quo aliqui tradunt
felicitatem naturalem includere essentialiter naturalem dei cognitionem et amo
rem adhuc absolute asserunt naturalem felicitatem esse essentialiter con
templatiuam, quod de re non negant alij dicentes illam etiam
essentialiter esse actiuam ratione actus naturalis amoris dei condistinctam a
contemplatione intellectus. quare idem quod egid. 2.2 q. 1. a. 10. lib. 4. de
beatitudine formali l. 1 c. a. 5. n. 1. et alij contendunt vitam
contemplatiuam continere tum actum intellectus, tum volun
tatis verum ita ut praedictam accipiunt vitam contemplatiuam
neque vero ad hoc quod formalis beatitudo naturalis includat essentialiter
naturalem dei cognitionem et amorem obstat ex his actibus vnum ordi
nari ad alium tanquam ad finem formaliorem, vt in simili
dictum est c. praecedenti ad 4. nam sicut in toto composito physico
non obstat quamlibet partem pertinere ad essentiam compositi etsi vna
sit minus praecipua ordinata ad aliam formaliorem v.g. materia
ad formam; ita suo modo in felicitate naturali consistente essentialiter in
aggregato ex naturali cognitione et amore dei non obstat ex his actibus
vnum quasi minus praecipuum ordinari ad alium formaliorem adhuc
autem quilibet in suo ordine; est partialis finis vltimus vt quo nempe
amor naturalis dei est finis vltimus vt quo in ordine naturalis oporteat appe
titiue quo in via et in termino attingitur deus prout amabilis naturaliter; at cog
nitio naturalis dei est finis vltimus vt quo in ordine ad naturalem cognitionem
repraesentatiuam qua in via et in termino cognoscitur deus prout naturaliter
cognoscibilis.

2a q. est an in beatitudine naturali formalior sit pars contempla
tiua quam actiua vel econtra.

Dico 1° si fiat comparatio inter naturalem contemplationem et amorem naturalem dei
siue in via siue in termino ipsa contemplatio in beatitudine naturali est physi
sice formalior et perfectior quam amor naturalis. in hoc sensu locum
habet id quod Aris. lib. 10 ethicorum ad Nicoma. c. 7. dicit: contemplationem
eius quod est optimum esse praestantissimam operationem. ratio est quia ex eo quod in
tellectus ex suo genere sit potentia physice perfectior quam voluntas vt ibi

sigt ipse Aug. et cum D. Th.a et aliis dictum fuit c. 7. sect. 3. diff. 3.
ad 1m obiectum sequitur optimam operatnem nalem intus esse optimam obiectum, qualis est contemplatio dei sive in via sive in patria esse physice perfectiorem quacumque operatione nali voluntatis sive in via sive in patria.
alia vero ratio est de operationibus supernalibus quae non commensurant perfectioni nalis pot. sed prius supernalis. unde amor supernalis ex charitate perfectior est quacumque cognitione non solum nali sed etiam supernali in via huius vitae, ut expositum fuit c. 7. sect. 3. diff. 3. ad 2. obiectum. at in patria cognitio supernalis per visionem redditur perfectior amore supernali ut constat ex iis quae dicta sunt ibi et aliis locis ibidem citatis.
D. Th. 2. 2. q. 182. a. 1. late probat vitam contemplativam esse simpliciter meliorem activa. per vitam autem contemplativam intelligit eam quae versatur circa res divinas non solum contemplatione intus sed etiam amore. unde in illo a. 1. corpore ad medium: vita inquit contemplativa est in divina, vita autem activa est in humana et a. 2. corpore ait: vita contemplativa directe pertinet ad dilectionem dei ipsa. unde infert illam esse magis meritoriam.

Difficultates et obiectiones contra dicta.

1a difficultas ex eo quod nulla beatitudo nalis videatur posse acquiri per vires nras. unde 1o obijcit D. Aug. 1. 5. lib. 19 de civitate Dei c. 4 paulo post initium ubi reprehendit antiquos philos. pro eo quod voluerint suis viribus fieri beati. illi inquit hic beati et a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerant. idemque alibi saepe. ergo existimat nullam beatitudinem etiam nalem posse acquiri per vires nras.
Ds respondeo eam. quod D. Aug. ibi reprehendit illos philos. qui voluerant a se ipsis fieri beati in hac vita finali beatitudine, quasi non esset alia beatitudo nisi per nras vires in hac vita. quod constat ex eo quod ipse D. Aug. ibi paulo ante praedicta verba sic ait: illi in ista vita fines bonorum et malorum putaverunt esse et a se ipsis fieri beati mira vanitate voluerunt. et deinde post medium illius c. id reijciens: quidni inquit nobis inest hic infirmitas

quemadmodum nos iam salvos et sic dum salvos, quemadmodum iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus. quare D. Augustinus reprehendit neque negat sententiam quae cum limitatione asserit per vires non posse hominem lapsum acquiri aliquam beatitudinem naturalem imperfectam ut asserunt D. Th. et alij supra relati in 1a quaestione. similiter exponenda sunt plura similia testimonia quae ex eodem D. Aug. varijs locis et alijs PP. obijci possunt. et ulterius notandum est ab illis etiam contendi hunc sensum quod homo suppositus lapsus in peccatum originale aut etiam mortale non potest sine miseratione Dei liberari, neque etiam naturaliter pervenire ad statum qui etiam in ordine naturali sit moraliter beatitudo ut exponetur ex dicendis ad sequentem obiectionem. —

2o obijcitur. nihil quod esse possit cum simul cum peccato mortali potest appellari et esse beatitudo, nam haec esse debet excludere summam miseriam qualis est peccati mortalis. sed quod homo per vires naturales valet acquirere potest esse simul cum peccato mortali siquidem hoc per solas vires naturae non potest expelli. ergo per vires naturae nihil potest acquiri quod vere appellari et esse possit beatitudo neque naturalis.

Respondetur distinguendo maiorem, aliud est agere de peccato mortali actuali, aliud vero de habituali. praeterea aliud est loqui de beatitudine physica aliud vero moraliter. ut autem aliqua physica loquendo possit vere appellari et esse beatitudo naturalis suo modo imperfecto in ordine naturali satis est quod esse possit cum simul cum peccato mortali actuali nam eo ipso quod sit erga deum naturalis cognitio et amor naturalis excludens actualem affectum peccati mortalis intelligitur esse adeptio vel unio intentionalis cum deo ultimo fine naturali. potest esse naturalis beatitudo obtinenda per vires naturae attingibilis.

quod in eum autem aliquis habet naturalem Dei cognitionem et amorem naturalem efficacem quo praefert deum omnibus alijs rebus non potest simul habere affectum peccati mortalis quo illum actum postponat et contemnat. ceterum si deficiente actu efficacis amoris naturalis erga deum labatur homo in peccatum mortale postpo-

tritum actum talis peccati permanentis peccato mortali habitua
li hoc et cum macula morali quia hec adeo non remittit et
quibus homo iterum erga deum elicisset actum naturalis amoris
hic ex se non esset sufficiens ad expellendam maculam peccati
Et si homo fuisset creatus in puris naturalibus deus speciali quadam
providentia ut auctor naturae in eo ordine non elevato ad statum
supernaturalem quin dixisset remedium quo misericorditer condo
naret peccatoribus illis viatoribus qui ad ipsum deum ut Auto
rem naturae converterent actu naturali contritionis seu amoris vel
alterius similis quam tunc ex dispositione exigeret. ut signant
D. Th. 3. p. 1.4. disp. 9. sect 3. num 9. et 10 et alii quos ibi refert
et exposuimus in materia de gratia disp. 2. c. 4 sect 2. diffe. 4. ad 3.

quod si daretur casus in quo homini habenti actum naturalis
amoris efficacis erga deum ut Auctorem naturae non remitteretur ma
cula peccati mortalis, in hac hypothesi talis homo esset physice bea
tus naturali beatitudine per dei cognitionem et amorem naturalem quam
bis moraliter non diceretur beatus ob peccati moralem miseriam ha
bitualis maculae peccati non remissi sit suo modo data hypothesi
quod homini videnti deum non esset remissa macula peccati mortalis
talis homo esset physice beatus supernaturali beatitudine visionis mo
raliter tamen ob miseriam maculae peccati diceretur miser ut exposui
mus superius c. 9 sect 2. diffe. 5. ad 3 igitur.

3. obijcitur homo per solas vires naturae cum generali auxilio dei ut Auto
ris naturalis sine auxilio gratiae non potest amare deum super omnia
naturali amore efficaci ergo neque potest naturaliter acquirere ullam bea
titudinem naturalem nam haec non potest fieri per solam naturalem dei
cognitionem sine illius naturali amore efficaci qui sit incompatibi
lis cum actuali affectu peccati mortalis ut diximus in praecedenti in hoc. prob.
ant. primam in illius probatione. ans vero probatur quia naturalis amor dei
super omnia eo ipso quod sit amor efficax debet saltem virtute
includere propositum efficax servandi semper omnia mandata
quae tamen etiam naturalia non potest homo per solas vires naturae sine speciali au
xilio gratiae servare diu sicut neque diu vitare omnia peccata mortalia.
ut constat ex communi doctrina cum D. Th. 1.2. q. 109. a. 3. 4. 8. etc. —
Rs neg. ans. si sermo sit de amore naturali dei qui sit efficax

quoad intentum condistam a simplici complacentia seu ve
licitate verum n. hoc per vires n.rae cum divino auxilio ordinis
nalis pot. h.re tantum actum nalem tam in statu purae n.rae
q.m etiam lapsae ut explicuimus in m.a de gr.a disp. 2. c. 2.
§ 3. 45. etc. ubi etiam ostensum est id n. adversari doctrinae
D. Tho. et aliorum DD. q. q.do asserant hoiem n. posse naliter
dilligere deum super omnia id ut colligitur ex eorum verbis con
textu ac fundamentis habet hunc duplicem sensum. 1o
de dilectione q. ut oportet ad iustificatum et vitam aeternam nam
huius m.i est dilectio supernalis ex charitate quae n. pot. na
turaliter h.ri ut explicant D. Th. 1. 2. q. 109. a. 3. ad 1m dicens cha
ritas dilligit deum super omnia eminentius q.m n.ra; n.ra
n. dilligit eum super omnia prout est principium finis nalis bo
ni ipsa. 2us s. est de dilectione nali n. ut cumque, sed constanti
et diu perseverante cum observantia omnium mandatorum
saltem. etiam nalium nam hoies in statu n.rae lapsae saltem morali
p.pa id n. pot. sine spali auxilio, at nihil obstat quominus
brevi aliquo tempe possit naliter deum ut autorem n.rae sup.
omnia dilligere nali dilectione q.a idem D. Th. in illo a. 3. ad
3. dicit n.a n. pot. in actum excedentem proportionem suae virtutis
talis autem n. est dilligere deum super omnia ex p.e naturali
amore.
Ad probatum contrarii R. per di. aliud esse quod propositum servandi
omnia mandata sit efficax quoad effectum et executionem consequen
tem ab eo q. desit; aliud v.o q.d sit efficax quoad intentum con
distam a simplici complacentia et velleitate. quibus positis per
priori m.o quoad executionem, bene tamen posteriori nam licet hoi n.
possit naliter perseverare in observatione omnium mandato
rum id n. obstat quominus possit naliter elicere illum
actum a simplici velleitate condistum quo deum nali amo
re sup. omnia dilligat et serio proponat servare semper omnia
mandata prout potuerit cum auxiliis sibi a deo conferendis ta
mum sequi ipsi impossibili; sic quomodo in rebus humanis saepe
contingit hoiem actu efficaci quoad intentum a simplici

velitate conditionem velle et serio proponere aliquid efficien-
dum non per solas suas vires sed cum auxiliis aliorum in
quibus confidit. atque hoc est quod ex professo proposuimus loco supra citato
in nra degrã.
4 obijcitur. de ratione beatitudinis est perpetuitas aut saltem diu-
turnitas nam ut ait Aris. lib. 1 ethicorum ad Nicom. c. 7. post
medium sicut neque una hirundo neque unus dies facit ver ita bea-
tum et felicem hominem neque unus dies, neque breve aliquod tempus
efficit. sed homo naturaliter cum solo dono creatoris absque dono gratiae non potest
habere perpetuitatem neque diuturnitatem in statu unionis cum
ultimo fine ita pervalente cognitione et amore quia ex natura sua est de-
fectibilis, fragilis et infirmus unde fit ut nequeat naturaliter per-
severare diu sine lapsu. ergo naturaliter non potest adquirere ullam beati-
tudinem neque naturalem.
Respondeo explicando maiorem. perpetuitas seu diuturnitas non est essentia-
lis sed praetosa non cuiuscuis beatitudinis utcumque sed illius quae est
perfecta secundum statum quo morali usu dicitur aliquis simpliciter
beatus et sic intelligitur illud dictum Aris. ut colligitur ex eo quod
ipsemet lib. 10 ethico ad Nicom. c. 7. versus f. sic ait: perfecta fe-
licitas est ubi vitae longitudinem perfectam connecta. et subdit
talis quidem vita praestantior est quam homini conveniat non nisi quatenus
homo ita vivet sed quatenus divinum quod in ipso inest. quibus
verbis signat talem perfectam felicitatem cui convenit diuturnitas
non nisi speciali dei beneficio quibusdam in hac vita contingere alio-
qui vero ipsemet in eodem opere lib. 1 c. 10 ad f. dixit homines in hac
vita esse beatos ut homines, hoc est modo humano imperfecto ac sine diuturni-
tate. circa quem locum D. Th. hic q. 3 a. 2 ad 4 ait: philus ponens bea-
titudinem hominis in hac vita dicit eam esse imperfectam post multa con-
cludens beatos dicimus ut homines.
beatitudo autem naturalis post hanc vitam si homo fuisset conditus in puris
naturalibus esset perpetua speciali dei providentia ad quam in eo naturali or-
dine pertineret hominibus post hanc mortalem vitam finito
iam statu naturalis vitae constituere statum perpetuum tri x° immortalem

nitam conferendo bonis hominibus nale præmium, supplicium malis vero supplicium. atque idem tradiderunt aliqui Antiqui phi ut refert Aug. eugubinus lib. 10. de perenni phia. a. c. 19.

3o obijcit. nalis finis ultimus et beatitudo obiva hominis est solus deus, nullum n. bonum creatum pot esse illius beatitudo obiva, ut probatum est superius. c. 2. sed nalis appetitus hominis n. pot satiari nisi consequatur suum ultimum finem nalem, sed ut est in se per claram visionem; nam ex cognitione effectuum excitatur nalis desiderium videndi causam, sed ut est in se, et in idem nalir inclinat pondus nostri intellectualis, sed cum homo n. possit nalir consequi deum, sed ut est in se per claram visionem, sequitur in deo illum n. posse nalir consequi ullam beatitudinem finalem, sed hoc esse illi peculiare ut propter excellentiam finis ad quem ordinat indigeat auxilijs gratiæ ad suam beatitudinem finalem, nempe quia illius finis ultimus obiuus est solus deus nec pot etiam quoad nalem appetitum satiari et conquiescere nisi illum, sed ut est in se consequatur clara visione quæ per solas vires nostras n. pot obtineri ut constat.

Quomodo deus dici possit finis nalis in quem hominis appetitus nalis sive innatus sive elicitus feratur; hic celebris controversia attingit in obiectione proposita in qua in primis est maiorem cum dicitur nalem f. ultimum hominis esse deum notandum est aliud esse absolute dicere nalem finem ultimum hominis esse deum, aliud vero cum addito dicere nalem f. ultm hominis esse deum, sed ut est in se visibilis. prior propositio absolute ab autoribus communiter conceditur; de posteriori tamen est dissensio, nam aliqui in quodam sensu concedunt deum etiam ut est in se clare visibilis esse finem nalem hominis, n. quoad consequutionem sed quoad appetitum nempe quia dicunt homini communem esse appetitum nalem ad deum etiam propter ut est in se visibilis, quamvis nalir n. possit consequi illum propter ut est in se. ita belarmi. to. 3. (4a priorem editm) contro. 1a.

grali lib. 1°. qui ē de gra primi hois. c. 7. paulo ante s. cum obiectum 13 vbi dicit: beatitudinem quae sita est in dei vissione
eē hois finem nalem quoad appetitum nō quoad consequutionem
id qd ita explicat, nō ē iniquit nobum aut hois nāe indignum
vt nalit appetat qd nō nisi supernali auxilio consequi valet
et subdit exemplum de aiabus separatis quae iniquit habent
nalem ordinem et propensionem ad sua corpora et tn nō possunt
iterum conjungi sine supernali auxilio. addit etiam non esse
ō nāe hois indignum sed potius ad maximam eius pertinet dignitatem qd ad sublimiorem finem condita sit quam vt eum
solis nā suis viribus attingere possit.
sane hoc ita expositum est probabile et contra sententiam gravium auctorum
asserentium in hoē dari appetitum nalem nō so. ellicitum
sed etiam innatum ad beatitudinem supnalem vt tenent scot 4. sentent.
d. 49. q. 9. et 10. d. bon ven, dur. paluđ et alij quos referunt moli
fonseca, salas et alij citandi infra, quibus contradicunt aut quoad
rem aut saltem quoad modum loquendi contendentes non dari in hoē
appetitum innatum qui dicendus sit simpliciter nalis respectu vissionis
beatae vt apparet infra puncto 2.
sed omissa dispu. de qua alibi suo loco vt ad praesens institutum expliciter distas propta in 5.a obiectione obseruandum qdo inquirit
andius etiam deus vt ē in se vissibilis sit noster finis nalis, et an ad
illum dicatur appetitus nalis cum nāe finis nalis et appetitus
nalis denotari soleat aut nalit simpliciter aut sm qd. item
appetitus nalis aut ellicitus qui ē actus desiderij nalis aut innatus qui ē poā nalis siue actiua siue passiua nalit propensa
in suam perfectionem adhibendae d. per puncta sequentia.
1m punctum ē nō ē simpliciter dicendum deum vt ē in se vissibilis seu vissionem dei eē finem nalem hois. hoc vt certum tradit
coit. 1a p. q. 12. a. 3. et probat qa videre deum sed vt ē in se ē supra
vires nāe vt constat ex fundamentis supra et dd. et rationum quae ibidem
afferunt. de quibus specialiter s. ibi lib. 1° lib 2. c. 8 et 9. sed ē
simpliciter dicendum hanc eē finem nalem hois nam hic propositio simpliciter
prolata vt prius fert explicitis tris et coi usu denotat finem

Ds in primis illum posse esse actum supernaturalem per modum complacentiae simplicis omnino efficacis, sive absoluta, qui actus et ab aliquibus appellari soleat velleitas et significatur his verbis vellem hoc, et insuper solet etiam dici actus conditionatus quatenus aut implicite aut explicite includit hanc conditionem vellem hoc si id esset possibile tamen quia non est conditionatus sicut hic nomen denotat actus qui re ipsa non est sed esset si poneretur talis conditio nam qui re ipsa complacet de aliquo obiecto vere exercet aliquem actum voluntatis qui proinde significari etiam potest his verbis volo hoc saltem simplici complacentia, et ideo ab aliis vocatur in aliquo sensu actus absolutus ad differentiam actus qui esset si poneretur talis conditio ut explicuimus [illegible] 13 de theologia de electione disp. 1 c. 3. deinde potest esse actus naturalis aliquo modo efficax quantum est ex parte intentionis ita seriò amplectentis obiectum ut per eam non stet quominus procedatur ad executionem si dentur sufficientia media: qui actus dicitur aliquomodo efficax ad differentiam simplicis complacentiae seu velleitatis in eo non cadat ut etiam exposuimus loco proxime citato et in hoc sensu intelligunt multi autores (ex quibus est Salas supra relatus in 3. puncto) quomodo diximus esse ab hoc per vires naturae illius naturale desiderium videndi deum aliquomodo efficax quantum est ex parte intentionis ita ut ex in talis desiderio sequatur hominem procedere ad exequutionem praestandi quidquid potest cum auxiliis sibi oblatis et sic hic facit id quod diximus supra ad 3. obiectionem.

dices actus specificatur ab obiecto ut dicitur in axiomate. ergo si obiectum est supernaturale huiusmodi videre deum prout convenit ex naturae potentia esse supernaturalis actus desiderans tale obiectum.

Ds explicando ansam cum aliud sit obiectum materiale, aliud formale, item formale aut quod, aut quo, aut sub quo, illud axioma ut vult habeat locum debet intelligi de obiecto formali sub quo hoc est de obiecto sumpto praecise in eo quod sub proprio seu ea determinatione tendendi est talem

initus, sicut autem potest et hoc obiectum quod attingit sit in se supernale tamen potest esse attingibile per vires naturales et tantum non tendendi naturalem attingat actu naturali, sicut econtra fieri potest ut obiectum in se naturale sit ut attingibile per vires supernaturales et tantum non tendendi supernaturalem attingat actu supernaturali, ut exposuimus in materia de communicatione disp. 24. c. 2. disp. 4. et alibi.

Ex dictis soluenda est obiectio supra posita, nempe ad id quod in maiori dicitur nempe naturalem finem ultimum hominis esse solum Deum. Resp. si sermo sit de fine simpliciter naturali solus quidem Deus est, verum tamen sicut est attingibilis naturali modo, naturalis finis ultimus obiectiue hominis, non autem ipse Deus sicut in se visibilis, qui finis hominis simpliciter naturalis sed supernaturalis ut diximus in 1.° fundamento.

Ad illud 2.° quod in minori dicitur naturalem appetitum hominis non posse satiari nisi consequatur suum ultimum finem naturalem sicut in se per claram visionem. Resp. id ita esse ponendo si attendatur ordo naturalis boni sicut appetitus naturalis hominis per naturalem assequutionem Dei ut autoris naturalis satiari quantum satis est ut conquiescat intra ordinem naturalem suae felicitatis simpliciter naturalis, nec haberet in ordine mere naturali ius ad perfectum et in proportionatum actum naturalem videndi Deum, si aliqua via hoc obiectum illi proponeretur esset inquietus cum sciret illum non esse debitum nec posse solis viribus naturalibus aliter attingere Deum quam ut autorem non sicut naturaliter ex effectibus colligi potest, neque sciret illum sicut in se posse videri, prudenterque non diceret ad suam felicitatem naturalem sufficere summum bonum sicut naturaliter acquisibile.

Praedictis solutionem aduersatur id quod aliqui ut Medina 1.a 2ae q. 12 a. 1. disp. 2. ad 2. Scoti dicunt non esse de ratione finis naturalis ut satiet appetitum naturalem perfecte et integre quod ipsi intelligunt non solum extensiue sed etiam intensiue perfecte nam neque superior beatitudo specialis specialiter satiat extensiue appetitum v.g. inquiunt appetitus naturalis non ordinatur ad suam tamquam ad suum finem naturalem et tamen non satiat perfecte ulla

fra obtenta qa nulla earum expleat pfecte totam lati
tudinem talis appetitus similit oculus corporeus n satiat
perfecte et integre ulla visa neq appetitus creaturis ulla
re sensibili unde asserunt ad roem ultimi f. nalis
ac proinde etiam beatitudinis nalis satis esse qd sit summum
bonum in qd naliter inclinat appetitus nalis summum
autem bonum in rae beatitudinis obiective nalis esse deum ut
autorem nae in roe vero formalis beatitudinis nalis esse cognitionem na
lem dei assequentem quae per vires nae obtineri pot universe
esse vo formalis beatitudinis nalis etiam sit perfecte satiet
appetitum nalem qa ex suo ordine nali quo non perfecte sed
n postulat fare hoc denique pugnat cum eo qd dictum
est appetitum nalem hois per nalem beatitudinem satiari
quantum satis est ut conquiescat intra ordinem nalem
Ea difficultas est ergo saltem supposita elevatione
hois ad finem supernalem non conveniat illi beatitudo
nalis ubi ... sit concedenda parvulis sine bap
tismo decedentibus.
Hinc ita arguitur a saltem de facto ergo hoc sit electus ad f. su
nalem sequitur nullam beatitudinem nalem illi convenire sequella
probatur quia beatitudo debet esse summum bonum propter se expetabile
ut constat tum ex Arist. lib. 1 Ethic. ad Nicom. c. ...
medium ubi sic ait optimus finis qd perfectum perfe
ctandum huiusmodi autem videtur felicitas maxime esse hanc
propter se ipsam expetimus. tum etiam ex propria roe beatitudinis
quae id intelligitur petere. pro eo ipso qd aliquis sit ordinatus
ad finem supernalem iam perfectio nalis non est illi sum
mum bonum propter se expetabile siquidem eam debet ordi
nare ad alium finem superiorem ergo eo ipso illam non habet
roem beatitudinis.
Rx. neg. sequellam verum non de facto etiam supposita elevatione
hois ad f. supernalem locum habet beatitudo nalis in suo

suo ordine. vnde etiam defacto d. thomas 1a parte q. 62. a. 1o
corpore et coit illius expositores ibidem docent Angelos in
instanti sue creationis habuisse beatitudinem naturalem id
quod plenius ostenderit ex dictis supra in hoc c. 11 parte 1a. ad
probatum vero sequelis respondetur distinguendo maiorem quod dicit beatitu
dinem debere esse summum bonum propter se expetabile. id ab
solute et simpliciter loquendo intelligitur de beatitudine
obiiua hec non est solus deus qui absolute et simpliciter est sum
mum bonum propter se expetabile. atque hoc locum habet etiam
in ordine naturali quatenus deus vt autor naturae est supremum
ens non ordinabile ad aliud extra se ipsum quasi ad finem.
si vero sermo sit de beatitudine formali et ad illam etiam suo modo
refferatur illud dictum quod beatitudo debet esse summum
bonum propter se expetabile id ita intelligitur quod beatitudo
formalis debet esse summum bonum non absolute et simpli
citer sed tamquam quo in suo ordine actus quo debemus attin
gere summum bonum obiiuum in eo ordine in quo fuerit
actus, quia cum beatitudo formalis sit actus quo formaliter attin
gimus summum bonum obiiuum propter se expetabile in
eo ordine intentionalis vnionis ac proinde nihil obstat eam
refferri ad alium finem superiorem alterius ordinis vt patet de
formali beatitudine supernaturali quae cum sit actus creatus supernaturalis licet
in genere actus sit perfectior quocumque alio actu creato habet tamen
ferme solum ~~...~~ bonum increatum ad quod tamquam ad finem
obiiuum ordinatur sed etiam alia bona creata v.g. habet supra se super
naturalem modum vnionis hypostatice, item etiam gratiam habitualem iu
stificantem et lumen gloriae iuxta sententiam d. thomae nam hae
qualitates sunt entitative perfectiores ipso actu creato
visionis beatae vt diximus superius in hac disp. c. 4. ad 3.
obiectum et alibi. —
igitur in ordine naturali praestantissimus actus naturalis cognitionis et amoris
naturalis dei suo modo in statu viae et tunc habet veram rationem formalis beati

tudinis nalis etiam supposita elevatione hominis ad finem supernalem, quia in
suo ordine nali summum bonum nale creaturam tamquam
quo attingimus deum ut auctorem naturae, et in ista talem ordinem
dicitur summum bonum propter se appetibile tamquam nalis fi
nis quo; hoc consistit aliud in ordine nalis assequutionis dei.
neque obstat ordinari ad alium finem alterius ordinis seu diver
sae rationis; sicut etiam id conceditur de finali beatitudine supernali sua non sti
bata proportione in statu viae et termini, et specialiter beatitudini super
nali viae non obstat eam ordinari ad beatitudinem superiorem patriae.

item in nali ordine sive viae sive termini, actus nalis deum ut au
torem naturae attingentes quibus adversarii sublata elevatione hominis ad
finem supernalem reddunt veram rationem beatitudinis nalis, non nisi
essentialiter perfectricem [struck] ordinatam ad finem supernalem, ac proinde non
omnes etiam supposita elevatione negetur illis ratio intrinseca finalis beati
tudinis physica intra suum ordinem nalem —

2.o arguitur si de facto supposita elevatione hominis ad finem supernalem possi
beri beatitudo nalis per nalem cognitionem et amorem dei ut auto
ris nalis sequeretur inde parvulis sine baptismo decedentibus
convenire beatitudinem nalem ac proinde illos esse vere beatos nali
felicitate. probatur consequentia quod falsum. probatur sequella probatur quia tales
parvuli habent nalem cognitionem et amorem dei ut auctoris naturae ut
infra ostendetur. minor vero probatur auctoritate SS. PP. asserentium par
vulos sine baptismo decedentes esse damnatos et miseros atque
infelices propter peccatum originale; ita n. docent D. Aug.
10. Serm. de verbis apostoli, D. greg. lib. 9 moralium. c. 16
alias 21. D. fulgen. in lib. de fide ad Petrum. c. 27. et 44.
et lib. de incarn. c. 3. et alij PP. quos refert Belarm. infra
citandus. unde multi catholici quasi errorem Pelagij dam
nant sententiam concedentem his parvulis utcumque beati
tudinem —

Resp. distinguendo cons., si sermo sit de beatitudine nali quoad physicam
rationem nalis cognitionis et amoris dei ut auctoris naturae, sic bene conce
di potest parvulis sine baptismo decedentibus convenire beatitudinem
nalem ac proinde illos dici posse physice beatos felicitate nali

quoad

3. quoad rem phisicam, moralit. n. dicant beati q. ppt pec catum originale sit moralit. aversi a deo, et damnati pena dam ni quae est carentia beatitudinis supnalis et in hoc sensu in telligunt dicta sst Pp. asserentium illos e damnatos infe lices et miseros. qui sensus n. obstat beatitudini nali modo dic to, quoad rem phisicam ut plenius exponet infra.

quoniam vo. circa statum parbulorum sine baptismo decedentium sst varij errores et diversae opiniones ambiguae quas refferunt et impugnant Belar. xa. priorum editm to.3. 2° d. z. grali lib. 6. de amissione grae et statu pcti. c.1.2.3. et 4. et Salas 1.2 to. 2. d.1. lit.2. disp 13 sect. 4. et alij. qd ad presens attinet instit tum omissis alijs notandum est predictos parbulos in lymbo existentes here nalem cognitm et amorem dei ut docet d. th. 2. sentaris d. 33. q. 2. a. 3. ubi sic ait: qmbis pueri n. baptizati sint separati a deo quantum ad illam coniunctm quae est p. glo riam: n. tn. a deo sst penitus separati imo sibi coniungunt per participatm nalium bonorum et ita etiam de ipso gau dere poterunt nali cognitione et dilectione, idem qz docent alij in eadem d. et alibi.

ratio autm est qa nalis ordo exigit ut aiae separatae habeant spes nales intelligibes inseparabes ad cognitm nalem dei et aliorum rerum nalium, cum ex sua na intellectuali nalit. ad id ordinent. unde d. th. i. pte q. 89. a. 1. ad 3. ait aiam quia separata intelligit etiam per spes ex influentia divini luminis participatas &c. et subdit. talem cognitm esse nalem q. est adeo ut autores nri. supposita autm nali cognite qua aiae separatae parbulorum sine baptismo decedentium nalit. cog noscunt deum e summum bonum sup. omnia amabile, cum rationalis id dictet nil obstat quominus eliciant actum nalis amoris amicitiae erga deum ut autores nri, nam earum voluntas n. est obstinata in malo neqz het aliqd incom patibile cum tali actu, neqz est unde ostendat. illis nega ri a deo, auxilium nale suffiens ad eliciendum huiusmi actum nalem: si igit hent nalem cogn. et amorem

nalem dei super omnia hoc ipsum est quod de re continendi q.
per se quae caute cum limitatione dictum est illis convenire beatitudinem naturalem quoad physicam rationem naturalis cognitionis et amoris dei. —
in hoc sensu intelligunt autores concedentes praedictis parbulis beatitudinem naturalem, quam sententiam ut valde probabilem docent multi quos refert et sequitur Salas supra citatus in illa sect. 4. n° 24 et inter alios aperte Gruber in theologicis institutionibus. c. 14 versiculo 1° initio praemissa d. beatitudinis naturalis et supernaturalis dicit parbulos sine baptismo decedentes esse beatos naturali beatitudine non vero supernaturali.
praeterea Sanctus Thomas 1a q. 23. a. 4. cum paulo post initium in opinione est d. th. retulisset hos infantes habere felicitatem naturalem postea versus f. § de opinione 2a haec inquit opinio est valde probabilis, illam vero contineri in doct. d. th. ostendit ex illis verbis quae retulimus supra § quoniam vero, siquidem ibi dicit illos esse coniunctos deo per participationem naturalium bonorum et gaudere de illo naturali cognitione et dilectione hanc autem in sententia d. th. esse naturalem felicitatem colligitur ex eo quod 3. sententiarum d. 23. q. 1a. a. 4. q. a 3. ad 1m sic ait: homo naturaliter ordinatur ad deum, et per cognitionem et per affectum in quantum est naturaliter eius participes et ad 2m subdit: hanc autem felicitatem quam philosophi posuerunt ad quam per vires naturales homo pervenire potest et ad illam quasi in f. habet ipse inclinationem naturalem. —
Sed quoniam praedicti parbuli propter peccatum originale sunt privati gratia et gloria seu beatitudine supernaturali, ideo moraliter a veritate dico quod certum est contra Pelagium negantem peccatum originale, idcirco dicunt miseri et damnati poena damni quae est debita peccato originali ut exposuimus in materia de peccatis ad f. in tit. ibi annexo de poenis peccatorum c. 6. ubi videri possunt alia quae circa hoc ab aliquibus in praesenti disputantur. inde tamen non ostenditur illis negandam esse beatitudinem naturalem quoad physicam rationem cognitionis et amoris naturalis dei ut dictum est ex autoribus relatis, alii autem qui illis negare videntur beatitudinem naturalem exponi possunt ita ut non negent naturalem beatitudinem physice sed moraliter propter moralem a veritate adeo, nam haec ipsa tamen supra moralem ultimum non dicitur aliquis esse beatus ut in similibus explicuimus supra in hoc c. 11, diffi. 1a ad 2m obiectionem paulo ante f. et alio loco ibi citato.

Disp.^o 2. De ratione essentiali beatitudinis formalis Patriae.

Cum formalis beatitudo Patriae essentialiter consistat in supernaturali actu intus nempe in visione Dei ut ostendimus disp. praeced. c. 7. ad explicandam illius essentialem rationem oportet sigillatim discurrere per ea quae ad constituendam essentiam talis actus intus pertinere possunt, de quibus apud autores est controversia; et quoniam actus intus seu notitia multipliciter dividitur ita ut alia sit notitia secundum suam substantiam naturalis, alia supernaturalis; item aut apprehensiva aut iudicativa. vel directa. vel reflexa. insuper speculativa vel practica; ulterius incomplexa vel complexa, rursus intuitiva aut abstractiva; de his omnibus et aliis essentialibus praedicatis, tum communibus visioni beatae cum aliis cognitionibus, tum etiam specialiter illi propriis in sequenti solet disputari.

Caput 1^m an formalis beatitudo Patriae sit notitia secundum suam substantiam supernaturalis apprehensiva et iudicativa; directa et reflexa. speculativa et practica.

1.º formalis beatitudo Patriae nempe visio Dei est notitia supernaturalis secundum substantiam hoc est secundum suam entitatem ita ut nulli intui creato nec creabili possit esse connaturaliter debita. Explicatur quoniam cum inquiritur an visio Dei sit supernaturalis potest esse multiplex sensus iuxta varias acceptiones quibus aliquid dicitur et solet supernaturale; notandum est quaedam dici supernaturalia secundum modum accidentalem qualia sunt illa quae licet sint entitatis naturalis producuntur tamen modo supernaturali ut visus restitutus caeco; alia vero dicuntur supernaturalia in substantiam seu entitatem huius generis sunt illa quae non solum secundum modum productionis aut alium accidentalem modum sed etiam secundum suum esse sunt supernaturalia ut gratia Charitas et aliae qualitates per se in substantia quae spectant ad ordinem gratuitum ut explicuimus in nostra de gratia disp. 1. c. 1.º in quem locum remittimus ea quae ab aliquibus inspersenter[?] hoc disputare solent.

2.º notandum est aliud esse absolute dicere formalem beatitudinem Patriae esse supernaturalem, aliud vero cum limitatione dicere illam esse super

nalem in substantiam ita ut nulli intellectui creato nec creabili possit esse connaturalis debita. quod autem absolute credenda sit haec supernaturalis visio dei de facto et supernaturalis cuilibet intellectui creato sive hominis sive angeli communiter docent autores tamquam certum ex fidem in hoc sensu quod ex intellectibus qui de facto sunt creati nullus per suas vires naturales sine supernaturali auxilio potest assequi visionem dei quod ex instituto probatur tum 1a parte q. 12 a. 4. ubi S. Thomas lib. 2 c. 3 tum etiam 1a q. q. 3. ubi Salas tract. 2 disp. 3. sect. 1a et alij a bill[illegible] relati. —

fundamentum autoritatis est ex locis sacrae scripturae et SS. PP. significantibus deum propter gratiam ipsius dei ut 1a ad Timot. 6. n. 16 lucem inhabitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit sed nec videre potest nempe per suas vires naturales unde non excludit quod possit per gratiam ut constat ex alijs locis sacrae scripturae et ibi notant SS. PP. et alij expositores Xo illud ad Rom. 6 n. 23 gratia dei vita aeterna et Matthaei 11 n. 27 nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius et cui voluerit filius revelare quae loca videri possunt apud SS. PP. et alios inter quos plura sacrae scripturae [illegible] quae adducant ab autoribus ubi supra notabilia. specialiter autem observandum id quod habetur in 6. decretalium inter clementinas titulo de haereticis. c. ad nostrum ubi damnant haeretici asserentes animam non indigere lumine gloriae ipsam elevante ad videndum deum

ratio est D. Thomae hic q. 3. a. 3. et 1a parte q. 12 a. 4 omissis alijs varijs modis quibus solet proponi et breviter ita exponenda. naturalis modus intelligendi est proportionatus modo naturali essendi substantiae intelligentis quae est radicalis principalis ut ostendit tum ex coll. in lib. de causis (qui liber in aliquibus editionibus operum Aristotelis post metaphysicam inter alia opuscula habet locum et adscribi solet Proculo) propositione 8. ita dicitur intelligentia scit res secundum modum suae substantiae tum etiam inductione quae ut colligi potest ex dictis ex quo haec ratione homo in hac vita intelligit omnia ad modum corporis sive cum proportione ad corpus substantium

utq apriori qa hoc intelligit ei conformem neque rei ut na
turalis modus cognoscendi sorvet. Proportionem nali modo essen
di huius eius radicalis formalis remote substantiae cognoscentis

cum quaelibet substantia creata habeat nalem modum
essendi compositum aut physice ex materia et forma ut hominis ex natura
et subsistentia utque hominis et Angeli, aut saltem metaphysice ex
et differentia sequitur inde modum intelligendi illi nalem esse cum
proportione ad aliquam compositum ac proinde non posse na
liter videre deum prout in se nam cum deus sit simplicissi
mus et purissimus actus expers omnis compositionis eo ipso
quod intelligatur cum proportione ad aliquam compositionem non
videtur prout in se et intelligere illum sine proportione seu
adaequatione ad ullam compositionem potest requiri ad
videndum eum ut in se modus intelligendi altior quam
naliter possit convenire ulli substantiae creatae.
Contra hanc rationem theologi solent ex Scoto durando et aliis obijcere multa
argumenta quae adducunt et dissolvunt et Salas supra citati rota
bili 2. a parte autem ad illa est advertendo in praedicta ratione
non dici quod modus cognoscendi debeat esse proportionatus modo essendi cu
iuslibet speciei seu habitus ellicientis actum sed solum dici quod nalis
modus intelligendi est proportionatus nali modo essendi substantiae intel
ligentis quae est causa radicalis formalis. unde nihil obstat per lu
men gloriae quod ibi non habeat simplicissimum modum essendi quem
habet deus elevari substantiam creatam hominis et Angeli ad visionem dei
nam proportio in tali modo cognoscendi solum nali convenit adeo ut
causa formali generante vicem speciei intelligibilis per suam substantiam
et infundente lumen gloriae et suum nalem concursum proportio
natum substantiali causae formali quae est ipse deus visus, si autem videre
deum esset connaturale substantiae creatae eo ipso haec esset causa formalis ra
dicalis cui deberetur proprium et concursus sufficiens ad videndum
deum prout in se ac proinde illa deberet habere modum simplici
ssimum essendi quem habet deus.

supposita igitur praedicta veritate quod visio dei ita sit super naturalis cuilibet substantiae et intellectui ex his quae de facto sunt creatarum ut nulli eorum sit connaturaliter debita neque per suas naturales vires acquisibilis quae veritas ut supra diximus debet esse certa in omni sententia; superest difficultas an ipsa visio dei sit etiam taliter supernaturalis in suam entitatem ut nulli substantiae creabili possit esse connaturaliter debita.

solutio huius difficultatis pendet ex ea quaestione an per potentiam dei absolutam sit creabilis aliqua substantia cui connaturaliter debeatur gratia lumen gloriae visio beata et alia accidentia supernalia. partem affirmantem signare videtur Maior 4. sententiarum d. 49. q. 4. et in hac sententia 1a parte q. 12. a. 5. disp. 2. ubi ponit aliquas rationes quas dicit esse urgentes, postea vero dicit sed quia verum ait se rem hanc velim quaere diffiniendam aliorum iudicio et fatetur communem sententiam esse negantem.

Pro dicendum quod neque de potentia absoluta creabilem esse ullam substantiam sup[...] (condistam a substantiali modo unionis hypostaticae) cui connaturaliter debeatur visio dei aut ullum aliud ex illis accidentibus quae pro communi doctrina ex se ratione colutam dicuntur simpliciter supernalia seu ordinis gratuiti posse in suffici.. ita docet 4. d. th., d. bonav., d. vir., Capreolus Ricardo et aliis quos late refert et sequitur Salas 1a 2ae tom. 1. q. 3. tract. 2. disp. 3. sect. 2. no. 10 specialiter et aliqui quos citat no. 20 censent oppositum non posse sustineri et ipse ibidem dicit fortasse esse periculosum.

fundata tum auctoritatibus, tum etiam rationibus alibi variis locis ex instituto exposuimus, nunc vero breviter quaedam potiora solum attingemus. primo ex auctoritate d. thomae 3. contra gentes c. 54 ad 4. ubi sic ait: visio divinae substantiae omnem naturalem virtutem excedit. quibus verbis et aliis eius locis probat Ferrariensis signare d. thomam illam non posse esse connaturalem ulli creaturae quod etiam apertius explicat 1a parte q. 12. a. 5. ad 3. dicens: lumen gloriae non potest esse naturale creaturae nisi creatura esset naturae divinae quod est impossibile. idem quod ex ponunt Caiet. et alii ibi et specialiter S. Bern. libr. 2. c. 5. et plures quos affert Salas ubi supra.

im et non creabilis ulla substantia quae ex natura sua sit impeccabilis.
ergo neque cui connaturaliter debeatur visio Dei. consequentia probatur. quia substantia
cui connaturaliter deberetur visio dei esset ex natura sua impeccabilis
nam visio dei ex sua ratione affert impeccabilitatem, quia hoc ipsum
maximam aestimationem divinae bonitatis clare visae rapit necessario vo
luntatem in illius amorem et subtrahit intentionaliter omni
peccati. ut ostenditur infra suo loco ubi de impeccabilitate
beatorum. antecedens vero probatur quia omnis substantia creabilis eo ipso quod
sit ex nihilo peccabilis et limitata et ex se deffectibilis ac mu
tabilis; ac proinde non potest ex sua natura esse impeccabilis, iuxta illud quod D.
fulgen. lib. de fide ad Petrum c.3. paulo post initium ait:
*creatura quae ex nihilo et deficere potest eam ad defectum conditio
ducit originis suae.* idque ex instituto probant. D. th. et alii 1a.
parte q. 63. a. 1. quo speciatim tertia SSPP affert vasq. ibi disp
231. c.2. et Salas supra citatus in illa disp 3. sect. 2. no. 11.
3. d. quod absolute et simpliciter est supernaturale et ordinis gratuiti
non potest esse connaturale ulli substantiae creatae nec creabili: sed visio dei est
absolute et simpliciter supernaturalis et ordinis gratuiti: ergo non
potest esse connaturalis ulli substantiae creatae nec creabili. consequentia patet, minor
vero supponitur ut certa ex communi consensu ubi supra ex testimoniis SS
et PP. quibus signatur visionem dei non minus quam fidem spem
charitatem et gratiam esse absolute et simpliciter supernaturalem et
ordinis gratuiti iuxta illud ad Rom 6. no 23. *gratia dei vita
aeterna* et ad ephes. 2. no 8: *gratia enim estis salvati per fidem et hoc non ex
vobis.*
maior autem sic probatur: ad hoc quod aliquid sit absolute et simpliciter super
naturale et ordinis gratuiti non sufficit esse connaturaliter indebitum
aliquibus substantiis nam accidentia connaturalia substantiis creatis superio
ribus v.g. hominis et angeli non sunt absolute et simpliciter supernaturalia
et ordinis gratuiti, quibus sunt connaturaliter indebita aliis substantiis
inferioribus. sed requiritur ut sit connaturaliter indebitum omni
substantiae creatae et creabili alioqui eo ipso quod connaturaliter deberetur
alicui substantiae creabili non intelligeretur esse absolute et simpliciter

supernale et gratuitum si quidem non peteret absolute et sim
pliciter procedere ex gratuita dei voluntate supra quamlibet substantiam
radicalem extra deum sed solum supra substantias creatas inferiores et
sic hac ratione alia accidentia connaturalia substantiis superioribus quibus
non sunt connaturaliter debita inferioribus non dicuntur neque sunt ab
solute et simpliciter supernalia ita neque illud.

dices: ad rationem doni simpliciter supernalis sufficere quod sit connaturaliter
in debitum cuilibet substantiae ordinis naturalis, huius mundi sunt omnes quae
de facto sunt creatae et aliae creabiles in ordine naturali, nil tamen obsta
re illud posse connaturaliter deberi alicui substantiae creabili diversi
ac superioris ordinis supernalis quae esset substantia supernalis
quia illi essent connaturalia huius mundi dona gratiae et visio nostra beatae.

Sed hoc non satisfacit. quia propria ratio doni absolute et simpliciter
supernalis et ordinis gratuiti intelligitur destrui eo quod asse
ratur creabilem esse substantiam quae taliter sit alterius ordinis ut
supra omnes creatas esset supernalis in sensu eo cui connaturaliter debeat
tale donum, nam eo ipso huius mundi donum peteret eo ex debito con
naturali tali substantiae ac proinde non conveniet illi ratio doni simpliciter et
absolute supernalis et ordinis gratuiti per quod denotatur donum
communicabile ex gratuita dei voluntate ad elevandam gratis
quamlibet substantiam cui conferatur supra ordinem altiorem eo qui est
illi connaturalis idem intelligit ex propria notione doni absolute et
simpliciter supernalis et ordinis gratiae.

huius rationis vim signat D. Th. 1a 2ae q. 111 a. 1 ad 2 in f. ubi dicit
dona supernalia specialiter sibi vendicare rationem gratiae quia excludunt
rationem debiti connaturalis respectu horum aut illorum substantiarum crea
tarum sed absolute et simpliciter respectu omnium creabilium nam
eo ipso quod habeant propriam rationem doni absolute et simpliciter
supernalis et gratuiti petit procedere ex gratuita dei voluntate erga
quamlibet substantiam ut illam gratis evehat ad superiorem ordi
nem non connaturaliter illi debitum, qui proinde dicitur simpliciter
ordo gratiae. hinc etiam habet vim id quod ipse D. Th. 1a parte q. 12 a. 4
corpore paulo ante fin. dicit videre deum esse connaturale soli intui

divino et non posse coire in hui creatu nisi per gratiam dei, ictum
ctz id qd ibidem a. 5. ad 3. dicit: lumen gloriae non posse esse nali
creaturae nisi creatura effectus divinus qd (ni quit) est impole,
et. q. 23. a. 1. corpore: visio ni quit divina est sup naturam cuius
libet creaturae, qd hic alibi docet. Ad predictum suntum
de sumptum ex pria ratione doni absolute et simpliciter supernali
et ordinis gratuiti:
quaria St. A pistolas ad Rom 11 n. 6. ita arguit: si gratia iam non
ex operibus alioqui gratia iam non est gratia; hoc est illa quae pra prasim
sss dicitur absolute et simpliciter gratia evehens creaturas ad or
dinem gratuitum non pot esse debita ex operibus connaliter pra pprias
vires creaturae, alioqui ea quae modo dicto supponebat esse sim
pliciter gratia iam non erit gratia. ita suo modo argui pot de quolibet do
no absolute et simpliciter supernali et ordinis gratuiti nempe
non salbaret ppria ratio talis doni eo ipso qd peteret esse ex
debito connali alicui substae extraneum, et non ex gratuita dei vo
luntate gratis elevante ipsam substantiam cui illud confert.
ne autem sistat in e de ratione an dicenda esset nata illa substantia
diversi ordinis cui adversarii asserunt posse connaliter deberi aeciam
supernalia notandum est cum natura et nale seu innatum soleant
varie sumi ppria eorum ratio colligenda est ex his quae docet Aristoteles
lib. 2. phisicorum c. 1. textu. 2. ubi specialiter naturam phisicam diffi
nit esse pricium motus et quietis eius in quo est primo et per se et non per ac
cidens, nempe natura phisica est substantia phisice mutabilis quae est primum
et radicale pricium sive activum sive passivum phisicae mutationis
et quietis in seipso. Ubi non excludit qd sit etiam pricium mutationis
in alio, sed ratione ppriam roem explicatam quam prius fuit nomen
natura quasi nascitura pout ibi diffinit ad differentiam dei quia non est
pricium mutationis in seipso. Sed solum in aliis oportuit illam
specialiter explicare per pricium mutationis in seipso; at vero
nale seu innatum est id qd vel dimanat aut pducit a predicta
natura tamquam a pricio radicali sufficienti in genere et particulari vel
illi ipse debet inesse quasi ex natura rei petitum pra id qd ipse ferat

in eodem lib. 2. c. 2. tex. 5. dicit: Nam seu naturae est quod stans aut
illi insistentium secundum ignis fertur sursum.

Hinc sequitur 1o quod abstrahendo ab alijs loquendi modis non assertis
praedictis differentijs nullius quaelibet substantia creata et creabilis
etiam spiritualis cum sit primarium et radicale principium alicuius
mutationis in se ipsa vere et proprie dicitur et est natura condicta adeo
quin est omnino immutabilis ac proinde non est principium alicuius mutatio
nis in se ipsa quantum naturale seu supernaturale et proinde quod l. potest dimanare
aut procedi a substantia creata aut creabili tanquam a propria suffi
cienti in genere causae particularis, l. illi in se debet inesse quasi
connaturaliter petitum.

2o sequitur quod illa substantia quam adversarij dicunt esse creabilem in
diverso ordine cui connaturaliter deberent dona supernaturalia vere et
proprie foret natura per praedictam differentiam siquidem esset principium muta
tionis in se ipsa quo facto ipse etiam s: PP. (quos referunt vas.
et salas. huc citati in 2o puncto) propriam rationem rei creatae et creabi
lis ex eo quod sit mutabilis condistinguunt adeo quin est omnino immuta
bilis, et in illo communi dicto ex Aristotele lib. 1o de caelo c. 4. tex. 32. deus et natura
nihil faciunt frustra per naturam deo condistinctam intelligit substan
tiale et radicale principium mutationis et in se ipso ad differentiam dei qui
non est principium mutationis in se ipso sed solum in alio.

3. sequitur quod supernaturalia dona gratiae essent vere et proprie connaturalia et de
bita illi rei creabili ut supponunt adversarij in hoc autem sequitur
repugnantia destruens propriam rationem doni simpliciter et absolute
supernaturalis et gratuiti ut exposuimus supra quod sed hoc non satisfacit
et alijs ibi sequentibus. quare ad salvandam propriam rationem talium
donorum gratiae doctrinam collectam ex ss. et PP., et communi consensu theologorum et
propriam rationem gratiae atque ordinis gratuiti cuius proprium munus intelligitur
esse ut ad altiorem ordinem evehat id cui confertur oportet asserere
illam esse connaturaliter indebitam cuilibet substantiae creatae et creabili ut proba
tum est in 1o 2. et 3. puncto. —

4 Tandem non sunt impossibilia aliqua dona ordinis simpliciter supernaturalis
et omnino gratuiti supra omne id quod connaturaliter debetur cuilibet substantiae
creatae et creabili, non enim est unde ostendatur illa repugnare, sed potius

intelligunt cum maxime consentanea divinae excelentiae quod perspicitur hoc exemplo. Sicut in humanis ad excelentiam imperatoris et Regis pertinet habere in sua potestate quaedam bonorum genera suis subditis communicabilia, quaedam illis debita secundum suam conditionem et statum, quaedam vero nulli eorum debita, sed omnino gratuita quibus pro suo beneplacito et fauore possit eos evehere ad ordinem altiorem eo qui illis debitus est. ita maiori iure ad divinam excelentiam pertinet ut praeter bona connaturaliter debita creaturis habeat in sua potestate alia superiora nulli substantiae creatae neque creabili connaturalia, haec autem dicuntur et sunt absolute et simpliciter supernaturalia et ordinis gratuiti; data autem hac hypothesi quod possibilia sint aliqua huiusmodi dona, nec ostenditur in illis aliqua specialis ratio quare non habeat etiam locum in iis quae supposita celebrat creaturae intellectuali ad finem supernaturalem, juxta doctrinam sanctorum et PP. ac communem theologorum concedunt esse absolute et simpliciter supernaturalia in quibus constat praecipue contineri visionem beatam cum sit perfectissimus actus supernaturalis.
Confirmatur. quaelibet substantia creata et creabilis cuiuscumque ordinis est subdita deo tanquam servus supremo domino ut constat. Sed servo non sunt ex se debita dona amicitiae filiationis et hereditatis sui domini ex gratuita autem voluntate ipsius domini evehentis illum supra omne id quod illi debetur possunt illi communicari. ergo dona supernaturalia per se disponentia et pertinentia ad divinam amicitiam perse ipsissam et filiationem et hereditatem beatae visionis non sunt connaturaliter debita ulli substantiae creatae neque creabili quod solum possunt illi communicari ex gratia dei eleuantis illam supra omne id quod est illi connaturaliter debitum. unde id saepe in scriptura tribuitur eximiae charitati et gratiae dei, ut 1a Joan. 1o n. 3o. videte qualem charitatem dedit nobis pater ut filii dei nominemur et simus.
haetenus de priori parte quaestionis propositi an beatitudo formalis nempe visio dei sit nota in re suam substantiam supernaturalis. superest modo de alia parte an illa sit nota apprehensiua et in creatiua directa et reflexa speculatiua et practica ubi includuntur diversa puncta juxta sequentem conclusionem exponenda.
2a conclusio visio beata in uno et eadem entitate est nota apprehensiua et indicatiua directa et reflexa, speculatiua et practica quibus formaliter in explicitam rationem beatitudinis formalis essentialis sit

iudicativa directa et speculativa.

1a pars qd sit apprehensiva et iudicativa sic explicatur et pbr visio beata e perfectissima nota satians intum veri et clare manifestando ea quae conveniunt deo pot e ipse ut constat et propria illius roe sgn e solum nota apprehensibus huius mi e illa imperfecta nota quae dicitur a opere intus et simplex apprehensio hoc e mera apprehensio et perceptio obi sine iudicio et assensu sed etiam e iudicativa pot requirit ad perfectum mum manifestandi obm unde recte S. 1a pte tr. 1o lib. 2. c. 18 no 3. dicit n posse dubitari quin visio beata sit perfectissimum iudicium qa per illam beatus cognoscit perfecte qd sit deus et qd sit perfectus omnipotens &a. idem qs docent Valent. Salas et Egidius statim citandi et alij ab alijs relati.

Pb quoniam eadem cognitio quae e iudicativa de rebus apprehensibus quatenus ipsamet apprehendit et percipit obm de quo iudicat ideo eadem visio beata dicitur nota apprehensiva et iudicativa ut notant Valent. 1a q. disp. 1a q. 3. puncto. 4 ad 1. Salas ibidem q. 3. tr 2. disp. 3. sect. 3. § unde et alij. Caeterum illam roem explicatam formalis beatitudinis ipsi alij qua denotat visio quod illi nobiliori mo coit manifestare veritates obi beatifici dicitur et e cogn iudicativa, et sic intelligi id qd Egidius 1a q. lib 4. de beatitudine formali q. 8. a. 4. no 3. et alij dicunt visionem dei coire roem beatitudinis quatenus e nota iudicativa. —

mus autem loquendi quo aliqui (ut Egidius proxime citatus) dicunt visionem beatam esse iudicativam eminenter n debet ita intelligi quasi n sit formaliter iudicium et assensus mo perfectissimo ut ostendimus ex predicta pbatione 1a pte huius q, sed intelligi pot illam appellari iudicativam eminenter per respectum ad alia imperfecta iudicia qa n includit formaliter eorum mum imperfectum sed alium excellentiorem, quo autem pacto visio beata dicatur nota simplex et incomplexa sine compositione exponetur infra suo loco. —

2a vo pars qd visio beata sit nota directa et reflexa ita exponitur et pbatur una et eadem entitas cognis pot manifestare obm ase distinctum et sic directa dicitur pot et manifestare se ipsam et sic dicitur reflexa, neque repugnat id coire cogni et creatae praesertim summali perfectissimae qualis e visio beata, imo id et coiat alicui cognitioni nali docent D. th. 1 pte q. 87. a. 3. corpe ubi dicit An

gelum videt eodem actu quo intelligit suam essentiam simul et intelligere eandem suam intellectionem ad eum modum quo deus intelligendo suam essentiam intelligit et suam intelligere.

qd autem visio beata sit hoc modo directa et reflexa ita ut beatus eodem actu visionis quo directe videt deum videat et reflexe suam visionem docent S. 1a pte tt. 1. lib. 2. c. 18 no. 9. Vasq. 1a q. 7. 1. disp. 15. c. 4. no. 20, Salas ibidem q. 3. tt. 2. disp. 3. sect. 4. no. 24, Egidius lib. 4. de beatitudine finali q. 7. a. 6. no. 3. et alij. ratio autem congrua quia cum non sit impossibile conveniens est id defacto concedi visioni beatae quae in ordine finali perfectissima participatio divinae visionis; ac proinde sicut deus sua visione increata qua videt se ipsum videt et ipsam suam visionem, ita suo modo beatus sua creata visione qua directe videt deum videt et reflexe eandem actum quo videt deum, et sicut ipsa visione beata videndo deum videt et creaturas ad suum statum pertinentes ut infra exponetur conformiter et convenit has videat suam creatam visionem cum ad statum beati pertineat cognoscere suam beatitudinem. ipsa visio manifestando alia simul et manifestat se ipsam sicut suo modo lux quae manifestat alias res manifestat et se ipsam.

Cum hoc autem stat qd visio beata cum rationem explicatam qua essentialis beatitudo essentialis sit nota directa, nam formalis beatitudo essentialis attenditur ex ordine ad essentialem beatitudinem obiectivam quae deus directe repraesentatus per eandem visionem quae et reflexe repraesentat se ipsam. et sic locum habet id qd aliqui ut Egid. in praedicta q. 7 a. 6. no. 4. dicunt visionem habere rationem beatitudinis formalis prout est nota directa.

3. denique pars in 2. concl. posita qd visio beata sit nota speculativa et practica. omissis varijs opinionibus et diversis modis eas defendendi quos apud autores citandos videri et ex dicendis partim conciliari partim vero confutari possunt tradit Richardo. 4. sententiarum d. 49. a. 1. q. 8., Capreolus ibidem q. 2. a. 3. ad arg. S. 3. contra Scotum Caiet. 1a pte

q. 26. a. 4. medina. ibi q. 9. a. 5. dub. 10. valentia disp. 1a q. 3.
ad 2m dubitatum puncto. 4. et alij quos refert et sequitur salas
12. to. 1. q. 3. tract. 2. disp. 7. sect. 5. egidi lib. 4. de beatitudine for
mali q. 9. a. 5. non 4. et 5. notandum autem id quod postea num. 47. et
48. advertit in communi loquendi quo aliqui visionem beatam vo
cant speculativam et practicam eminenter alij vero formaliter et di
fferentiam de ratione scilicet varias acceptiones horum terminorum eminenter
et formaliter, et bene in quodam sensu nempe ut eminenter deno
tat excellentiorem perfectionem respectu inferioris (ut in simili
diximus supra post 1am partem huius q. quis § nos autem loquendo)
de eadem re posse dici quod sit eminenter et formaliter talis quo pacto
Cajet. 1a parte q. 1a a. 4. § ex praedicata dicit cum hoc quod aliquid
in quodam sensu dicatur eminenter tale bene stare quod etiam sit for
maliter tale ut inquit sol eminenter calefactivus et desicca
tivus, et tamen est etiam formaliter. et deus est eminenter intelligens et
volens et exequens, et tamen est etiam formaliter.—

Quod igitur visio beata sit etiam formaliter speculativa et practica
sic explicandum et probandum est. visio beata contemplatur divi
nam essentiam et illius atributa quibus convenit ratio obiecti speculabilis
ut constat. ergo hac ratione formaliter speculativa nam propria ratio
notitiae speculativae formaliter consistit in contemplatione et specie rei et pro
prietatum illius, id quod est versari circa obiectum speculabile et manere
speculativum et exui talis cognitio habere pro fine veritatem obiecti cogniti ut est
tradit ex doct. Aris lib. 3. de an. c. 10 tex. 51. et lib. 2. meta. c. 1. tex. 3.

§ praeterea eadem visio beata ostendit modum quo deus est amandus
et colendus et quo pacto fieri debeant aliae operationes virtutum ad
statum beati pertinentes, siquidem beati eadem visione qua vident
deum cognoscunt etiam alia omnia ad suum statum pertinentia ut in
fra suo loco dicetur. ergo hac ratione quod ut ostendit modum quo debent fieri
tales operationes est formaliter notitia practica, nam haec est propria ratio
formalis notitiae practicae id est versari circa obiectum operabile ut aiunt,
in operabili et exui talis cognitio habere pro fine operationem cuius est
se directiva seu regulativa eo ipso quod ostendat modum quo fieri debet

ut etiam tradi solet ex doct. Aris. locis proxime citatis, et lib. 6. ethico c. 1° et alibi.

Resp. haec et plura similia testimonia quae ab autoribus citandis late referuntur, significant deum non posse ab ullo intellectu cre ato videri naturaliter seu per solas vires naturae ut dictum fuit prius in hac disp. c. 1. sect. 1a quare non negant eundem super naturaliter ex gratia ipsius dei per vires supernaturales posse videri et de facto videri a beatis ut constat aperte ex aliis locis ipsis SS. et PP. relatis in praesenti c. 3. sect. 1a aliquando etiam tenent locum aliis expositionibus subiiciendis pro contextu et aliis circunstantiis fuerint accommodatae.

notandum autem specialiter D. Chrisost. hiero

Ambro., Cyrillum et quosdam alios PP. quos sigilatim reffert Vasq. 1a pte to. 1o. disp. 2.5. c. 2. 3. et 4. in haere durius loqui ita ut ipse Vasq. ibi c. 4 ad f. fateatur illos vix posse exponi in bono sensu. Sed alii cum D. Th. 1a pte q. 12. a. 1o ad 1m et pluribus quos late citat et sequit Salas 1a 2e to. 1o tr. 2. disp. 4. sect. 1 ad 1m excusant illos exponere et sane poss. pie explicari per aliquam ex 4or expositionibus subiiciendis accommodando ad quemlibet locum quae contextui et capacitati magis inspectis omnibus adiunctis visa fuerit esse conveniens sublata verborum ambiguitate.

1a expo est de visione comprehensiva ita ut praedicti PP. velint deum non posse ab ulla creatura videri visione adaequata quae illum comprehendat ut exponit D. Th. 1a pte q. 12 a. 1 ad 3.

2a est de visione corporali ita ut sensus sit deum in se ipso non posse videri oculo corporeo ut explicuimus sup.a disp. 1a c. 7. ad 2. § Sed dicendum.

3a est de visione spirituali in hac mortali vita 2m com. legem nempe ex qua lege in hac vita non pot videri deus in se ipso, unde tamen non excluditur probabilis sententia afferens speciali dispensatione et privilegio esse aliquibus in hac vita communicatam visionem dei brevi aliquo tempore ut de Moyse et Paulo concedunt D. Th. 1a pte q. 12. a. 11 ad 2. et alii ibidem quibus verisimilis etiam fit sententia negans quam tenent alii quos refert et sequit Vasq. ibi disp. 55. c. 2 et disp. 56. c. 5. in quam etiam inclinat S. ibi tr. 1o lib. 2. c. 30 a no 17 usque ad f. ubi advertit non esse facile asserendas huiusmodi dispensationes et addit pie credi posse fuisse id privilegium si alicui in hac vita fuit concessum maxime beatissimae Virgini pro quo aliquos graves autores adducit. S. pte to. 2. disp. 19 sect. 4 a. 1a

4 denique expositio est de visione dei per vires naturae nimirum non posse deum in se ipso videri ab ulla creatura naturaliter seu per solas vires naturae ut ca loca sunt dictum in solutione ad 1m obiectionem. hic autem sensus ut ibidem ostensum non excludit deum in se ipso a creatura rationali posse videri supernaliter hoc est cum auxilio ex particulari supernali. occasione autem huius doctrinae aliqui hic tractant in particulari de causis visionis beatae. Sed de his effectu agit 1a pte q. 12 nunc vero obiter tantum praesenti instituto necessu

notandae breuis resolutio subijcienda.
vissionis beatae causa efficiens principalis vt aiunt tamquam quod hoc
subsistens est deus vt autor supernatus non solum mediante
lumine gloriae quod infundit intellectui creato sed etiam immediate ad
ipsum actum vissionis concurrendo efficienter cum intellectu creato
ex parte sua, et insuper gerendo vices speciei intelligibilis ex parte
obiecti, quia nec de facto datur neque etiam de potentia absoluta est creabilis
propria species intelligibilis impressa ad efficiendam vissionem
dei vt expressimus in praecedenti ad 2 quod sit dicendum.
eiusdem autem vissionis beatae causa efficiens proxima vt aiunt tam
quam quo hoc est tamquam principium seu virtus actiua ex parte cre
aturae est intellectus creatus et lumen gloriae, etenim creatus intellectus
non se habet mere passiue sed actiue ad vissionem beatam concurrit
per propriam obedientialem lumine gloriae elleuatam et supernali
auxilio adiutam vt expressimus superius disp. 1a. c. 5. sect. 1a.
ad 2. obiectum, et quamuis ipse intellectus creatus ad vissionem beatam con
currat efficienter tamquam principium vitalis nihilominus vt ibi
dem ostensum est ex sua parte non est illius causa efficiens principalis sed ins
trumentalis in hoc sensu quod concurrit tamquam virtus ex se ad super
nalem vissionem improporcionata et subordinata superiori
virtuti luminis gloriae eam elleuanti, et cui assimilatur effectus
vt constat. cum autem non sit de re causam instrumentalem vt ex propria ratione
et diffinitione quod instrumentalis ostendi potest. et suarez l. 3. parte 1a. disp. 3.
sect. 6. sub titulo soluit 4. arg. in initio asserit nostras potentias
quantum ad id quod conferunt in efficiendis actibus superna
turalibus se gerere vt instrumenta et non vt principalia. nec vero
sistendum est in modo loquendi aliorum autorum in alio
quodam sensu asserentium illas esse causas principales per denomi
nationem a virtute supernali super addita, aut a toto
aggregato ex nostra potentia et tali virtute supernali, quo
pacto loquuntur multi ex his quos refert et sequitur valas
1a. 2ae. tom. 1. lib. 2. disp. 1. sect. 8. in 3. opinione nec aliud de
re probant rationes quas ibi affert vt dicerem potest ex praedicto
fundamento et alibi ex instituto expressimus. lumen vero gloriae
est supernalis qualitas habitualis infussa intellectui creato

tanquam proportionata virtus activa ex parte suo ut
illam elevet ad efficiendam visionem beatam, et quibus alii
qui quos refert et impugnat Salas in predicta disp. 5. sect.
3. id in hoc sensu de qualitate habituali negent quos
sententia quae in aliquo alio sensu admittit necessitatem
luminis gloriae sumpti pro supernaturali auxilio dei non censet
erronea tamen cum sententia cum D. Th. 1a pte q. 12 a. 5 et 5.
asserens illud in predicto sensu id quod late relatis autoribus et fun
damentis probant Salas in illa sect. 3. et S. 1a pte tr. 1 lib. 2 c. 14.
an vero lumen gloriae deserviat solum ad efficiendam visionem beatam
an vero etiam ad recipiendam, variae sunt sententiae quas ibi refert et refe
llit S. sequenda autem videtur sententia quae ibidem non S. asserat
lumen gloriae non habere rationem principii ex receptibili seu passivi pro solum
activi visionis quod explicuimus superius disp. 1a c. 5. adnot
ictum quod Si vero Secundo sit.

in ea autem q. 3 an visio dei sit connaturalis intellectui informato lumine
gloriae circa quam varias etiam sententias diversimode aut negantes
aut affirmantes refert. S. in predicto lib. 2. c. 15. breviter dicendum
quibus visio beata sit connaturalis lumini gloriae ac similiter etiam toti
aggregato ex intellectu creato et lumine gloriae idest ipsius luminis
non vero connaturalis intellectui creato tamen id quod habet ex sua parte. atque
hoc de re ostendit S. citatus et probatur ex his quae dicta sunt supra in
hac disp. c. 1o.

praeterea in alia q. an de potentia absoluta possit deus videri sine lu
mine gloriae quibus negant alii qui quos referunt et confutant
S. in praecitato lib. 2. c. 17. et Salas 1a 2ae tom. 1o tr. 2 disp. 5. sect. 4
tamen cum pluribus aliis quos ibidem adducunt et approbant dicendum
non repugnare visionem beatam fieri sine lumine gloriae per spe
ciale auxilium supernaturale supplens illius vicem. fundamentum quod deus
ex parte sua infinitam virtutem eminenter continentem vim
luminis gloriae potest supernaturali auxilio in genere causae efficientis supplere
concursum illius, neque aliunde ostenditur aliquid obstare quomi
nus id concedatur simili ratione qua conceditur respectu aliorum
effectuum. pro quo id quod D. Th. 1a pte q. 105 a. 2 corpore dicit deum posse
facere per se ipsum omnes beatos ipsius [illegible] malos in

quibus aliunde repugnantia qui fient per quamcum que causam creatam. unde haec est vox de pot. absoluta vissio beata et quicumque alius bonus actus vitalis pot. produci sine concursu intus creati aut alterius prin. vitalis ut probatum est supra disp. 1a. c. 5. diffic. 2a cc. 2. et quae ibi dictis solvuntur ea quae in praesenti obiici possent.

cardinalis hoc est receptiva vissionis beatae est intus creatus, nam pot. illi innata ad recipiendos actus intellectionis est sufficienter in genere quo possivus est naturalis proportionata ad recipiendum actum vissionis beatae dependenter tamen a supernali concursu illam produ- cente et conservante in tali subiecto qua voce dicitur pot. obedientialis ut quae possuimus supra disp. 1a. c. 5. ad 2. obiectum § igitur contra hoc, et similiter vox est alia accidentia supernalia habent pro subiecto potentiam recep- tivam innatam subiecti creati cui insunt ut quae plicuimus in hac disp. 2. c. 1. ad 3. obiectum.

si autem quaerat an ipsa est substantia animae rationalis et Angeli si- mul cum suo intus concurrat immediate ad vissionem beatam recipiendam et efficiendam dico id pendere ex illa quaestione philosophi ca an substantia vitalis concurrat immediate simul cum pot. vitali ad recipiendos et producendos actus vitales nam in sententia probabili id asserente quam tenet S. 10. meta. disp. 18. sect. 5. n. 2 est. et alii consequenter est in praesenti idem hoc modo asserendum respectu vissionis beatae. in alia vero sententia est verisimile illud prius negante quam amplectuntur alii quos refert et sequitur salas 1a. 2ae. tr. 2. disp. 5. sect. 6. § 76 probabilius consequenter est negandum posterius. sane prior sententia videtur verisimilius sequenda propter fundamenta quae speciatim pro immediato concursu animae simul cum pot. ad actus vitales attulimus lib. 2. de anima disp. 4. q. 2.

2a diffic. est quae cognitio creata si posset esse vissio dei esset illius comprehensio. ubi quo pacto compre- hensio sumpta pro extensione dei dicatur distincta a vissione dei

in hac diffic. ita arguitur si esset possibilis notitia creata quae esset vissio dei sequeretur illam fore comprehensionem ipsius dei. probatur hoc conse-

impossibile quia nulla creatura potest comprehendere deum ut constat ex eis doct. cum D. Th. 1a parte q. 12 a. 7. Ergo antecedens impossibile. Sequella probatur quia visio dei est clara et quidditativa representatio totius dei in se ipso, non nisi potest ulla res clare et quidditative videri nisi representetur tota prout est in se et modo omnem suam quidditatem ut stat ex ipsis terminis praesertim vero deus cum sit purus et simplicissimus actus non potest videri nisi clare representetur totus quantum ut est in se. Sed hec est comprehensio, nam ut ait D. Aug. tomo 2 epistola 112 (que est de videndo deo) c. 9 initio totum comprehenditur videndo quod ita videtur ut nihil eius lateat videntem. Ergo etc.

Respondeo negando sequellam, sumendo comprehensionem stricte et proprie pro cognitione que sit adequata cognoscibilitati Dei. Pro hoc autem est notandum esse id quod D. Th. 1a parte q. 12 a. 7 ad 1m dicit comprehensionem sumi posse dupliciter, uno modo stricte et proprie prout quod aliquid includitur in comprehendente, alio modo large prout quod comprehensio opponitur insequutioni, quo pacto quando aliquis tenet aliquem quem insequebatur dicitur eum comprehendere hoc est illum tenere, iuxta illud Canticorum 3. numero 3 et 4 ubi sacra sponsa cum dixisset se quaesisse et invenisse dilectum ait tenui eum et non dimittam. Et in hoc sensu deus dicitur a beatis comprehendi hoc est teneri, et ipsi beati dicuntur hoc modo comprehensores, et beatitudo formalis comprehensio, hoc est tentio dei, ut explicat doct. D. Th. 1a 2ae q. 4 a. 3 ad 1m. De hoc autem modo comprehensionis pro tentione dei intelligunt loca Sacrae Scripturae que significant deum comprehendi a beatis ut 1a ad Corinth. 9 numero 25. Sic currite ut comprehendatis, et ad Philip. 3 numero 12. Sequor autem si comprehendam.

Caeterum cum hoc stat quod sumendo comprehensionem priori modo stricte et proprie hoc est pro cognitione adequata cognoscibilitati obiecti, deus neque defacto comprehendatur, neque possit comprehendi a beatis ut ostendunt D. Th. et alii 1a parte q. 12 a. 7. et in hoc sensu intelligunt alia loca Sacrae Scripturae significantia deum non posse comprehendi ab ulla creatura ut Hiere. 32 numero 19: Dominus incomprehensibilis cogitatu. Ergo ex eo quod sit possibilis notitia creata que sit

visio dei non sequitur illam esse comprehensionem, scire est propriae cognitione adaequata cognoscibilitati dei, et hoc modo estque ipse D. Aug. in eodem loco supra citato in obiectione ait: aliud est videre, aliud vero totum videndo comprehendere.
ad probationem vero sequellae nego explicando maiorem, visio dei est quidem clara et quidditativa repraesentatio totius dei in se ipso, non tamen adaequate, quantum potest cognosci et ut exigit ad propriam comprehensionem; quare negandum minor quia dicit illam esse comprehensionem dei per quam repraesentatur totus deus et ut. est infra, nam ad propriam comprehensionem id non sufficit, sed requiritur ut totum obiectum cognoscatur adaequate ut ex natura sua potest cognosci. — —
ut autem hoc explicatur observandum est id quod D. Th. 1a parte q. 12. a. 7. ad 2. ostendit totum deum videri a beatis non tamen comprehendi, quia inquit non propterea hoc deus dicitur incomprehensibilis quasi aliquid eius sit quod non videatur sed quia non ita perfecte videtur sicut visibilis est, et in corpore eiusdem a. illud inquit comprehenditur quod perfecte cognoscitur, perfecte autem cognoscitur, quod tantum cognoscitur quantum est cognoscibile. quod dictum D. Thomae non est ita intelligendum quasi ad propriam rationem comprehensionis in communi necesse sit obiectum cognosci quantum est cognoscibile ut aiunt ex bonitate intelligentis hoc est quantum potest summa cognitione a quovis perfectissimo intelligenti cognosci; nam quilibet Angelus proprie comprehendit aliquam rem inferiorem v.g. formicam ut constat ex communi consensu, et tamen non cognoscit illam quantum cognoscibilis est ab Angelo superiori, neque iste cognoscit eam quantum est cognoscibilis a deo; et sic locum habet id quod S. 1a parte ett. l. 10. lib. 2. c. 29. n. 2. et alii dicunt: ad propriam comprehensionem non requiri ut obiectum cognoscatur quantum cognoscibile est cognitione summe perfecta ex conatu et conditione cognoscentis, nam hoc modo non solum deus sed etiam quaevis creatura esset incomprehensibilis a quocumque intellectu creato, quia a nullo potest cognosci quantum cognoscibilis est cognitione summe perfecta propria soli deo.
illud ergo dictum D. Thomae ita intelligitur quod ad comprehensionem propriam requiritur ut obiectum cognoscatur perfecte quantum est cognoscibile ex natura sua

ra[tione] suam perfectionem intensivam, quod ad perfectam comprehensionem debere esse in eo perfectionem representationis adequatam perfectioni cognoscibilitatis quam esse potest perfectio intensiva obiecti tota bene penetretur ita perfecte ac postullat ex natura sua penetrari. etenim intelligibilitas est perfectas entis, et quodlibet ens secundum suam maiorem aut minorem perfectionem ex natura sua potest intelligibilitatem magis aut minus perfectam ad cuius perfectam comprehensionem requiritur et sufficit perfectio representationis adequata perfectioni intelligibilitatis obiecti penetrandi per cognitionem. et quoniam deus est summum et perfectissimum ens, habet ex sua natura summam et perfectissimam intelligibilitatem cui non potest esse adequata nisi summa et perfectissima cognitio qualis est dei, ac proinde est proprie incomprehensibilis a quolibet intellectu creato et creabili.

ad illud vero quod in hoc nostro ex Divo Aug. dicitur totum comprehenditur videndo quod ita videtur ut nil lateat videntem. dico ita intelligi quod tunc aliquid proprie comprehenditur quando ita videt totum ut nil sive formaliter sive eminenter ad illius perfectionem intensivam pertinens lateat videntem. quare ad perfectam comprehensionem non sufficit cognoscere totum quod in re cognita inest formaliter ut recte exponunt S. Tho. 1 p. q. 12. a. 7. ad 1. lib. 2. c. 29 no. 13. et alij ibi q. 12 a. 7. sed opus est etiam clare cognoscere totum quod eminenter in illa includitur sine cuius clara cognitione non penetratur illius perfectio intensiva. atque hinc colligi potest ex docet ipsius D. Aug. loco in obiectione citato, ubi post quam in illo c. 9. distinxit aliud esse videre ~~totum~~, aliud vero comprehendere, explicat illud

nihil deest

posse comprehendi

posse comprehendi cuius fines circumspici possunt. et 2.° lib. 12. de ciuitate dei c. 18. post medium quod quid inquit scia comprehendit scientis comprehensione finitur.

hoc autem d. th. 1. p. q. 12. a. 7. ad 2. ita exponit. tunc fines alicuius circumspiciunt quando ad finem cognoscendi illam rem peruenitur. intellige quando peruenitur ad finem in modo cognoscendi adequatum quem ex natura sua petit cognoscibilitas obiecti ut explicuimus supra q. illud q. hoc etiam docere continetur in eo quod dici solet ad comprehensionem obiectum requiri quod cognoscatur totum obiectum totaliter ac proinde deum a beatis non comprehendi quia licet videatur totus, non tamen totaliter quam solutionem d. th. in a. illo 7. post 2. arg. refert et postea ad 3. illam approbat asserendo deum a beatis non uideri totaliter quod ut haec dictio totaliter denotat modum quo obiectum petit adequate cognosci ut comprehendatur. et a. 8. corpore docet deum non uideri a beatis in ordine ad omnes effectus possibiles quod est non cognosci totaliter ac proinde non comprehendi.

unde propria comprehensio ita apte definiri potest quod sit cognitio perfecta et adequata cognoscibilitati obiecti quantum ex natura sua petit ut ab intellectu penetretur tota illius perfectio intensiua. cuius definitionis explicatio satis colligi potest ex dictis, quibus etiam faciunt plura quae exposuimus in tractatu de incarnatione disp. 15. c. 2. ad 2.

ex dictis constat beatos omnes videre totum deum non tamen illum comprehendere comprehensione stricte et propria sumpta pro cognitione adequata cognoscibilitati ut ex positum est. et quod d. th. 1. 2. q. 4. a. 3. corpore asserit ad beatitudinem requiri comprehensionem intelligitur de comprehensione latius sumpta pro consecutione et tentione qua dicimur consequi et tenere obiectum beatificans ut ipsemet exponit ibi ad 1. et aliis locis ut diximus supra in hac disp. 2. a. in cuius solutione ... nunc [illegible].

Dubitari solet an comprehensio sumpta pro tentione dei sit distincta a visione dei et an pertineat ad intellectum vel voluntatem.

ratio dubitandi habetur ex doct. D. Th. hic q. 4. a. 3. nam ibi
in corpore et ad 2. dicit comprehensionem sumptam pro tenti
pertinere ad voluntatem. postea vero ad 3. sic ait: com
prehensio non est aliqua operatio praeter visionem etc.
et hoc varias sententias referunt et ex parte impugnant
Vasq. hic disp. 17. c. 1. et 2. Salas tr. 2. disp. 8. sect. 1. a no
12 et alij. Sed multi possunt conciliari hac. d. compre
hensio denotans tentionem obiecti summi potest duplici modo
quorum alter convenit intellectui, alter voluntati. nam prima
consequutio obiecti beatifici per claram dei visionem vere
et dicitur comprehensio per quam dicitur et immediate illud pos
sidemus ac tenemus. praeterea D. Th. 1. p. q. 12. a. 7. ad 1. paulo
ante finem ait: beati videndo deum tenent sibi prae
sentem etc. unde ipsa visio dei est vere et dicitur prima
illius consequutio adeptio et possessio ut exposuimus supra
disp. 1a c. 9. sect. 2. post cum in eius applicatione et sect. 3. disp.
7. ad ultimam obiectionem itaque vere et dicitur prima illius
comprehensio et tentio et in hoc sensu locum habet quod alij
qui quos refert et sequitur Salas in illa disp. 8. sect. 1a no
14 asserunt comprehensionem non distingui nisi ratione alicuius
connotati quatenus ratione comprehensionis denotatur
visio connotans quod actu aut habitu prius sit optata seu
sperata, iamque consequuta et praesens. alio etiam modo dilectio
dei visi sive in suo genere per affirmationem et dicitur dei consequutio
et possessio appetitiva quae consequitur necessario visionem
illam consequentis ut explicuimus in praedicto c. 9.
loco proxime citato. ita etiam dici potest in suo genere passum
comprehensio et tentio ultimi finis quae iam per visionem
praesupponitur praesens. et sic locum habet id quod D. Th. hic q. 4.
a. 3. corpore et ad 2. comprehensionem sumptam pertinere ad
voluntatem. et ibidem ad 3. asserit comprehensionem
esse habitudinem ad finem iam habitum. sicut etiam docere solent
intelligi id quod alij ut Vasq. hic disp. 17. c. 2. no. 10. Di

cunt ? superhorsin cu relatm quandam voluntatis ad
deum clare visum rõe cuius ipsa voluntas dicitur deum
tenere q a het illum sibi praesentem ad diligendum.

3. difficultas est cur nulla creatura possit cog
nosci ex vi visionis dei.

Primo ita arguitur 1o diuina essentia est res omnino absoluta absque ullo
respectu reali etiam transcendentali ad creaturas, ergo ex vi visionis diuinae
essentiae non potest abeatis cognosci ulla creatura. probatur consequentia quia id
quod id quod est omnino absolutum non potest esse ratio aut me
dium cognoscendi aliquid aliud, siquidem nullo respectu
etiam trali het ullam connexionem cum illo ut supponitur.
antecedens autem ita probatur. quia summa perfectio diuinae essentiae postu
lat ut sit res omnino absoluta ab omni respectu etiam trans
cendentali ad creaturas, alioquin esset dependens a cre
atura saltem ut a termino possibili, quod videtur derogare summae
perfectioni: nam eo ipso quod sit summa perfectio est ~~summe~~
sibi sufficientissima, ac proinde independens ab omni creata
etiam possibili. unde etiam si creata esset impossibilis, nihilominus
deus permaneret in se ipso eodem prorsus modo quo nunc per
fectus.

aliqui Rnt concedendo ans, et negando conam quia nihilominus quod diuina
essentia sit res omnino absoluta absque ullo respectu reali etiam tra
scendentali ad creaturas adhuc potest esse ratio seu medium cog
noscendi illas, quia continet eas eminenter: ita signanter S.
1a parte lib. 1. c. 15. nõ 24. et tr. 3. lib. 9. c. 6. nõ 9. et t. 2. meta
disp. 47. s. 3. nõ 9. et alii.

sed in hac solutione quatenus signat deo esse cur eminenter
contineat creaturas possibiles non coire ullum respectum realem
tralem ad illas restat difficultas. 1o ut aiunt ad hoiem eius
qui concedunt diuinae omnipotentiae connexionem diuinae omnipotentiae
cum absoluta possibilitate creaturarum ut sedit etiam
ipse S. 1a p. tr. 3. lib. 9. c. 6. nõ 20. ubi sic ait: si creata
non esset possibilis, deus non esset ita perfectus, quia si tolleretur
possibilitas creaturae tollerentur a deo positiua perfectio omnipotentiae

3a. hoc autem supposito non videretur negari deo ralis respectus realis ad creaturas possibiles, siquidem eo ipso intelligit illi convenire talis habitudo connexionis, quae sublata possibilitate ~~ea~~ tri tolleretur, in qua habitudine vere salvari videtur ratio generis respectus realis transcendentalis, sicut suo modo reperitur in aliis rebus.

2o in praedicta solutione videtur ostendi quo pacto divina essentia possit esse ratio seu medium obiectivum cognoscendi creaturas possibiles, si nullo tali ordine connexionis illas respicit, nam id quod nullo tali ordine connexionis respicit aliud aperte intelligitur posse perfecte cognosci per id quod in se est, etiam si quis illud non cognoscat aliud cum quo nullum habet ordinem connexionis ut colligitur plane inductione in aliis rebus quae nullo ordine connexionis se respiciunt, tum etiam quia ipsi hi attendendo proprie rationem rei quae supponitur esse omnino absoluta absque ullo respectu etiam tali. unde Vazquez 1a parte tomo 1o disp. 50, c. 4. quiam vero 3a et alii asserentes divinam essentiam esse rem omnino absolutam absque ullo tali respectu tali ad creaturas etiam possibiles consequenter asserunt illam non posse esse rationem seu medium cognoscendi ullam creaturam. ac deinde quia visionem dei non cognoscit beatus ullam creaturam.

quare ad argumentum negando antecedens et probationem. nam vere divina essentia includit ~~respectum~~ respectum realem transcendentalem ad creaturas possibiles, ut explicat Salas tomo 1o in 1. 2. disp. 4. sect. 4. n. 45. et clarius ipse ut id quod de re continetur in eo in quo docent asserunt non solum a beatis sed etiam ab ipso deo cognosci creaturas possibiles in divina essentia tamquam in causa potente illas producere ut docent d. th. et alii. 1. p. q. 12. a. 14. ad 2. etenim nulla alia ratione aperte intelligi et explicatur cur divina essentia requirat perfecte cognosci quin in illa tamquam in causa cognoscantur creaturae possibiles nisi quia ipsa ratione habet realem habitudinem connexionis tamquam principium effectivum virtus productiva absolute postulans illas ut alteri tamquam terminos producibiles, neque aliter videtur assignari sententiam ita satis faciens quare illa sit ratio et medium obiectivum cognoscendi creaturas possibiles ut dictum est in praecedenti.

Confirmatur.

10 dic. q.d. concedit̃ p̃ria r.º poset virtutis potentis absolute ꝑ directe aliqd ad ex.tra. s.d talis r.º aptē intelligr includere ordinem tralem ad aliud. vt ꝯ p̃sit tum ex ipsis tris, nam absoluta pōact virtus ꝟ ad aliqd absolute ꝑobe. tum etiā induactione in omnib. aliis rebus q.e concedit̃ ꝑ p̃ria ratio absoluta pōs, alioqui diui ꝑosset etiā inclus r.m pōs n̄ includere ordinem tralem, neq; ex eo qd hic sedat diui. omp̃ōs nō elli consentaneo arguit aliquā imꝑfectio s.d potius perfectio intrinsecā exponet. id v.º qd alii dicant posi bilitatem creaturæ ad rōem diui. omp̃ōs imꝑterri, s.o conditionalit n̄ videt satisfacere ; nam etiā de re impoli v.g. chimera vere dici p̃ōt hec ꝯditionalis. si chimera esset poss. posset adeo ꝑduci. et tn̄ n̄ dicit absolute qd deus possit ꝑducere chimeram, absolute autē dicit qd possit ꝑducere creaturas. ꝑ adde inde colligit ex ꝑ p̃ria roe omnip̃ōs qua in se et s.d deus dicit absolute posse ꝑducere creaturas ex igi absolutam posibilitatem creaturæ tamqm̃ terminum ex n.ra rei ꝑ.itum aliquo trali ordine diuinæ omp̃ōs.

ad illud v.º qd inꝑ boiantis dicit summam ꝑfectm diuinæ essẽ postulare vt sit omnino absoluta ab omi respu trali ad creaturas etiā poles n̄ id reg.do quin potius oppositum tum aut, tum roe ostendi ex hic dictis ꝑ quare et ex eo qd dicit ꝑ sequi, ad aliud v.º qd addit in de sequi qd diui essẽa sit dependens a creata n̄ id n̄ eē absolute sed ꝑ roem depend. ꝯ ambiguum ad sensum n̄ conuenientem deo; aliquē tn̄ n̄ absolute s.d cum addit̃ sed unt diui. omp̃ōs dependentia a rō poli ꝑ vt solum dicit ꝯ respicere cum creata possibili quasi cum trō qntum satis ꝯ ad respum tralem sublata quacumq; imꝑfectione ex parte dei. s.d subtius videt n̄ obi roe dependi s.d connexionis sem respus tralis ad creaturas poles tamqm̃ su summe ꝑfectiuum qd ex n.ra rei het connexm cum trō ꝑfectibili. neq; in potē aliqd absolute ꝯ deactiuum et ꝑfectiuum nisi absolute sit poles alia ꝑducibi et ꝑfectibi qd respiciat vt ipsum pendeat a ꝑfectiuo. et talis r.º summe ꝑfectiui potius ex parte dei arguit summam ꝑfectm quae sibi suffi tissimus et ꝑfectiuus ex sꝑtrali, q.a n̄ respicit illas vt aliqd ab illis in ipso recipiat s.d vt ꝑfectissimā absolute illos s.d actiua et ꝑfectiua sit et si n̄ ꝯ imꝑfectio potestatis Regis qd absolute exigat alios sibi subditos.

Deniq; ad illam ꝯditionalem si creata esset impolis nil ominus deus pōt ueret eque ꝑfectus in seipso n̄ id reg.do sequellam s.d potius magis aliud dei et consequent n̄ esset deus cum n̄ esset ꝑfectiuus. nam ex illa impoli

qd creatura n̄ esset polis sequeret aliud impole qd
deus n̄ esset absolute perfectiuus ullius rei extrasecae
qimde tolleret a deo intrica ratio absolute perfectiui
unde S. 1a pte tr. 3. lib. 9. c. 4. no 20 ait: si creta
n̄ esset polis deus n̄ esset ita perfectus qa si tolleret
plitas creaturae tolleret a deo positiua perfectio om
poss ya. et Salas 1a 2ae t. 1. tr. 2. disp. 4. sect. 4. no
43. si inquit nihil creari posset aliter se deus heret
in se qa n̄ esset intrice potens creare ya. idemque
continet in coiori doct. 1. pte q. 14. a. 5. et pluribus locis
ibi citatis quos speciatim referunt autores sup.a adducti
§ quare ya. ut autem id habeat vim attendi debet magis
quo ibi dicitur m̄ rocem intricam qua deus in se ē ab
solute perfectiuus aliarum rerum hēre connexionem
cum absoluta possibilitate creaturarum qm̄ exrā
rei exigit quasi tum pfectibilem.
2o arguitur si ex ui visionis dei cognosceret a beato ali
qua creatura sequeret inde ab illo debere naturaliter cog
nosci omnes creaturas poles sed hoc cons ē falsum
ut constat ex coi doct cum d. th. 1. p. q. 12. a. 3. ergo
et ē falsum. sequella prbr. qa diuina essia ex se ē aeque
repraesentatiua omnium creaturarum polium. ergo n̄ ē ma
ratio quare a beato ex ui visionis diuinae essiae cognoscant
potius aliquae creaturae qm̄ aliae, ac si inde si aliquas cog
noscunt debent naturaliter cognosci omnes.
Rs neg. 2o sequellam et ad illius pbatm dm̄ ē qmbus
diuina essia ex se sit aeque repraesentatiua omnium cre
aturarum polium, tn̄ pa exigentiam diuersorum beatorum
quibus infunduntur diuersa lumina gloriae inequalis
perfectionis in indiuidualis aplicat et detrat se ipsos
ad diuersas visiones inequalis et perfectionis in indi

viduali, ratione cuius magis aut minus penetrando
eandem divinam essentiam quasi obiectum primarium et formale
simul etiam ratione illius cognoscunt plures aut pau
ciores creaturas possibiles, ut ex doct. D. Thomae 1ª p. q. 12
a. 7. et 8. et aliorum ibi et pluribus locis exponunt
S. 1. p. lib. 1º lib. 2. c. 26 nº 10 et 19. 20 et 21.
et Salas. 1. 2. t.º 1. lib. 2. disp. 4. sect. 5. nº 51.
quo autem modo sint visiones beatae et inaequalitas
perfectionis individualis exponendum ex his quae dixi
mus supra in hac disp. c. 2. ad 2. neque oportet distin
guere unam potentiam aut gratiam l. unum actum visionis
circa deum et alium circa creaturas ratione dei visi; sed
quaelibet visio beata secundum propriam perfectionem in
complexa et indivisibilis una et eadem simplici
entitate attingeret deum quasi obiectum primarium et formale crea
turas vero veluti obiectum secundarium et materiale ut explicuimus
in eodem c. 2. post 1ª propositionem in illius probatione.
pro qua amplius videri possunt S. in praedicto lib. 2.
c. 25 a. nº 46. et Egidius 1. 2. t.º 1º lib. 5. c. 17
a. 1. q. 2. nº 10 et a. 3. q. 1º. nº 3.
quia propter deum visum beati cognoscunt in illo creaturas
tamquam obiectum materiale propter formale et attingunt eo
actibus realiter diversis, nam illa dictio propter denotat
causalitatem, ad quam requirit realis distinctio actuum
hoc enim ratione in discursu, nisi inter dicimus actu eius
assentiri obiecto materiali propter formale praecognitum alio ac
tu in praemissis.
Respondeo negando consequentiam quia illa dictio propter in praesentiarum deno
tat causalitatem realem inter actus sed ordinem inter
obiecta quorum unum formale propter quod eodem simplici actu
simul attingitur aliud ut materiale sicut suo modo contin
git in actu formali fidei theologicae aut charita
tis attingentis creaturam quasi obiectum materiale propter
deum qui est obiectum formale; alia vero ratio est de discursu

nui intus et cuius propria limitate afferit quod sit
cognitio unius veritatis per aliam et post aliam ac
unde ibi 2a subam mam hic dicto propter dero
tat aliquam calitum valem sunt actus valit [illegible]
directus ut ostensum est suo loco ubi de propria
ratione discursus.

omissis praedictis doct. plerique hic disputant alias quae
quae alibi habent suum locum. quare illis omissis
nunc solum per duas breves quaestiones altingemus re
solutionem variam ad explicandam [illegible] differentiam
sententiis propositis

1a quaestio an visio beata altingat
utrumque obiectum primarium et secundarium immediate
an vero unum immediate aliud vero mediate
aliqui affirmant per illam altingi utrumque obiectum im
mediate, alii vero primarium immediate secundarium vero mediate
quod videtur dissensio in modo loquendi propter ambiguum
um horum vocum immediate et mediate aut ex parte
actus aut ex parte obiecti

quare asserendum est visionem beatam dici posse utrumque
obiectum primarium et secundarium altingere immediate ex parte actus, u
terum ex parte obiecti primarium immediate, secundarium vero mediate. explicatur
et probatur in visione beata non esse diversos actus quorum unus dicitur
versari circa suum obiectum immediate alius vero mediate ex parte
actus hoc est mediante alio actu ut contingit in discursu.
quare ad huius differentiam ex parte dici potest illam altingere utrum
que obiectum immediate ex parte actus, cum hoc autem stat quod quia per
unam et eandem simplicem entitatem visionis altingitur
obiectum primarium per se quasi formale ratione cuius altingitur etiam secundarium velu
ti materiale [illegible] circa illud dicatur altingi immediate istud vero mediate
atque in hoc sensu asserendum est id quod aliqui quos refert
et sequitur Egidius in 3 lib. 5 d 13 a. 4. asserunt cum [illegible]
sententia asserente creaturas videri in deo eadem visione
qua videtur divina essentia sequuntur [illegible] illas videri mediate

in essentia divina cognita nempe mediante illa ut obiecto formali cognito

2a q. 1a c. 2 an beati cognoscant creaturas in deo tamquam in causa aut idea seu speculo, aut in divina scientia et voluntate et aliis modis.

varie sententiae et hoc refferuntur ab autoribus infra citandis quae multis possunt exponi seu conciliari hac certe.

beati dicuntur cognoscere creaturas possibiles in deo tamquam in causa. item etiam ut in idea et speculo, et insuper etiam in divina scientia et voluntate. hec omnia ita sunt explicanda et probanda. in primis beati dicuntur cognoscere creaturas possibiles in deo tamquam in causa effectiva eminenter eas continente, nam cognoscendo clare divinam essentiam cognoscunt illam habere vim perfectissimam ad producendas creaturas et quo magis aut minus perfecte penetrant talem vim eo plures aut pauciores creaturas possibiles in illa cognoscunt ut exponit d. th. 1a p. q. 12 a. 8 et aliis locis exponunt autores quos refferunt et sequuntur J. cibi. lib. 1o lib. 2 c. 25. no 20. egidius. 1 2q. to. 1. lib 5. q. 18. a. 5. no 2. et salas ibidem tr. 1. disp. 4. sec. 4. no. 45. § ceterum idque exponendum est pro supra dicta in hac c. 3. que. 2a et in praesenti disputatione 3. ad 1m et 2.

praeterea beati dicuntur etiam cognoscere creaturas in deo tamquam in idea nam ipsa divina essentia prout contemplatur a creaturis suo modo imitabile et participabile dicitur idea obiectiva, scientia vero practica qua deus habet de creaturis dicitur idea formalis ad distinctionem ideae obiectivae et utroque modo a diversis beatis magis aut minus perfecte cognita est illis ratio cognoscendi plures aut pauciores creaturas possibiles ut colligitur ex d. th. 1. p. q. 15. a. 1. et 2 et de veritate q. 2. a. 4. ad 2. et aliis quos refferunt et sequitur egidius in praesenti dicta q. 18. a. 5. § 2 et 3.

ad praedictos modos de re reducuntur alii qui in

dicari solent alijs varijs loqutionibus, nempe dici solet creaturas cognosci a beatis in ratione q. in[?] divinæ sapientiæ quæ sunt in mente divina qui modus loquendi desumitur ex D. Aug. 4.° s. lib. 9 de civitate dei c. 22 et D. Th. 1. p. q. 84 a. 5 corpore ad medium et alijs quos citat Egidius in prædicta a. 5 § 3 n.° 3. diciturque solet illas cognosci in arte dei ut etiam ex D. Aug. exponit. S. 1. p. tt. 1 lib. 2 c. 25 n.° 29.

insuper dici solet creaturas cognosci a beatis in verbo divino ubi dere verbum divinum non sumitur stricte pro filio dei sed modo loquendi accommodato ex quo verbum procedat per cognitionem solerent specialiter illi tribui opera cognitionis. hæc etiam cognitio rerum in verbo divino dici solet cognitio matutina ad differentiam alterius cognitionis qua res extra divinum essentiam cognitas dici solent cognosci cognitione vespertina rerum in seipsis seu in suo proprio genere ut ex D. Aug. docent D. Th. et alij 1. p. q. 58 a. 7.

ulterius dici solet creaturas cognosci in divina essentia tamquam in speculo ut etiam notant D. Th. et alij 1. p. q. 12 a. 9 in 2° et hic modus loquendi desumptus ex S. P. hil. q. 3 in dialogo Senorensi cuius verba retulimus supra in hoc c. 3. post centrum in 1.° puncto. nimirum divina essentia quæ est medium quo visso beati cognoscunt creaturas per rationes prædictas dicitur speculum suo modo accommodata metafora nam ut ait D. Th. de veritate q. 12 a. 2 corpore speculum proprie loquendo non invenitur nisi in rebus materialibus sed in spiritalibus per quandam transumptionem dicitur per similitudinem acceptam a speculo materiali. unde vide S. 1. p. tt. 1 lib. 2 c. 29 n.° 44. Egidius 4. 1 lib. 9 q. 18 a. 9 n.° 33 notant divinam essentiam dici speculum metaphisicum.

denique id quod dici solet creaturas cognosci etiam a beatis in divina voluntate, ita exponendum ut ea ratione qua beati cognoscunt actum quo divina voluntas ratio placet de creatis possibilibus, cognoscant etiam creatas possibiles, non quidem omnes in particulari, sed eas quas postullat perfectio visionis secundum suum gradum. et similiter sus modus dicendi de creaturis existentibus quas beati dicantur cog

noscere in divina voluntate, ca[usa] r[ati]o q[ui]a cognoscunt actum liberum quo decrevit producere creaturas
4 dist[ingui]tur : cons[equen]s : [pro]b[atur] q[uo]d saltem nulla creatura possit cognosci in sui natura a[b] beatis visionis dei.
et sic obiicit: cog[nitio] intuitiva est representatio rei existentis in mente in se ipsa per propriam illius speciem: sed beati a[b] visionis dei non cognoscunt creaturas in se ipsis in mediate immediate per proprias earum species sed in essentia divina gerente vicem speciei ergo saltem a[b] visionis dei non cognoscunt ullam creaturam intuitive sed solum abstractive. minor est cons[tat] constans maior vero probatur q[ui]a per illud cognitio intuitiva intelligitur distincta ab abstractiva v.g. nam r[ati]o q[uo]d ignem existentem videmus in se ipso immediate per propriam illius speciem dicimur cognoscere illum intuitive, et vero q[uan]do illius existentiam colligimus ex aliare v.g. ex fumo visso dicimur illum cognoscere abstractive. idemque inductione ostenditur in alijs cognitionibus quas concedunt esse abstractivas q[ui]a representant rem non in se ipsa sed in aliquo alio obiecto cognito.
R[espondeo] neg[an]do maiorem. si vellit intelligi de quacumque cogn[itione] intuitiva non est. est de illius r[ati]o ut sit representatio rei in se ipsa in mente taliter ut nullo modo cognoscat mediante alia re cognita, neg[at]o cons[equentiam] et de illius r[ati]o ut sit per propriam speciem rei visse q[uan]do dat[ur] alia res quae possit gerere vicem proprius speciei ita ut non minus illam in se ipsa representet quam propria illius species. nam in creata cogn[itio]ne qua deus cognoscit creaturas aliquando existentes est vere cog[nitio] intuitiva seu scientia visionis ut dicent. d. th[omas] et alij ca[pitulo] p[rim]a q. 14. a. 9 corp[ore], et tamen non representat illas in mente in se ipsis per proprias earum species creatas sed mediante divina essentia ut obiecto gerente eius vicem speciei representantis illas prout sunt in se ipsis.
dices: videntur inter se pugnare dicta d. th[omae] in illa q. 14 nam ibi a. 5. corp[ore] ad. f. sic ait: deus se ipsum videt

in se ipso, quia videt se per essentiam suam, alia autem a se videt non in se ipsis sed in se ipso inquantum essentia sua continet similitudinem aliorum. at postea a. 13 corpore ad medium sic dicit: deus cognoscit futura contingentia prout unumquodque eorum est actu in seipso q. 14 a.

Respondeo hic loqui meum quo aliquid dicitur cognosci in se ipso habet duplicem sensum. prior ille quem d. th. in illa q. 14 a. 5 corpore paulo ante explicat dicens: in se ipso cognoscit aliquid quod cognoscit per speciem propriam adaequatam ipsi cognoscibili sicut cum oculus videt hominem per speciem hominis etc. in hoc autem sensu intelligi id quod ipse d. th. in prioribus verbis obiectionis supra positis dicit: deum alia a se videre non in se ipsis sed in seipso ut idem met ibi exponit. alter sensus quo aliquid dicitur cognosci in se ipso hoc est propria cognitione terminata ad ipsum prout est in se nempe secundum essentiam et existentiam quam habet ut existit in se, quibus simul etiam cognoscat aliquid unum omnem habens vim manifestandi illam non minus quam si esset propria illius species atque in hoc sensu locum habet id quod etiam ipse d. th. in posterioribus verbis adductis dicit: deum cognoscere futura contingentia etiam prout unumquodque eorum est actu in seipso ut constat ex illius met doct. ibi.

Sic igitur sine modo beati videntes divinam essentiam per illam gerentem vicem speciei quae potest repraesentare creaturas secundum propriam earum essentiam et existentiam cognoscunt etiam in ratione eas creaturas existentes quae pertinent ad suum statum. ex hoc d. th. 1 p. q. 12 a. 9 corpore et ad 1m dicit: videntes deum simul etiam per ipsam essentiam divinam videre alias res quia illarum similitudines praeexistunt in deo, hoc est quia deus eminenter continet proprias illarum species intelligibiles ac proinde potest efficere in beatis illarum cognitionem etiam intuitivam perfectiori modo quam efficerent

per speciem earum species intelligibiles.
ad illud vero quod in probatione maioris primae partis initio huius q.
dicitur cognitionem intuitivam distingui ab abstractiva
per hoc quod illa sit repraesentativa rei existentis in mente
intrinsece per propriam ipsius speciem. Dicendum quod id quod [illegible]
[illegible] communicat aliquibus cognitionibus intuitivis per
speciales earum rationes non vero rationi communi cognitionis intuitivae ut manifestum
est de cognitione intuitiva quam deus habet de creaturis existentibus
ex postremo sunt.
quare si in communi loquamur cognitio intuitiva saltem
respectu obiecti materialis seu connotati distinguitur ab abstractiva
(cum non communis ratio notionis intuitivae et abstractivae sit esse di-
versitatem specificam aut realem aliquam sed in eadem reali
actione respectu diversi obiecti materialis reperiri potest ut statim dicetur)
sufficienter distinguitur per hoc quod cognitio dicitur intuitiva quatenus
est repraesentatio rei existentis prout existit, taliter ut non so-
lum ad existentiam rei utcumque sed etiam aliquo modo ab illa dicitur
saltem tamquam ab obiecto seu materiali. condicione obiectiva
quantum satis est ut vere sit dicere per notam intuitivam re-
praesentari rem aliquid existentem non ut aiunt argumentative
per connexionem in esse rei cum alio obiecto ut quod existere dici-
mus existentiam esse illi connexam aut extra sed quia ipsa res ipse
ipsa existit in ea differentia temporis pro qua repraesentatur. idemque
servata proportione dicendum est de cognitione intuitiva qua suo
modo dicitur videri non existentia rei seu negatio
hac ratione etiam denotari intuitiva quam deus habet de creaturis aliquando
existentibus vera est haec causalis dicendo [illegible] de aeternitate [illegible]
seu materialis conditionis obiectivae, ideo deus cognoscit intuitive has
res aliquando existentes quia in se ipsis aliquando existunt, quod etiam verum
est de cognitione qua beati videndo deum cognoscunt etiam in-
tuitive eas creaturas existentes; quae ad suum statum pertinent
neque vero cognitioni intuitivae respectu obiecti primarii et materialis obstat
quod sit etiam intuitiva alterius obiecti primarii et formalis, quo mediante
non sit aiunt argumentative per connexionem in esse rei de ratione talis
cognoscibilitatis, dicatur cognosci ipsum obiectum secundarium et materiale
per formale. unde deus et beati dicuntur mediante essentia divina

-intueri creatas aliqdo existentes, nq^a in eâ rei essa diu^a
habeat connexion cum actuali existia creatarum, ita petat
illas actu existere, pd q^a in roê talis cognoscibilitatis beati
n poss. videre creaturas nisi visa essa diu^a quasi obo frali sicut
sicut nô in roê visibilitatis corporeae, qmbis lumen n ha
beat in eâ rei connexionem cum existia coloris, n pôt cognosci co
lor ex nâm rei, nisi sub eo videat lumen qd aliquo
mô dicit obm frale. insuper v^o in diu^a essa ex eo qd emi
nenter contineat spes intelligibiles omnium creaturarum
et spalis ratio obiecti efficere poss cognitam intuitiuam cre
aturarum aliqdo existium perfectiori mô qm efficerent
per spes illarum spes intentionales ut sua ex positum et
§ sci igitur.
ex predicta doct solvendae sunt plures obiectiones quae opponi so
lent ex aliis coibus dictis quibus asserere solet n cenno
tam intuitiuam qdo lx sit rei existis et repraesentatio rei
n in se ipsa pd in alio seu mediante alio, seu in câ, ya
nam hec omnia intelligunt qdo et repraesentatio rei
existis cognitis mediante alio obo ex quo ut aiunt arguitiue
pt connexionem in eâ rei colligitur existia. secus v^o qdo cogno
rei existentis pd ut existis n so ut cum qs trata ad existiam
rei pd aliquo modo trata ab illa saltem ut ab obo rio et ma
teriali seu conditione obiua, qmbis sit mediante alio
ut obo frali rio sub cognito roê talis cognoscibilitatis
id postullantis. ut etiam constat in nôta intuitiua quam
deus het de creaturis aliqdo existibus ut explicatum est supra.
quare caute notandus est predictus mus explicandi
roem nota intuitiue de quo etiam plenius diximus in mâ
de incarnoê disp 24. c. 5. ad 1^m. nam ex illo satisfit diffi
cultatibus cômuni quo beati dicunt in deo cognoscere
intuitiue creaturas aliqdo existentes ad suum statum
pertinentes, neq. alit^o videt satisfieri ex eo solum
qd multi 1^a p. q. 12 a. 9. asserunt illas videri in vir
tute seu voluntate diu^a potente illas pducere aut pdu
cente ut signat S. ibi. lit. 1° lib. 2. c. 27. a. no 12 vsq
ad 15. cauenda autem est equiuocatio qua ha verbum vi
dere seu visionis latius sumptum ut denotat cognitam

vt cum q̄d solet ab aliq̄s referri ad creatas cognitas vt
polles cum respu illarum n̄ sit ꝓprie visio que e nota
intuitiva seu ssia visionis ꝯdista ab abstr̄ae tiua vt
constat ex sup.ª dictis

Caput. 4. an quilibet beatus videns deum videat etiā n̄ario omnes tres divinas personas et omnia divina atributa, et an de poa absoluta ꝓssit vnum sine alio videri

1.ª conclusio quilibet beatus videns deum videt etiā n̄ario et ꝯdi lege et poa ordinaria omnes tres divinas personas et divinam essam cum omnibus illius ꝓprijs attributis quasi specificis. hec ꝯclusio continet duas ptes cum diuerso grū certitudinis m̄ explicando. / prior pars q̄d defacto quilibet beatus videns deum videat etiā omnes tres diuī ꝑsonas traditur vt certa ꝯ fidem, vt notent. S. 1. p. q. 12. lib. 2. c. 23. nō. 10. egidius lib. 2. t. 1. lib. 5. de visione dig. essē. c. 14. a. 1. nō. 1. et alij infra citandi. pbr. 1.º ex cogn. in conal florentino sub eugenio. 4. Cheti. t. 4. ? aliosq̄ ad similiteris vnionis sic dicit. beati intuentur clare ipsum deum trinum et vnum sicuti e.

2.º id colligi ex locis ssae qb beati dicunt videre deum facie ad faciem sicuti e. hec autem loca retulimus c. preced.ᵗⁱ: ue. 1.ª 3. pbr. 4 ss.P.P. idasserentibus ex illa loca et plura alia que remittimus in ueniendo ex indice suo operum, et specialim aliqua referunt S. et egidius vbi sup.ª et salas 1.ª q. 1.º 2. q. 2. disp. 4. se. 3. nō 23.
4 pbr in patria succedit clara visio loco fidei obscure precedentis in via ex.ª illud. 1. ad Corint. 13. nō 12. videmus nunc per speculum et in enigmate tunc autem facie ad faciem. ergo beati visuri sunt deum n̄ solo vt vnum sed etiā vt trinum, hoc e omnes tres divinas personas q̄d veluti precipuum misterium fidei in via crediderunt.
5. pbr intellectualis cogᵒ quiditativa et intuitiva clare

et distincte repraesentans esse substantiale subsistens sicuti est
in se debet repraesentare intuitive totam illius subsi-
stentiam et personalitatem ut intelligitur ex ipsis terminis alio-
qui non esset cognitio quidditativa et intuitiva repraesentans
clare et distincte ipsum esse substantiale subsistens sicuti est in se
ut supponitur. Sed visio beata est intellectualis cognitio qui-
dditativa et intuitiva clare et distincte repraesentans divi-
num esse substantiale subsistens sicuti est in se, nempe deum
sicut est in se ipso ut constat ex communi doctrina patrum testimonia 1. 2. et
3. probatis. Ergo debet repraesentare intuitive totam
subsistentiam et personalitatem divinam ac pro-
inde omnes tres divinas personas.
Confirmatur: ad visionem beatam concurrit divina essentia loco speciei
intelligibilis et lumen gloriae elevans intellectum creatum
supra efficaciam et proportionem ipsius luminis gloriae. Sed haec principia
cum sint praestantissima ordinis supernaturalis habent ex natura sua
proportionatam vim ad efficiendam claram visionem dei
sicuti re ipsa est subsistens in tribus divinis personis
id enim intelligitur esse consentaneum illorum perfectioni
et quod de facto ad id applicentur convenit statui bea-
tifico supra textu [?] adducta. neque aliunde quidquam obstat
Ergo etc.
Hinc colligitur quod quidquid sit de potentia absoluta an per aliam
visionem aliter fieri possit, tamen de facto per visionem beatam in
quolibet beato ex natura sua seclusis miraculis necessario repre-
sentari intuitive omnes tres divinas personas. Ut notant
S. Suarez in principio huius citatus in illo c. 10 no. 11.
et Aegidius in ea q. 14. a. 2. no. 2. et alii quos ibi refert
itaque satis probat praedicta ratio et illius confirmatio. Ad id
autem afferri solet illud Joan. 14 no. 9. Philippe qui videt
me videt et Patrem meum. quae verba tametsi habeant
etiam alias expositiones tamen admittunt hunc sensum de con-
nexione personae patris et filii ac proinde etiam spectati
in ratione visibilis ita ut visio beata suo connaturali.

ordine repraesentans unam personam scilicet repre
sentet alias, quia expresse non signat. D. Chrysost. homilia
73. in Joan. D. Hilar. lib. 7. de Trinit. versus f. D. Greg.
Nazian. orat. 49. quae est de fide. D. August. tract. in expos.
psalmi 85. circa illa verba respice in me et miserere mei
et alii PP. et expositores in illud Joan. 14 no. 9.

circa 2m vero partem eius propositionis an quilibet beatus videat
omnia attributa dei videtur esse dissensio apud autores nam
partem negativam tenere videntur Ocam Gabriel Ferrara
D. Antoni Yanes et alii quos referunt et impugnant
S. 1. p. lib. 1. lib. 2. c. 22. no. 2. Egidius tom. 1. lib. 3.
de visione divinae essentiae c. 11. a. 2. no. 2, Salas ibidem
tr. 2. disp. 4. sec. 2. no. 7. et alii.

quod in hac re videtur apud multos ambiguitas in modo loquendi
propter varias acceptiones nominis divini attributi in praelatos.
notandum igitur quod divinum attributum solere sumi
uno modo late pro quolibet praedicato dei etiam pro habitu
dinem et respectum ad omnes creaturas in particulari
et quoniam beati non vident omnia praedicata dei
praesertim habitudinem et respectum ad omnes creaturas in
particulari hunc sensum videntur dere contendere
multi ex autoribus quod tribuit sententia negans quemlibet
beatum videre omnia attributa dei atque hoc dere
quibus aliis variis modis loquendi observant etiam S.
citatus in illo c. 22 no. 2. et Salas in ea sec. 2. no.
10 et alii

alio modo nomen divini attributi sumitur stricte et proprie pro modo
modo intelligendi formaliter distinctum a divina essentia et personali
tate et explicite importat aliquam absolutam perfectionem dei sum
mum perfectionalis quasi formalis et specifice in qualibet linea
v.g. in hoc sensu dicitur primum unum formalem aliud esse in deo
attributum dicitur bonitatis, aliud immensitatis, aliud
omnipotentiae etc. ratione ut explicite quaedam in una et eadem linea
formali aliqui attributi consistunt respectu diversos terminos
v.g. ratio proprie creationis dicitur pro tota substantia Angelorum
et hominum et leonum etc. quae numerant quasi

diversa attributa spreciso computant sub uno frali attributo illius lineae quasi individuales et males roes illam integrantes.

Ja hunc 3 sensum consultoriza pte coes diximus quodlibet videri divinam essentiam cum omnibus illius propriis attributis quasi speciis, et hac ratione conclusionem illam quae certam ita ut negari nequeat sine temeritate et periculo notant Salas in sua dicta disput. sec. 2. no 10 ad f. et alii.

Pbr. 1o ex coi doct. asserente omnes beatos de facto videre in deo omnia quae naria sunt in illo fralit. ad n. cait docent autores ut D. Bona, Scotus, Ricar, Durand, Capre et alii quos sigillatim refert Egidius 1a p. 1o lib. 5. de visione divina cap. 2. § 3. a no 12 specialiter vero ex D. Th. colligit in illis locis quibus docet a beatis videri totam divinam essentiam et quod quod in illa est omnem illius nam nempe quoad narias roes frales quasi speficas ut signat illius 3 textus et sunt a. 1a p. q. 12 a. 7. ad. 2. et 3. 3a gent. c. 56. ad f. et de veritate q. 8. a. 2. ad. 1m et. 2. et q. 20 a. s. corpe. et 4. sententiarum. d. 49. q. 2. a. 3. ad. 3. et alibi.

Quibus autem illud coe dictum quod beati videant in deo omnia quae nario sunt in illo fralit apud diversos autores habeat varios sensus quos refert Egidius in praecitata q. 11. a. 2. § 4. no 15. ex coi tamen doct. admittendus hic sensus quod beati etsi non videant omnia quae sunt in deo eminent. hac omnes creaturas possibiles nec etiam videant omnia quae sunt in illo fralit. libera hoc est omnia decreta libera divinae voluntatis, neque omnes habitudines seu respectus quasi males cuiuslibet attributi ad quoscumque terminos in particulari tamen debent experire omnia quae sunt nario intrinseco fralit quoad roes frales quasi speficas, ac proinde non solum divinam essentiam et omnes tres divinas personas sed etiam omnia attributa quoad suas roes frales quasi speficas quod requirit ad

et satis ad fulciendam hanc veritatem testimonia sanctorum et conciliorum ac PP. asserentium ab omnibus beatis videri deum clare sicuti est, ipse ad quam tamen visionem cum non sit comprehensio dei non requiritur neque est possibile ut videat adaequate omnia attributa et omnes individuales seu reales rationes applicatas in ordine ad quascumque res possibiles in particulari.

Quod in assignanda ratione praedictae doctrinae est difficultas magna varietas apud autores, multi exibent hanc rationem divina attributa esse idem realiter cum divina essentia et inter se quare re ipsa est una simplicissima entitas, ergo beati videntes divinam essentiam videntes omnia attributa. alii vero hoc addunt divina attributa non solum esse idem realiter cum divina essentia et inter se sed etiam formaliter implicite esse essentialiter inclusa in illa et inter se. ita ya.

Verum haec ratio ita proposita nisi aliquid aliud addatur non videtur satisfacere nam ex eo solo quod aliqua sint idem realiter atque sint formaliter implicite essentialiter inclusa non necessario sequitur visa una ratione videri etiam expresse alias formaliter in se v.g. oculus corporeus videt colorem et tamen non videt expresse rationem communem accidentis neque qualitatis neque talem ordinem realem ad subiectum nec rationem talis propinquae realis et dissipativae et alias rationes quae sunt idem realiter et inclusae in colore.

Quod si aliquis respondeat has omnes rationes non contineri intra obiectum visus corporei. sane licet id sit verum adhuc tamen videtur ex sola reali identitate aut etiam essentiali inclusione aliquarum rerum non necessario sequi quod visa una ratione debeant etiam necessario videri aliae et ex eo quod asseratur unam posse contineri intra obiectum alicuius potentiae non vero alias non ostenditur cur dici nequeat respectu potentiae intra cuius obiectum continentur fieri posse ut una expresse videatur per aliquem actum quibus aliae expresse non videantur.

Praeterea intellectus angelicus separatus visione intellectuali videt naturam animae et tamen non videt adaequate illius rationem in ordine ad omnes formas in particulari quas potest recipere aut per potentiam simpliciter realem aut obedientialem videt

et facultatem nri intus, et tn̄ n̄ virtual. expresse totam illius rōem respu omnium obtorum in particulari, q. possunt ab illo intelligi: item quibus ratio diuinæ omnipotentiæ vt ē productiua aliquarum creaturarum v.g. Angelorum et hominum sit eadem realiter in actu et formaliter implicite includit in rōe eiusdem omnipotentiæ productiuæ aliarum rerum n̄ p̄pterea qui libet beatus videns expresse vnam harum rerum videt etiā expresse alias vnde. n̄ igit̄ ex sola identitate reali aut etiā formali in inclusione sufficienter probr̄ predicta doctrina.

aliter ē assignanda ratio predictæ doctrinæ ex p̄pria perfectione vissionis beatæ. et ex. rō com. consensum colligit̄ ex testimonijs SSS̄ patrum et D.D. nam ex illis colligit̄ vissionem beatam ēē talem vt per illam quilibet beatus perfecte clare et distincte videat deum sicuti ē in se vt constat ex dictis sup.ª c. 3. et 4.ª et in hac c. 4. post init.ᵐ in priori illius pte inde aut n̄ sequitur per illam videri expresse diuinam essentiam et omnes tres personas diuinas et omnia attributa quoad rōes formales quasi specificas q.ª id intelligi requiri vt beati dicantur perfecte clare et distincte videre deum sicuti est in se, neq. n. id p̄pria intelligeretur locum habere si beatus n̄ videret expresse diuinam omnipotentiam aut sapientiam aut immensitatem aut aliquod aliud ex diuinis attributis rōem formalem rōem quasi specificam; aliud vero ē de rōnibus quasi indiuidualibus integrantibus rōem explicitum respectum ad obiectos in particulari, nam cum vissio beata n̄ sit comprehensiua dei n̄ requirit expressam vissionem harum omnium rōnum indiuidualium in particulari neq. carentia vissionis illarum derogat perfectioni vissionis quantum satis ē vt per illam dicatur videri deus perfecte clare et distincte quoad omnia que necessaria sunt in illo formaliter rōem rōes formales quasi specificas vt expositum ē sup.ª

Confirmatur q.ª alias quilibet beatus videt omnia diuina attributa rōem rōes formales quasi specificas. et si

hemas intimtum- aut nullum videt attributum et
hoc non pot dici; nam hoc facto beatus vere et proprie
diceret videre deum perfecte clare et distincte prout in se
sicut videret illum cum omnipotentia summe bonum
aut denique solum videt unum vel aliqua attributa
et neque hoc dici pot, tum propter rationem primo dictam,
tum etiam quia ad videndum deum clare et distincte prout in se
nulla maior ratio assignatur de uno aut de aliquibus
quam de omnibus attributis in rationes formales quasi spe
cificas. -
Confirmatur et declaratur quia quod aliqua cognitio sit in
potentia magis aut minus perfecta provenit ex specie
intentionali propter rationem suam detrahentem potentiam cognosci
tivam ad efficiendam cognitionem rei sicuti est in se. et enim
cum pot cognoscitiva ex se sit indifferens debet aliunde
detrahi nempe a specie representativa. Sed divina essentia
habeat vim perfectissime speciei intelligibilis concurrentis
ad visionem qua beati dicuntur videre deum perfecte et clare
sicuti est in se consonum illi est ut determinetur beati
ad representandum intuitive omnia quae sunt ratio
formaliter in deo quoad rationes formales quasi specificas, quarum
visio intelligitur esse sufficiens et requisita ut deus dicatur
videri perfecte clare et distincte sicuti est in se, quibus non
videantur expresse omnes rationes quasi individuales for
males in ordine ad quaecumque creabilia in particulari,
quia id potius pertinet ad comprehensionem, neque est ratio
requisitum ad rationem visionis ut amplius exponetur
ex dicendis.
Dist. 2a Superest an de potentia absoluta possit
videri divina essentia sine atributis, et nullum attri
butum sine alio, item essentia sine personis
hoc comuniter ab autoribus disputari solet. i. p. q. 12 a. 4.
et alibi ab aliquibus tractatis in praesenti continet autem varias
difficultates ratione diversas comparationes quae fieri possint di

ex liquioribus qui explicari solent pro sententia pro relata videntur loqui in priori sensu ut ostendi pot ex eorum doct. assumptis quae nihil aliud probant.
hoc specialiter signat gabriel. 1° sententiarum d. 1a. q. 5. a. 1° ubi notat opiniones quae in hac re videntur diversae posse conciliari distinguendo iuxta regulas dialecticas diversum modum quo in propositione supponunt termini facta appellatione aut sub ratione formali, aut sub ratione materiali ita ut sit dici solet alium esse sensum in hac propositione venientem cognosco, alium vero in ista cognosco venientem. pro ut diversimode fit appellatio sub ratione venientem, aut pro materiali hoc est eo qui est veniens, aut pro formali in quantum est veniens. sic suo modo alius sensus sit in hac propositione divinam essentiam et personam intelligo, alius vero in ista intelligo divinam essentiam et personas. et iuxta hanc d. ibi. a. 2. proponit duas conclusiones. 1a est impossibile essentia frui et non personis fruitione. 2a pot quis frui essentia et non frui persona. quas propositiones explicat ut in priori fiat sensus materialis seu realis quia qui fruitur essentia non pot non frui re quae est persona. at in posteriori fiat sensus formalis denotans fieri posse ut aliquis fruatur essentia quin fruatur persona in propriam rationem formalem personae sit inquit si quis habeat absolutum essentiae et non conceptum relativum proprium personae. —
2° notandum est. sumpta est propositione in sensu formali cum dicit impossibile esse videri divinam essentiam sine attributis et personis adhuc in hoc apud multos esse ambiguitatem propter varios modos quibus sumi pot visio divinarum rerum nam cum aliud sit loqui de visione quae habeat perfectam rationem beatitudinis formalis clare et distincte intuentis deum prout est in se, aliud vero loqui de aliqua alia visione imperfectiori cui id non conveniat. aliqui absolute asserentes illam propositionem videntur loqui de visione sumpta priori modo; alii vero illam negantes videntur agere de visione

posteriori modo, idque colligi aut ex adiunctis, aut ex aliquibus limitationibus, aut ex eorum sententiis id dere contendentibus.

peculiariter autem S. 1a p. lib. 2. c. 22. no. 6. asserens videntes deum videre omnia attributa et omnem essentiam perfectionem formaliter in ipso existentem, neque aliter fieri posse etiam de potentia absoluta addit hanc limitationem supposita clara dei visione quod ut in se, et sane non alio modo nisi de tali visione videtur hunc locum id quod subdit hanc esse communem sententiam theologorum cum D. Th. 1. p. q. 12. a. 7. ad 2. unde etiam de visione eodem predicto modo sumpta intelligi potest id quod postea c. 27. no. 27. dicit fieri non posse etiam per potentiam absolutam ut videat clare et intuitive divina essentia non visis divinis relationibus. et tandem id quod ibi nono paulo antea dicit summam totius rationis esse quia non potest fieri visio clara et intuitiva dei quin natura sua representet totum deum trinum et unum et ipsis verbis non videtur preseferre vim nisi de visione sumpta priori modo predicto pro tali visione, quae clare et distincte intueatur deum prout est in se, quare ut tollatur ambiguitas videtur res esse explicanda per sequentem conclusionem.

3a conclusio visio habens rationem formalis beatitudinis clare et distincte intuentis deum prout est in se non potest etiam de potentia absoluta dari quin per illam formaliter et expresse videantur divina essentia et omnes tres personae divinae et omnia attributa, immo rationes formales quasi specificas. probabile tamen videtur non repugnare aliam visionem minus perfectiorem per quam videatur divina essentia non visis expresse et formaliter personis neque attributis.

prior pars dere videtur omnino non solum apud auctores supra relatos in 1a sententia sed etiam apud alios 2ae sententiae. nam illi non negant hanc priorem partem huius conclusionis. sed autem non explicat et probat eo ipso quod esset aliqua visio per quam non viderent formaliter et expresse omnes rationes formales quasi specificas a parte rei existentes

formalit. in deo illa non intelligeret habere rationem formalem beatitudinis intuentis deum clare et distincte prout in se siquidem ut supponit aliquas rationes formalis quasi spesies nario pertinentibus ad deum posset in ferni viderent expresse et formalit. quod sit contentiuum aut malit. et identice entitatiue. Quod neque de potentia absoluta dari pot visio quae habeat rationem formalem beatitudinis clare et distincte intuentis deum prout in se quin per illam formalit. et expresse videant. diu.a essentia et omnes tres personae diuinae et omnia attributa cum rationes formales quasi spesicas.

posterior vero pars quod de potentia absoluta sit possibilis aliqua visio imperfectior, qua videat. diu.a essentia non visis formalit. et expresse diuinis attributis neque personis continet. absolute in dictis autoribus quos supra retulimus in 2.a sententia neque contra autores 1. sententiae negant illam esse probabilem, immo etiam ex iis qui citari solent pro 1.a sententia asserente non posse videri diu.m essentiam sine attributis et personis multi ut ex eorum doctrina exposi- tumest supra notabili 1.o etc. loquunt. in sensu formali aut formaliquod denotent et sensum formalem accipiunt de visione quae habeat rationem perfectae beatitudinis clare et distincte repraesentantis deum sicuti in se, unde non sequit. eos negare quod sit possibilis alia visio imperfectior cui idem conueniat quod videat scilicet diu.m essentiam non visis expresse et formalit. attributis neque personis ut exponunt Salas supra relatus in 2.a sententia et egidius citatus in 1.

probatur 1.o quia in hoc non affert aliqua firma ratio repugnantiae nam omnes rationes quae afferunt apte soluunt. immo etiam retorquent ut ostendit ex dicendis quod non apparet negetur esse probabile illud fieri posse de potentia absoluta.

2º id ita explicatur et probatur quia non obstat ratio quae a pleris[que] afferri solet quod tali identitate divinae essentiae cum attributis et personis. nam non repugnat videri obiectum aliqua visione imperfecta non adaequata quae expresse et formaliter non terminatur ad aliquam illius rationem existentem sed ut existentem non vero omnes rationes cum illa identificatas aut etiam formaliter inclusas ut ostendimus supra in hoc c. post initium ...

aliis sequentibus ibi. Quod autem plenius probatur quod his quae statim subiiciuntur

neque etiam obstat alia ratio quam alii assignant ex simplicitate divi huius modi. quod videtur res quae omnino simplex huius modi est deus non potest videri secundum se totam, quia eo ipso quod sit omnino simplex non habet partes ita ut videri possit secundum unam partem non vero secundum aliam ergo. haec inquam ratio non obstat quia licet quod videtur res quae omnino simplex non possit non videri secundum se totam ut aiunt entitative, hoc est non potest non videri tota illa entitas cum non habeat partes entitativas, quas una posset videri sine alia, in quo sensu ab omnibus traditur visa essentia di non posse non[?] formaliter videri rem quae est attributum et persona ut exposuimus supra in hoc c. ante initium notabili 1º. non tamen necesse est illam formaliter et expresse videri totam ut aiunt totaliter et adaequate secundum omnem illius habitudinem formalem.

Confirmatur quia sancti theologi et alii .1. p. e. q. 12 a. 7. ad 2. et 3. dicunt de facto a beatis videri totum deum non tamen totaliter quia non videtur expresse ordo ad omnes effectus possibiles in particulari ut exposui doct. explicuimus superius in hac disp. c. 3. differ. § hoc autem ergo. et hac ratione ab omnibus traditur deum omnipotentem et sciam non obstante eius summa simplicitate ita videri a beatis ut expresse conspiciatur secundum ordinem ad aliquos tres non vero secundum ordinem ad alios quia talis visio non est omnino perfecta et adaequata huius modi sicut sola illa quae est comprehensio, ita suo modo et inde colligi potest quod rationes simpli

citatis non probari quod de persona absoluta ne quidem dari alia
vissio imperfectior per quam dicatur essentia videri solo expresse et
formaliter in ratione essentiae, non vero in ratione attributorum et personarum.

Praeterea non obstat alia ratio quam alii adhibent ex natura
vissionis hoc modo. vissio est cognitio intuitiva rei prout est in se
sed eo ipso quod esset cognitio divinae essentiae sine attributis et personis
non esset cognitio intuitiva divinae essentiae prout est in se siquidem abstra
heret et praescinderet illam ab attributis et personis, quae con
veniunt illi prout est in se ergo non esset vissio divinae essentiae ac proin
de non est possibilis ulla vissio divinae essentiae sine attributis et per
sonis.

Sane haec ratio non obstat nam id quod in maiori dicitur vissionem
esse cognitionem intuitivam rei prout est in se ita intelligi quod debet
esse intuitiva rei prout est in se, hoc est rei existentis prout exis
tentis, ita ut tendat ad existentiam rei et ab illa prout est in se
ipsa aliquo modo dependeat quod est non colligere existentiam rei ut
aiunt arguitive ex alio obiecto prout est connexum in esse rei prout
colligit cognitio quae ad distinctam intuitivae dicitur abstractiva
ut exposuimus superius in hac disputatione c. 2. dist. 4. et illud
alterum non est de ratione vissionis intuitivae ut sit cognitio intuitiva rei
prout est in se adequate et expresse in omnem numerum
hor... convenientem illi prout est in se. id non est de ratione necessario
exigi ad rationem vissionis quin potius oppositum ostendit et dicitur
circa hanc posteriorem partem cuius in 2. parte et exaliis infra
dicendis.
hoc etiam ostendit S. 1. p. lect. 1. lib. 2. c. 23. numero 19 ubi notat ex eo
divina essentia videretur non vissis personis, non bene colligi quod non videretur
prout est in se gratiam saltem ad rationem nostram intuitivam sed solum quod
non videretur omnimodo prout est in se. Unde infert ex sola identi
tate divinae essentiae cum personis non probari firmiter impossibile esse
videri divinam essentiam non vissis personis. pro hoc etiam facit id
quod in eodem c. notavimus si posuerat quod dicitur rem aliquam
videri prout est in se id posse intelligi dupliciter. 1. ut videatur

11 rem omnem mum qm in re hết. et vt rem idqd vi
det ita sit, hoc contestat apte rei. ad cogm autm intuiti
uam satis ee vt videat rem sicut est in se in hoc posteriori
sensu qa nihil aliud videt posse colligi ex roe intuitionis
idem notant alij vt egidius 1 q4 a1. lib. 5. de vissione
diui esse. c. 11. a. 4. § 4. no. 29. salas bt. 2. disp. 4. sc. 2. no. 17.
et sc. 3. no. 28
quare hinc potius retorquet hec ratio. n. est de na vissio
nis vt representet rem sicut est in se adequate et expresse ad
omnem illius mum et habitudinem, nam illi satis est vt
representet rem sicut existit in se inadequate per id n. con
distinguit a cogne abstractiva cui id n. coit. et inde recte colligi dari
multas notas intuitiuas que representant rem prout existit
in se n. adequate sed inadequate. vt ostendit ex sil dic
tis, idqz etz sibi ex cogd apte intelligi et salbari pot sub roe
notis intuitiuis contineri aliam perfectam et adequatam
aliam vo imperfectam et inadequatam. ex qz na vissionis
n. repugnat aliqua vissio imperfecta qua videat diuina essentia
n. vissis expresse attributis et personis.
dices id repugnare ex peculiari na talis vissionis. qa essentia illius
na specificat vt modo perfectisso sub roe cognis creatae represen
tet quiditatem dei sicut est in se ac inde omnes illius roes fales
quasi specificas, nam id intelligi postulare cogd sit perfectissa
spes cognis sua nalis creatae. id autm qd est de na specifica alicu
ius actus debet nario poni posito ipso actu, neqz pot etz per
poam absolutam impediri ab actu ex hys pose qz ponat cum
sit de illius roe vt supponit. hanc roem signant. J. c. p. bt. i.
lib. 2. c. 23. no. 23. et alij recentiores.
sed neqz hec vo viget nam aliud e loqui de peculiari na
huius vissionis qm modo het beati, aliud vo de na cuius
cumqz vissionis possibilis per poam absolutam. item in ipsa
vissione qm modo hent beati aliud est attendere idqd nario
exigit illius ratio cois genalis specifica, aliud vo idqd exigit

exigit ratio in individuali mali; ad illud quod
dicitur de ratione specifica huius visionis esse ut modo perfec
tissimo sub quo vocatur creatus repraesentet quidditatem dei
ut est in se, ac proinde omnes illius rationes formales quasi
specificas. Respondere potest 1° quod in his concederet totum
id esse de ratione illius esse formali specifica in deo solum sequenti
negatur de potentia absoluta posse per visionem talis speciei videri
divinam essentiam non visis attributis et personis; non tamen osten
ditur idem non posse fieri per aliam visionem diversae speciei, iuxta
sententiam admittentem de potentia absoluta producibiles esse
alias visiones diversae speciei.
2° Respondere potest de ratione formali specifica visionis quam
modo habent beati esse perfectissimum modum specificum repraesentandi
intuitive obiectum formale quod est divina essentia repraesentatam vero divi
nam attributorum et personarum quae non sunt obiectum formale specificans, sed
pertinent ad illius complementum sub tali esse de illius ratione
individuali mali unde non sequitur quod sub eadem ratione specifica
visionis esse idem obiectum formale divinae essentiae nequeat per potentiam
absolutam produci alia visio individualiter maliter imper
fectior per quam videatur divina essentia non visis expresse attri
butis et personis. Sic enim modo concedunt, quod licet ad rationem indi
vidualem malem visionum quas modo habent beati per
tineat videre divinam omnipotentiam cum ordine expressum
ad aliquas creaturas in particulari nihilominus per
potentiam absolutam fieri potest alia visio individualiter im
perfectior maliter per quam divina omnipotentia videatur solum
sub ordinem expressum adorabile non vero cum ordine expresso
ad has vel illas creaturas in particulari.
Item sic concedit actum charitatis theologicae ex obiecto formali
divinae bonitatis prout ut amabilis est se amore summe appre
ciativo amicitiae supernaturalis esse eiusdem speciei in via et in
patria, et tamen sub illo dari posse inaequalem perfectum
individualem malem et esse divinas rationes expresse

amatas. ita vt aliquis sit actus Caritatis quo om
nes diuinae perfectiones quasi specifice amentur expresse
et formaliter vt contingit in patria in amore beatifico
qui sequitur visionem beatam; et sub eadem etiam specie cha
ritatis sint alij actus eiusdem speciei indiuidualiter
maliter imperfectiores per quos amentur expresse et
formaliter aliquae diuinae perfectiones non amatis alijs ex
presse et formaliter, vt contingit in via in actibus caritatis
ad quos per actus fidei non proponuntur expresse et formaliter
omnes diuinae perfectiones; imo etiam in patria praeter
actum charitatis qui necessario sequitur visionem beatam
conceditur posse a beatis etiam ex communi lege elici alios actus
eiusdem charitatis specifice ad quos per actus scientiae impressae
non proponuntur expresse et formaliter omnes diuinae perfectiones
quasi specifice sed solum aliquae, quae proinde amentur non amatis
expresse et formaliter alijs; et saltem de potentia absoluta communiter
asseritur productibilem esse etiam a beatis actum charitatis the
ologicae, quo ametur deitas, non amatis expresse et formaliter
attributis et personis. —
quod si aliquis contendat etiam de potentia absoluta non esse produci
bilem beatam visionem siue eiusdem siue diuersae speciei per quam videatur
diuina essentia non visis expresse et formaliter personis et omnibus attributis
in suas rationes formales quasi specificas, quam sententiam signant
multi praeter scriptum recentioribus sub citatis in 1a sententia.
Profecto licet non negem id esse probabile, non tamen videtur probandum
ratione desumpta ex sola identitate diuinorum praedicatorum
cum essentia diuina, aut ex simplicitate dei, aut ex natura visionis
quod vt declarabimus in nonnullis huiusque consultationis; neque apparet
alia ratio magis verisimilis quam ista hoc modo proposita.
quaelibet visio intuitiua diuinae rationis debet natura sua tendere in obiecto
formali diuinam essentiam, nam a parte intelligi habere eam in deo
velut quod formale; alias vero rationes diuinas esse quasi subformale
complementum; sed eo ipso quod diuina essentia sit obiectum formale

visum debent ex necessario rei illius ostendi intuitivae omnes aliae divinae res quasi specificae nam hoc ellinario coire intelligi verisimile et consentaneum summae perfectioni talis obiecti specialis visti ad differentiam aliorum obiectorum specialium in rebus creatis. quaelibet visio cuiuscumque divinae rei debet ex necessario videre omnes divinas res quasi specificas ac proinde neque de potentia absoluta videri potest divina essentia non visis expresse divinis personis, et omnibus attributis quasi specificis neque econtra.

haec quidem ratio ita explicata videtur magis verisimilis quam aliae. ex illa autem velut fundamento attendendo rationem dicendi communis possunt probabiliter solvi obiectiones contrariae. quoniam id quod in maiori dicit quamlibet visionem cuiuscumque divinae rei necessario debere habere pro obiecto speciali divinum essentiam loquendo de potentia absoluta non est certum, neque est id quod in minori dicitur licet ex ipsis terminis modo exposito intelligatur esse probabile hoc satis est ut in re tam abstrusa in qua nihil magis firmum ostenditur non negata probabilitate huius partis defendatur probabilitas partis oppositae quae praesertim sententia est in sententia et communem expositam quae videntur maioris ponderis in re divina omnino non neget id quod firmiter nobis repugnare.

obiicies: D. Th. 1.2. q. 2. a. 8 ad 3. sic ait: *Summa bonitas dei prout intelligitur in se ipso sicut videtur a beatis non potest intelligi sine trinitate personarum.* ergo existimat neque de potentia absoluta posse videri divinam essentiam sine personis, et consequenter etiam sine attributis, ac proinde erit contra D. Th. si defendatur oppositum.

Respondeo negando consequentiam. 1º quia D. Th. in illis verbis explicat id quod de deo tenemur credere per fidem, nam de hoc tractat ibidem atque quod ibi proponit et ad illud Respondet id quod de deo tenemur credere per fidem non posse intelligi sine trinitate personarum, et ad illud ipsum quod beati intelligunt videndo deum infallibiliter trinum atque hunc esse sensum D. Th. colligitur ex ipsis verbis et contextu. id quod notant Egidius 1. q. 4. cap. 2 lib. 3. de visione

diuinæ essentiæ [illegible] 13. a. 3. §. 2. nº 15. et 16. et alij.
2º quia bis illa verba referantur etiam ad visionem potentiæ ita ut denotent non esse potentem visionem summæ bonitatis dei sine trinitate personarum, tamen conveniunt intelligunt de potentia ordinaria. quia, ut etiam notat [illegible], in illo art. initio hic sermo est sufficit ad institutum huius argumenti et doct. d. thomæ, neque ex ipsis verbis aut contextu vel aliunde ostenditur illud ad thomam eo loco aut alibi detrahi ad potentiam absolutam dei. quod etiam observant egidius [illegible] citatus et alij.
3. Et daretur illa verba restringi etiam ad visionem de potentia absoluta adhuc tamen quia d. th. non simpliciter sed cum limitatione loquitur dicens: summam bonitatem dei, tamen quod intelligitur in se ipso quod videtur a beatis non posse intelligi sine trinitate personarum, apte dicta est ponenda ut sensus esset, visionem talem quæ habeat rationem perfectæ beatitudinis claræ et distinctivæ deum in se ipso qualem nunc habent beati, sed non indicare videtur illa limitatio d. th. tamen quod intelligitur in se ipso quod ut videtur a beatis non possent etiam de potentia absoluta haberi sine trinitate personarum quem sensum contendunt multi alij qui designant hic de potentia absoluta posse videri deum sicuti sine personis et attributis ut ex posuimus supra in hoc c. ante cap. 2º notabili 2. et in priori parte illius cap. 2.
Ex prædicta explicatione et alijs supra dictis, et infra dicendis est ponenda sunt alia testimonia quæ ex d. th. et alijs possent obijci possent

Difficultates et obiectiones contra doctrinam traditam

1ª difficultas ex infinitate attributorum dei

Ex hoc. c. sic obijcitur. visio beatifica in quolibet beato est [illegible] finita ut constat siquidem est actus creatus limitatus ergo non videt omnia attributa dei. probatur consequentia quia hæc sunt infinita cum deus sit infinite perfectus neque per visionem finitam possunt videri infinita.
Respondetur concedendo antecedens, negando consequentiam. Ad illius probationem dicitur diuina attributa esse infinita. Respondetur explicando, si sensus sit diuina attributa

A ptie, inviros[?] fralis quasi specificas esse in finita quoad
multitudinem sic salsum est. nam huius numeros frales
quas in deo reperiri non distincte ab intellectu creato per diversos
actus a vissione beata condistos posse dixi obliquas quasi in di
versas lineas specificas frales sunt in quadam certa et determinata
multitudine finita nec in infinita perfectio quae est illorum mul
titudinem infinitam. sed quod quodlibet sit infinitus perfec
tionis, atque hoc volunt autores asserentes attributa di
ce in no. finito ut docent s. i. p. lib. i. libr. c. 22 no.
85 molina. i. p. q. 12 a. 3 disp. 3. § ad hoc argu. y a salas
i. q. t. 1. lib. 2 disp. 4. sect. 2. ad. 1.m 1. opinionis egidi ibidem
lib. 5. de vissione dini cap. q. 11 a. 1. no. 5. et aliis vo
autoribus qui signant diui attributa esse in nro infinito
multiplicari ita ut loquuntur de attributis in ptie et late
sumptis prout denotant dici predicata quasi in alia quae
in ordine ad infinita creabilia posse ab intellectibus creatis
in conceptus explicitos sine numero dixi. —
Si autem sensus sit diui attributa esse infinitorum perfectionum
id quidem verum est ita quod unumquodque attributum includit
dit perfectionem infinitam. sed inde non sequitur illam posse
videri per vissionem finitam nihil obstat, vissione finita
modo finito attingi id quod in se infinitum unde etiam nunc
actibus finitis intellectus et voluntatis attingimus deum
infinitum.
ad dectum loquendo de infinita multitudine obiectorum utcumque
non repugnare illam cognosci vissione finita quoad modum
cognoscendi et talis ut dixi penetrando omnia obiecta
infinita aut in se ipsis, aut in alio obo [?] et frali pe
tat intensibilem perfectionem cognitionis commensuratam
extensioni eius obo infinita cum non sit impossibile illa om
nia attingi aliquo modo finito et scidi. d. th. et alii. 3. p. q.
10 a. 3. docent aiam christi per vissionem beatam (quae est
finitis perfectionis cum sit ~~causa~~ actus creatus et limitatus

cognoscere infinita quoad multitudinem omnium actuum intellectus et voluntatis, quos per totam aeternitatem sine termino elicient Angeli et homines. ut explicuimus in materia de incarnatione disp. 23. c. 3.

2a Difficultas circa cognitionem quod beati non distinguant divina attributa.

hinc ita obiicit beati per suam visionem non distinguunt divina attributa. ergo non vident illa distincte nam si viderent distincte discernerent illa per suam visionem. antecedens probatur quia beati vident deum prout in se ut ex communi doctrina ostendimus supra in hac disp. 2. c. 3. et 1a. pro in deo prout in se non distinguuntur divina attributa quia sunt omnino idem cum divina essentia et inter se, et una simplicissima entitas ergo beati per suam visionem non distinguunt divina attributa, ac proinde non vident illa distincte.

ad argumentum controversia inter autores an beati per rationem distinguant divina attributa, si autem sermo sit de cognitione quam vocant vespertinam quae est cognitio diversa a visione beata communiter conceditur posse illam a beatis distingui obiective divina attributa ut exponunt Medina 1a parte q. 13. a. 4. ad 5. et q. 28. a. 2. disp. 3a. et consulto ea. et alii.

ratio est quia etiam beati possunt formare diversos conceptus expresse repraesentantes diversas rationes obiectivas praecisas ad instar diversarum perfectionum in creaturis dispersarum. quod enim divina attributa distinguere ratione oriatur habente fundamentum partim in magna perfectione dei una simplici entitate eminenter continentis omnes perfectiones quae in creaturis sunt distinctae quam ob causam dici solet in deo esse virtualem distinctionem talium perfectionum partim vero in limitatione conceptuum a visione beata diversorum quorum singuli expresse repraesentant singulas perfectiones divinas praecisas ad instar diversarum perfectionum, quae in creaturis sunt dispersae.

si autem sermo sit de visione beata an per illam beati distinguant divina attributa dissentiunt autores. partem affirmantem tenent aliqui quos refert et sequitur ... disp. 1a q. 1.

lib. 5. de visse divus essit. c. 6. a. 9. § 2. n. nulli m.º id ita appli
cant ut dicant eatenus beatos per vissm beatam distere
diu.a attributa quatenus per illam vident in deo ea vir
tualiter q. quam intus creatus per alios conceptus a visione
beata distos, sed ut ad actualiter formaliter. Sed non sufficit
ut per ipsam vissm beatam dicant proprie disti attributa
actu et formaliter ut ostendetur ratione sequenti.

Dico 3.º nullum beatum per suam vissm beatam distere proprie
actu formaliter diu.a attributa. ita vas. 1.a pte. to. 1.º disp. 118. c. 2. §.
ibidem bb. 3. lib. 4. c. 4. no. 17. et alij. ratio e. q.a proprie et formaliter
distinctionis rationis (que e ista de qua agitur) fit per formales conceptus
realiter diversos quorum quilibet repraesentat in adaequate eam
dem entitatem sub diversa ratione formali obiectiva praecisa, ut os
ceditur tum ex proprie distae huius. d. ex communi docti calletam
ex. d. th. in disputatis de pot. q. 7. a. 6. et alibi. tum inductione
in iis que ex comi consensu conceduntur distinguj proprie ratione ratiocinata
tum etiam q.a ut sit proprie actualiter d. n. sufficit uno simplici
conceptu cognoscere in obo virtualiter q. que ad actum for
maliter reducat per alios conceptus realiter diversos, nam
totum hoc cognoscit deus, qui in sua cognitione n. facit proprie
d. rationis ratiocinatae; sed vissio beata in quolibet beato e unus
simplex conceptus ac proinde n. includit multos realiter con
ceptus realiter diversos, quorum quilibet repraesentet inad
equate eandem entitatem sub diversa ratione formali obiectiva prae
cisa, ut constat ex supra dictis in hac disp. c. 1. et c. 2. ergo nullus
beatus per suam vissm beatam distinguit proprie actu formaliter
diu.a attributa. —

hoc suppto. ad obiectum initio huius disti. propositum respondeo cum
do aug. et ag. q. beati per suam vissm beatam n. distinguunt proprie
actu formaliter dici attributa ut proxime exposuimus, negando
autem cons. q.a vere beati dicuntur videre diu.a attributa
distae quatenus per claram cogm. intui. n. quam repraesen
tant illa eo suam proprie rationem, ut dictum est in illo, sed q.d

n̄ Jnarium imo neq; pole ut perispam visionem
plicem cuiusuis beatificat operi. d. vocis conatus sunt
attributa ut ostendit op. probatione posita, q̄ precise
scilicet suo modo deus dicitur videre distincta sua attributa
et h̄ sunt illa oppreciam facit vocis conatus distinctam
3. dist. as 4 cog. beatus n̄ videat
attributum diuinus omnisciencia scilicet in ordine
ad omnia illius oba ~~...~~ in particulari.
cp hac diste illa obijcit. beatus n̄ videt attributum diui
omniscientiae in ordine ad omnia creabilia in particulari
neq; attributum sciens in ordine ad omnia illius oba in speciali;
siquidem n̄ videt in deo omnia possibilia. ut docent d. th
et alij 1. p. q. 12 a. 8, et cp patet infra. ergo n̄ videt diuina
attributa prout sunt in se ac per inde neq; deum prout in se.
probatur coñ quia ut videret illa prout sunt in se deberent videri
ut sunt in deo. sed n̄ ita videntur nam prout sunt in deo dicunt or
dinem ad omnia possibilia in particulari; beatus autem n̄ vi
det illa hoc modo ut supponit, siquidem n̄ cognoscit in
speciali omnia possibilia. ergo n̄ videt illa prout sunt in se.
R. conced. ant. et neg. coam. in hoc sensu quo dicitur vi
deri prout est in se quod videtur rem prout est primam rationem in isto exis
tentem prout ut existentem, quibus n̄ videat adequate pe
netrando et proprie omnem rationem quam includit in ordine
ad omnes res in particulari, hoc n̄ est de ratione cuiuscumq;
visionis ut constat ex his que dicta sunt sup. in conclusione q. 3a
hec ratio et alijs ibi signibus. item q̄ sane hec ratio.
ad probationem vero cos cum dicit ut videantur diuina attributa
prout sunt in se debere videri prout sunt in deo. R. distinguendo ex
plicando et distinguendo: deberent videri prout sunt in deo hoc est

rem rōni quasi specificam qua existunt in deo in
opusculo. Ut videant adequate penetrando expresse to
tam illorum rōni quasi malem in ordine ad omnes ter
minos in particulari; hoc n. ē de rōe cuiuscumque vissio
nis qua aliquid dicit videri sicut ē in se. ut patet sup
mō de vissione corporea qua oculus dicit videre colo
rem sicut ē in se, et de vissione spirituali qua intus aiē
separatæ et Angelicæ in ordine nāli dicit videre alias
aias et Angelos et plures res creatas quibus n. repre
sentat illarum ordinem ad omnes terōs possibiles in particu
lari ut expositum ē locis proxime citatis.
Dices. n. minus pertinet ad intrinsecam perfectionem diuinæ omni
potentiæ et scientiæ ordo ad omnia creabilia singula in particu
lari quam ordo ad creabile, aut ad hoc. l. illud creabile si
quidem infinita perfectio dei q quae sit extendi ad omnia
et singula in particulari ut constat. Q si videt dē vide
facto conceditur a beatis deum sicut ē in se etq si n. videat
expresse ordo diuinæ omnipotentiæ et scientiæ ad omnia singula
creabilia in particulari pari etq rōe dici poterit ab illis
videri deum sicut ē in se quibus defacto n. videant at
tributa diuinæ omnipotentiæ et scientiæ, neque aliæ proprietates dei, q a
n. videtur ē maior ratio, cum ad intrinsecam perfectionem
dei q quae pertineat ordo ad omnia et singula crea
bilia in particulari.
Resp. distinguendo cons. ad intrinsecam perfectionem diuinæ omni
potentiæ et scientiæ pertinet ordo ad omnia et singula creabilia
in particulari; n. tamquam ratio formalis specifica, sed tam
quam ratio extensiua materialis individualis, et quibus
hic n. videat expresse id n. obstat quominus videat
ratio formalis quasi specifica. ad vlteriorem autem quaesti

quae est beatitudo formalis qua beati dicuntur videre deum
prout est in se satis est videre in deo omnes res divinas rationes
quasi formales specificas, neque est necessarium videre expresse
omnes rationes quasi extensivas formales individuales in or-
dine ad omnia creabilia in particulari, nam haec om-
nia non videri de facto a beatis constat ex communi doctrina
D. Th. 1. p. q. 12. a. 8 asserente ab illis non videri omnia
possibilia in deo de facto. non constat ab illis videri om-
nia attributa et omnes rationes formales quasi specificas
ut ostendimus supra in hoc. c. a. 1a. in 2a illius parte.
id quod autem exponitur etiam exemplo cum visione aliarum
rerum v.g. potentia nostri intellectus aut Angelici visione
intellectuali videat naturam 1mi non opus est ut videat ex
presse omnes illius ordines ad omnes et singulas formas
solas cognoscendo illos in particulari, neque ut videat
facultatem nostri intellectus voluntatis necesse est ut videat
expresse illius ordinem ad omnia et singula obiecta specialia
discernendo particulares eorum rationes. sed satis est videre
rationem quasi formalem specificam quae in natura 1a. horum in-
feriorum attenditur ex tali modo quo vel ut substantialis forma
receptiva respiciat indifferenter formam compositi corruptibilis
non determinando ex se hanc vel illam, rationem quasi formalis
et specifica nostri intellectus attenditur ex tali modo quo vel ut forma spi-
ritualis cognoscitiva essentialiter inferior Angelica respicit obiectum
intelligibile non determinando ex se hoc vel illud.
unde similiter ex eo modo ut beatus videat potentiam creativam dei
non opus est ut videat in particulari omnia creabilia ad quae
potest extendi. sed satis est ut videat illius rationem formalem quasi
specificam, quae attenditur ex modo quo respicit creabile. atque
hinc assignatur ratio a priori sententiae asserentis beatos posse

videri scam creaturam per ordinem ad creabile etsi
neque omnia, neque ullum creabile in particulari cog
noscatur: ut docent autores 1. p. q. 12. a. 8 ubi Vazq.
et Moli. disp. 5. membro 1°. §. litt. 1 lib. 2. c. 26. no 13.
Salas 1. 2 q. 2 ° 1° litt. 2. disp. 4. sect. 5ª no 72. et alij quos ibi
refert.
Confirmatur quia eo ipso quod non sit necessarium ut visio scam creaturam
cognoscant in particulari omnes creaturas possibiles non infert
aliquas in particulari posse non cognosci. hoc autem in supposito cum
non ostendatur maior ratio potius de his quam de alijs creatu
ris in particulari aptè etiam infert fieri posse ut nulla in
particulari cognoscatur: et consequenter posse videri scam cre
aturam solo per ordinem ad creabilem non detrahendo hoc vel illud
cognoscendo in racione creabilis cum quo habet connexionem
scam ~~per~~ creaturas, ut in praesenti de illa sermo. caeterum
cum hoc stat quod pro voluntate dei potentis conferre diversa
lumina gloriae maioris aut minoris perfectionis individualis
aut diversos concursus speciales supplentes illorum vicem possint
etiam fieri diversae visiones individualiter magis aut minus
perfectae quibus in deo cognoscant plures aut pauciores
creaturas. atque ita de facto diversi beati pro diversitate meri
torum habent huiusmodi visiones individualiter inaequales
ut exposuimus supra in hac disp. c. 7. diffic. ad 2. et ex infra
dicendis amplius exponet.
4 Dist. as. ex cog. identitas realis personarum
et attributorum cum divina essentia non obstet quominus
etiam de potentia ordinaria possit videri essentia sine perso
nis et attributis.
hec dictas afert eiusmi arg. identitas realis divinae essentiae
cum personis divinis non obstat quominus in generatione
eterna communicetur filio divina essentia non vero personalitas patris.

et in misterio incarnationis fiat unio humanitatis
in persona filii et non in natura divina. ut ostendit suis locis
in nostra de trinitate et de incarnatione. quare neque obstat quo
minus videri possit divina essentia sine personis et attributis. per
nostram a paritate rationis. imo et a fortiori; quia visio et cognitio
quae potest intentionaliter praescindere rationes realiter identificatas
repraesentando expresse unam et non aliam.
Et concedendo etiam quoad hoc quod sola identitas realis fini
ad urgeret alia ratio non obstaret quominus aliqua
visione posset videri divina essentia sine personis et attributis
ut explicuimus superius in hoc e. post cam. 1. § iterato
quare cum aliud sit loqui de potentia ordinaria, aliud vero de
absoluta. ~~desumit~~ ex ratio ob quam de potentia ordinaria non possit
videri divina essentia sine personis et attributis desumit ex funda
mentis communis doctrinae collectae ex Scriptura et PP. signantibus visionem
quae ex communi lege conceditur beatis esse ita perfectam ut habeat rationem
beatitudinis formalis intuentis deum ut est in se modo perfecto
claro et distincto ut exposuimus loco proxime citato et alibi passim.
unde infert illam ferri expresse ad divinam essentiam et om
nia divina attributa propria et formalia suas rationes formales quasi specificas
necnon et ad omnes divinas personas ut ibidem probatum
est nec aliunde habet sufficientem ostendi ex lege communi seu
de potentia ordinaria dari aliam visionem minus perfectam
qua videatur divina essentia sine attributis et personis.

ad illa vero exempla quae in contrarium proponuntur. Primum quod
natura communicari filio divinam essentiam non vero formaliter personalitatem
patris; quia id petit ex propria ratione formali generationis divinae nam
communis ratio generationis viventis, ut in communi illius diffinitione dicitur est
processio viventis a vivente in similitudinem. unde
non est necesse ex vi generationis divinae communicari filio divinam naturam

a patre, ipsa vº personalitas patris fraliter n. debet
neqz pot coicari cum sit relativa pprietas, qua pater
relative opponit filio et personalit ab illo distinguit in
misterio autem incarnationis cum ex fide constet illud fuisse
institutum ut sola persona filij fieret hō fieri debuit
unio cum sola personalitate filij n. vº immediate et for
malit cum natura diuina neqz cum ulla alia persona di
uina ut explicuimus in ma de incarnatione disp 12. c. 1.
et 2. — exterum vissio beata que ex coi lege dat cum
sit talis ut per eam beati videant clare et distincte deum
sicuti in se eo perfecto modo quem in sca et Pps et coi doc
trina signari expositum superius debet obiicere trahi
ad diuinam essentiam et omnes personas diuinas et om
nia attributa sub suas roes fralis quasi specificas ut diximus in
solutione huius 4. dissij et amplius loco ibi citato. cum hoc autem
stat probabile esse qd dipna absoluta fieri possit alia vissio imper
fectior per quam videat diuina essentia n. vissis expresse personis et
attributis ut ostendimus et in hoc c. ad 2.ª in posteriori
illius pte id qz locum hīt siue talis vissio foret diuersa siue
eiusdem speciei cum ea que modo dat ut explicuimus ibidem qz
neqz hec ratio ya. in 1.ª et 2.ª solutione. —
obijcies. 1.º nulla pot a intellectualis vissio clara esse quin
eadem cognitione sub intelligantur pprietates quas radicat
nam essentia a intellectuali vissione vissibilis n. si ut radix
suarum pprietatum. Sz diuina essentia n. pot ulla vissione vi
deri quin eadem cognitione sub intelligant omnia attri
buta que sunt illius pprietates. Sz neqz dipna absoluta pot
videri diuina essentia n. vissis fralit attributis. —
aliqui Rnt absolute negando ans. qa inquiunt n. repugnat
aliqua vissio qua inadequate videat essentia aut sub roe
aliquam omnino absolutam aut etz in habitudinem

ad proprietates sui ordinis in causa sua vage, non cognoscendo
illas determinate in particulari in suas peculiares rationes. ita
Salas 1.2. t. 1. tr. 2. disp. 4. sect. 2. n. 19 et alii pro quo
suo modo quoad aliquam partem affert illud quod est com
munior doctrina concedit, posse esse vissionem propriae creationis visto
ordine ad creabile, quin videat expresse ordo ad ullum
creabile in particulari.
Ad quod de propria dicta solutio cuius contrarium non refertur ad hoc
institutum aliter est dicendo ars. aliud est quod nulla possit
esse intellectualis vissio ullius essentie quin eadem cognitione
sub intelligant illius proprietates aliquo modo saltem
abstractive. aliud vero quod necessario debeant cognosci intuitive,
quorum utrumque concederet primum, non tamen ostendit necessarium esse secundum
Unde licet negetur de potentia absoluta esset possibilis ulla vissio
divine essentie quin per illam cognoscerent aliquo modo abstrac
tive attributa, id non esset contra doctrinam quam supra asserit posse
esse aliquam vissionem divine essentie non visis expresse attributis.
Ad hoc autem notandum est fieri posse ut una et
eadem cognitio quae est intuitiva alicuius rei sit etiam abstrac
tiva alterius ad quam ea res ordinatur. v.g. in ordine naturali
eadem cognitio intuitiva qua angelus et anima separata vi
dent naturaliter creaturas existentes cognoscit etiam deum non in
tuitive (scimus non posse deum naturaliter cognosci ab ulla creatura
ut est positum supra in hac disp. c. 1. a. 1.) sed abstractive
quasi terminum ordinis dependentie qua creatura respicit
creatorem, et in ordine supernaturali eadem cognitio supernaturalis
per quam anima Christi et scientia per se infusa videt actus fidei
et vissionis beate versantes circa misterium trinitatis
cognoscit etiam ipsum misterium trinitatis non intuitive
sed abstractive, quasi terminum istorum actuum fidei
et vissionis beate circa illud versantium ut explicuimus

in m^a de incarnatione disp. 24. c. 2.
similiter igitur ratione suo modo potest per potentiam absolutam dari aliqua supernaturalis cognitio quae sit intuitiva divinae essentiae et abstractiva attributorum repraesentando ipsa attributa quasi virtualiter contenta in cognitione quam habent cum divina essentia velut in cum radice et cognoscere illa in ea et arguitive colligendo illa ex connexione cum divina essentia, cognitio autem respectu rei ita arguitive cognitae dicitur etiam abstractiva ad differentiam intuitivae cui idem convenit ut ostendimus superius in hac disp. c. 7. diffic. 4 § ad illud 2º.
Dices: talis cognitio repraesentaret divina attributa prout sunt in se. Sed nihil divinum potest repraesentari prout est in se nisi per cognitionem intuitivam. Ergo illa esset etiam intuitiva attributorum.
Respondeo distinguendo maiorem duplici aliqua cognitio dici potest repraesentare aliquid divinum prout est in se. 1º quia cognoscit illud repraesentetque non ad modum aliarum rerum cum proportione ad res corporeas seu compositas eo modo quo nostra cognitionalis dicitur repraesentare deum sub proportione et velamine rei corporeae seu compositae. 2º quia cognoscit repraesentans illud existens prout existens taliter ut non solum tangat sed etiam detegat ab illius existentia non colligendo illam arguitive quasi virtualiter ex cognitione connexione cum alio obiecto.
praedicta cognitio quamvis repraesentaret divina attributa prout sunt in se priori modo non tamen posteriori qui est proprius cognitionis intuitivae et bene potest aliquid divinum repraesentari prout est in se priori modo per aliquam illius cognitionem supernaturalem non intuitivam sed abstractivam ut exposuimus in solutione ad praecedentem obiectionem.
2º obiicies divina essentia et attributa se se mutuo essentialiter includunt nam id est consentaneum summae perfectioni et simplicitati dei cum aliunde nihil obstet. Ergo nec de potentia absoluta potest clare videri essentia sine omnibus attributis, neque

unum attributum sine omnibus alijs nec sine essentia.
Probatur conseq. quia repugnat aliquid clare videri non visis om
nibus quae in illo includuntur essentialiter, sed repugnat clare
videre essentiam non visa essentia, et clare videre petrum non visso
petro.
Concesso antecedenti, negatur consequentia. de vissione expressa et formali:
ad illius vero probationem respondetur, hanc: repugnat aliquid clare videri
adaequate secundum totam rationem essentialem non visis omnibus quae
in illo includuntur essentialiter; non tamen repugnat illud clare
videri inadaequate secundum aliquam illius rationem non visis ex
presse et formaliter alijs rationibus quae in illo implicite essentialiter
includuntur. neque id perinde est ac si dicatur absolute et sim
pliciter videri essentiam non visa essentia, aut videre petrum
non visso petro; sed perinde est ac si dicatur videri expresse ali
quam rationem illi inadaequatam non visis expresse omnibus
rationibus illi adaequatis. —
quare sunt aliter sensus denotatur, si absolute et simpliciter
dicatur clare videri petrum, aliter vero si solum dicatur clare vi
deri aliquid petri, aut ipsum petrum secundum aliquam rationem
inadaequatam, et quamvis ut absolute et simpliciter non figu
rata sed propria loquutione dicatur videri petrus per vissionem
intellectualem exigeretur omnium rationum illi essentialium
expressa vissio, hoc tamen non exigitur ut dicatur clare videri aliquid petri
quo pacto in materia de incarnatione dici solet aliud esse dicere
quod daemon possit naturaliter videre Christum, aliud vero quod possit
naturaliter videre aliquid Christi, nempe illius humanitatem, et hoc
secundum concedit non vero primum quia humanitas Christi cum sit ipsa res natura
continetur intra obiectum naturale vissibile ab intellectu creato non vero
supernaturalis personalitas divini verbi quam includit Christus
ita suo modo in praesenti quoad secundum formalem sensum; aliud
est si absolute et simpliciter dicatur clare videri deum, aliud
vero si dicatur clare videri aliquam rationem inclusam in deo quae
expresse videri potest non quasi deus adaequate secundum omnem

rationem formalem quasi specificam, sed veluti quedam inadequata vel essentiali deo. Et etiam secundo in cognitione clara abstractiva que naturaliter haberi potest venit clara representatio abstractiva alicuius perfectionis divine explicite sine clara representatione abstractiva aliarum, que essentialiter implicite in illa includuntur. v.g. cum dicimus naturali cognitione evidenti abstractiva cognoscere explicitam rationem divine sapientie aut omnipotentie. etc.

§. 3.a Difficultas de obiecto primario et formali visionis beate.

Contra hoc ita arguitur. obiectum primarium et formale visionis beate est divina essentia, at vero attributa et persone sunt obiectum materiale et secundarium. Ergo etiam de potentia ordinaria possunt beati videre divinam essentiam non visis attributis et personis. Probatur consequentia 1°. quia obiectum formale et primarium in sua cognoscibilitate non pendet ab obiecto secundario et materiali cum sit perfecte ratione sui cognoscibile, et non ratione obiecti materialis. 2°. quia hac de causa ex eo quod creature sint obiectum materiale fieri potest etiam de potentia ordinaria ut multe creature non cognoscantur a beatis. 3°. quia etiam in ea visio qua deus videt se ipsum in aliquo signo seu instanti rationis ante quam sit productus filius et spiritus sanctus terminatur ad divinam essentiam et perfectiones absolutas non vero ad personas.

Respondendo antecedens quoad 1.am partem nempe divinam essentiam esse obiectum primarium et formale visionis beate id quod communi modo loquendi et sentiendi recipi solet ut infra exponetur. quoad 2.am vero partem an divina sint attributa et persone sive obiectum secundarium et materiale an vero pertineant ad primarium et formale controversia de qua infra. Sed quicquid de hoc dicatur in qualibet sententia quod attinet ad vim praedicti argumenti aperte admittendo antecedens, et nego consequentiam. ad illius vero probationem dico quod licet obiectum primarium et formale in sua cognoscibilitate non pendeat ab obiecto secundario et materiali tamquam a ratione formali, tamen in ordine

ad perfectam cognitionem habet connexionem cum illo, ita ut nequeat perfecte intelligi sine illo, quia ipsum obiectum formale ex natura sua habet vim determinandi ad cognitionem obiecti materialis unde perfectissima cognitio quam deus habet ratione divinae essentiae quasi obiecti formalis trahatur ad omnia obiecta materialia; cognitio vero creata beata divinam essentiam prout fuerit magis aut minus perfecta ratione illius trahabitur etiam ad obiecta materialia ad quae fuerit applicatus concursus divinae essentiae. —

cum autem iuxta communem legem et potentiam ordinariam concursus divinae essentiae applicetur beatis ad efficiendam visionem perfectam qua videatur deus prout est in se clare et distincte, inde est ut iuxta communem legem et potentiam ordinariam non possit videri divina essentia sine attributis et personis ut exposuimus fusius in hoc c. ar. 1ª quamvis probabile sit id fieri posse de potentia absoluta per aliam visionem imperfectiorem ut ostendimus ibidem ar. 2. et diff. 4.

ad 2um probationem dicimus creaturas esse obiectum materiale remotum et extrinsecum respectu divinarum perfectionum quae sunt formaliter in deo; beati autem licet etiam de potentia ordinaria videant deum modo perfecto claro et distincto prout est in se iuxta divinas perfectiones formales quasi specificas, quamvis non cognoscant omnes creaturas in particulari quarum cognitio pertinet ad hoc quod penetretur divina omnipotentia iuxta rationem individualem materialem ut exposuimus fusius in hoc c. diff. 3. de facto autem a diversis beatis videntur in deo plures aut pauciores creaturae prout applicatur concursus divinae essentiae ad efficiendam visionem individualiter magis aut minus perfectam illis debitam iuxta diversos gradus gratiae ut explicatum est superius c. 3. diff. 3. ad 2. arg.

ad 3. probationem dicimus nullum esse signum seu instans rationis in quo visio increata divina deus videt seipsum trahatur ad essentiam et perfectiones absolutas et non ad personas cum

talis vissio sit perfectiss.a et comprehensiva ipsius dei neg. et dat. ullum signum seu instans rois in quo sit talis vissio antequam sit productus filius et spus stus. dat. n. prioritas originis quae dici solet prioritas a quo in roe prii respu personarum nempe pat. et b[illegible] respu filii dicit. prior origine q.a e principium a quo procedit filius, et insuper pat. et filius respu spus s.ti dicant. priores origine q.a sunt principium a quo procedit spus stus. n. v. prioritas in quo, ita ut aliqua diva persona sit aut intelligat. ee in aliquo priori antequam sit alia ut exponit suo loco in ma de trinitate 1.a p. q. 42. a.

3. Dubium suscitat ea ans praedicti arg. an sola diva essentia sit obm primarium et spale vissionis beatae, et quae roe illam specificet.

1.a sententia asserit obm primarium et spale vissionis beatae includere etiam divinum et attributa et personas tribui solet S. ait 2. 2q. q. 2. a. 2. quatenus ibi § quaedam sciendum trinitas personarum n. spectat ad obm primarium actus beatifici e n. quasi pars obi primarii spa. sed postea subdit sola deitas est ratio beatifici obi spa. quae verba indicare videntur illam solam ee obm spale quo qmbis trinitas personarum pertineat ad complementum ut constituat obm qd. unde ipse ibi id explicans ait: Cum obm beatificum n. sola ratio beandi exigit qd ipsum beans se habens ut qd, quo aut n. et qd n. sunt duo oba, quorum unum sit sm. et alterum primarium qd ex utroque quasi integratur unum obm.

Eandem sensum continere videntur alii qui ssa dem senta referri solent ut Moli. 1. p. q. 12. a. 3. dissp. 4. ... 2. ubi post qm dixit phoras dicitissime n. dat obm primarium sed primarium vissionis beatificae ed exponit

quoniam requirit esse formaliter obiectum tamquam in quo exi-
stentes in essentia et cum ea idem prorsus personae ratio-
nalia. et ibi 3 subdit: et videant personas seu relationes divinas
satis est si sola essentia divina concurrat vice speciei intelligibilis
neque est necessarium concursum ipsarum relationum. quibus verbis
denotari videtur solam essentiam divinam esse obiectum formale pri-
marium ut quo, quibus relationes divinas dicantur concurrere ad
obiectum primarium quatenus sunt substantialis illius.

2a sententia asserit ad obiectum primarium et formale visionis beatae per-
tinere divinam essentiam et attributa non vero personalitates seu
relationes divinas. ita Egidius tom. 1 lib. 5 de visione
divinae essentiae [illegible] 22 n. 5 et 6 ubi refert alios.

3 sententia dicit solam essentiam divinam esse obiectum primarium et formale
visionis beatae. ita signat Scotus [illegible] sententiarum d. 1 q. 2 a. 1 for-
maliter ratione quatenus ibi asserit divinam essentiam habere rationem
quasi primi obiecti, personas vero habere rationem quasi obiecti secundarii.
Sit haec apud multos variis modis loquendi propter variam ac-
ceptionem obiecti primarii et formalis tamquam quo vel tamquam quod, et obi-
ecti primarii et materialis interni aut externi, primi vel remoti; quare hoc
punctum videtur explicandum adhibita distinctione sequenti.

1o visionis beatae obiectum primarium tamquam quod includit divinam
essentiam attributa et trinitatem personarum; divina autem
essentia se habet tamquam obiectum formale quo ad cuius visionem attributa
et personae quodam modo se habent tamquam obiectum primarium et materiale
pertinens enim quod complementum illi internum substantiale,
creatura vero est simpliciter obiectum materiale illi externum.
explicatur et probatur nomine obiecti primarii tamquam quod denotatur adaequatum
obiectum quod se habet tamquam totum complexum ad quod primo et per se
terminatur visio beata. quod includit divinam essentiam attributa
et trinitatem personarum, nam ex his omnibus constat
totum complexum quod primo et per se repraesentatur per visionem
beatam siquidem quodlibet eorum divinissimum [illegible] totum
complexum ad quod primo et per se terminatur visio beata quae de facto
datur ut constat [illegible]. hic sensus continetur in 1a sententia relata
neque negatur aut dici potest vere ab aliis negari.

ex his autem quæ in hoc adæquato obiecto primario se habent tam
quam quod includunt, divina essentia se habet tamquam primaria perfectio
quæ est obiectiva ratio videndi se ipsam et alias divinas per
fectiones, quia est quasi radix illarum et habet vim per
fectivam speciei intelligibilis potentiæ elevare intellectum ad
visionem sui et aliarum perfectionum. Et illa se habet tam
quam obiectum formale quo. hunc sensum deservit dicat illa
... pro qua cavit relatus in 1a sententia dicit essentiam divinam
esse rationem beandi tamquam quo. item alia ... qua
modi ibidem citatus asserit divinas ... esse in essentia divina
tamquam in obiecto primario gerente vicem speciei intelligibilis
ut videantur ipsa divina essentia et personæ divinæ, ac ... eius
attributa. —
quoniam essentia divina se habet modo dicto tamquam obiectum formale
quo aptè ad illius distinctam attributa et personæ divinæ dicunt
quidam non se habere quasi obiectum secundarium et materiale ut hoc nomine deno
tatur id quod non est primaria ratio formalis tamquam quo ad cognoscendum
se ipsum et alias perfectiones. hunc sensum Scotus suæ adver
sus inde sententiam, signanter in co... dicit divinam essentiam habere rationem
quasi primi obiecti personas vero habere rationem quasi obiecti ... quod
etiam suo modo dici potest de attributis quatenus respectu divinæ essentiæ
quæ est primaria perfectio se habent quasi proprietates quæ dicunt
perfectiones secundarias. Sed quoniam ipsa attributa et persona
litates sunt in substantia complentes essentiam merito dicunt
pertinere ad obiectum primarium quasi complementum substantiale unde
ad illius distinctam creaturæ dicunt simpliciter et absolute
obiectum materiale et extrinsecum illi seu remotum —
dices. obiectum formale quo beatificamur debet esse infinita et summa
perfectio in genere entis, ergo debet formaliter includere omnes per
fectiones simpliciter simplices. ergo non sola essentia divina sed totum
aggregatum ex illa et omnibus attributis est obiectum formale quo
seu ratio beatificandi.
Respondeo explicando antecedens. id quo beatificamur tamquam ratione formali
obiectiva debet esse infinita et summa perfectio in genere entis
per modum primariæ perfectionis essentialis implicite inclu
dentis alias perfectiones simpliciter simplices, secus autem

Scilicet divina essentia quae proinde iure dicitur obiectum formale quo bea-
tificamur cum sit ratio videndi se ipsam et alias per-
fectiones quae respectu illius quasi radicalis et primariae
se habent quodammodo, veluti perfectiones rationis et materiales
illam complentes substantialiter ut supra expositum est.

Restat explicandum quomodo visio beata
specificetur ab essentia divina.

In hoc breviter ex iis quae suo loco in disputatione de specificatione
actuum in communi exposita sunt, supponendum aliud esse attendere
id a quo specificatur actus intrinsece et formaliter, aliud vero id
a quo specificatur obiective. Sed autem in aliis actibus intrinsece et formaliter
specificantur ab intrinseca differentia formali illos constituente
quae est talis species, nisi tendendi in suum obiectum illud quod alterius
generis ita est in praesenti de visione beata.

Ulterius sed in aliis actibus specificatio dicitur sumi obiective ab obiecto formali
non utcumque sed ut aiunt ab obiecto formali sub quo, nam cum obiectum
formale quod et quo hoc est ratio formalis obiectiva quae attingitur sit ipse
indifferens ut attingatur per diversos actus specificos sive ut determinativum,
sive obiectivum sive effectivum habuerit vim
determinandi potentiam ad modum tendendi specie diversum hinc est
ut specificatio actus sit obiective attendenda non in solo obiecto formali
quod aut quo sed sub quo hoc est sub determinativo unde queritur
determinatio ad talem aut talem modum specificum tendendi
ut explicuimus in materia de incarnatione disputatione 24. c. 2. disputatione
et alibi. Sic et suo modo in praesenti dicimus visionem beatam
specificari obiective ab essentia divina attendendo rationem obiecti
formalis quo sed sub quo. Et

ita quod visio beata specificatur obiective ab essentia divina quatenus est tale
obiectum formale sub quo sub tali concursu, in ratione speciei intelligi-
bilis et luminis gloriae determinantis intellectum beati ad talem
modum specificum repraesentandi ipsam divinam essentiam et me-
diante illa quasi in ratione formali obiectiva alias divinas perfec-
tiones pertinentes ad complementum substantiale obiecti rei

item ut creaturas quasi obm simpliciter male illi
extrinsecum.
notandum est, cum multa sint quae ad hanc
specificationem concurrant aliquando illam ab auctoribus solere
tribui uni rationi, aliquando alteri, et ad tollendam confu
sionem animadvertendum est, ut unicuique tribuat
suo modo, et ut fuerit causa, nempe extrinseca quod visio beata
sit consecutio summi boni et ultimi finis dici solet
eam specificari a ratione finis et boni, quod intelligendum est
in adaequate tamquam a ratione formali requisita in obiecto quod
attingit, ita ut nisi ipsum haberet in se rationem ultimi fi
nis et summi boni, illius visio non esset beatitudo neque
illud esset obm beatificans, sed quia hoc prout attingi
bile circa consecutione pertinet ad intellectum qui formaliter
ipsam rationem boni sit et veri et alias rationes obiectivas attin
git modo intelligibili ex quo attenditur veritas formalis actus
idcirco habita ratione in sub quo dici solet visionem beatam
specificari a ratione summi veri ut expositum est sub. disp. 1a
c. 9. sect. 3. diffic. 1a ad 2. obiectum —
id autem quod dici solet extrinsecum esse intellectus attingere verum
sub ratione veri seu quatenus est verum ita intelligi ut
specificatio seu reduplicatio cadat non circa solam rationem formalem
obiectivam veri quae et ab intellectu repraesentatur et a voluntate
amatur, sed specialiter circa medium sub quo veritas obiectiva
est intelligibilis seu attingibilis ab actu intellectus cui propria
est veritas formalis repraesentationis quam trahat obm prout
exercet rationem veritatis obiectivae, quae est mensura veri
tatis formalis repraesentationis conformis veritati obiectivae.
similiter cum dicitur extrinsecum esse voluntati attingere bo
num et finem sub ratione boni et finis seu quatenus bonum
et finis, id ita intelligitur ut specificatio seu reduplicatio
cadat non circa solam rationem formalem obiectivam boni et finis quae et a
voluntate amatur et ab intellectu repraesentatur sed specialiter circa medium
sub quo ratio obiectiva boni et finis est attingibilis a volitione
quam trahat obm prout exercet rationem boni et finis ut aiunt

mô appetibili alliciendo et finalicando.
hoc dere qmbq alijs varijs loqndi mys conterdunt gra
ves autores vt speciatim notat Egidius in q 4. d. 1. lib. 4. de
beatitudine finali q. 8. a. 3. nº 12 et 13. vbi dicit in obo bea
tifico rocm finalem beandi vt que ee deitatem rocm vl
finalem sub qua ee rocm veri et intelligibilis essentiam
que constituit finalem beatitudinem essalem in vissione
dei qª via asequutio obi beatifici ê mô intelligibili per
ipsam visionem quam comitatur tendentia voluntatis in
idem obm beatificum sub roe boni et appetibilis supponentis
illud iam fruendum consequutum et possessum per vissionem
vt exposuimus supra disp. 1ª c. 9. secti. ª etc.
insuper qª vissio beata attingit in deo in sô perfectionem
illius qt ê autor et finis supernalis sed etiam qutnalis
idcirco habita roe perfectionis quam attingit dici solet vissionem
specificari a perfectione supernali et nali dei; sicut etiam suo
mô dicit charitatem specificari a bonitate supernali
et nali vt explicuimus in ma de charitate disp. 6. c. 1º.
sed quoniam ipsa perfectio dei etiam vt autoris nalis
hoc ê qt vt dicit ordinem ad ctes nales et qutnali
nuê creabo ê abstractiue intelligibilis non potest
in se videri sine auxilio supernali et vissione supernali
vt ostenditur ex his que dicta sunt supra in hac disp. 1. c. 1. idcirco
habita roe obi finalis sub quo dicit vissionem specificari a per
fectione supernali dei.
ex predictis distinctionibus possunt explicari et conciliari multa dicta di
versorum autorum que aliás videntur posse ferre magnam con
fussionem et varietatem in hoc puncto de specificatione, tum vi
ssionis beatae, tum etiam aliorum actuum.
C. Disputatur an si deret vissio diuinae essentiae sine
attributis et personis foret finalis beatitudo.
1ª opº absolute afferit vissionem diuinae essentiae sine attributis et

a personis n[on] futuram beatitudinem formalem absolute ita
cum qui sic videret solam div[inita]tem essentiam n[on] futurus esset bea
tum. ita Caiet. 1. p. q. 12. a. 6. § quoad 2. paulo ante
finem, ubi ait: n[on] ex diminutione divinae pro[bationis] ex parte personis
vero sic scientibus sit ut impossibile sit aliquem esse vere
beatum et n[on] videre deum trinum et unum, Marcus
a fr[?]o. 1o. Sent. d. 1a. q. 6. post 1m an[?] § cessat Val. 1. p.
t. 1. disp. 13. c. 2. et in id magis inclinavit Salas ibidem
tr. 2. disp. 4. sect. 3. no. 31 ad 1m. 1. opinionis in 3. solutione
et alij.
2a op[inio] affirmat visionem divinae essentiae sine personis (si daretur) futu
ram fore beatitudinem formalem ac proinde formaliter beatum eum
qui illam haberet, ita signanter Scotus 4. Sent. d. 1a q. 2. a.
2. paulo ante finem § ad illud de quietatione et aperte
Bassolius ibidem a. 3. Mayronius q. 4. disp. 4. Palacius
disp. 3. ad 4. Molina 1a p. q. 12. a. 6. disp. 4. § quod vero ubi
sic ait: si per impossibile videretur divina essentia n[on] visis personis
qui illam ita videret simpliciter et formaliter esset beatus, Me
dina 1. p. q. 11. a. 4 post a[rgumentum] 5. ad. 1m
utramque praedictam sententiam esse probabilem adductis pro qua
libet plerisque et solutionibus late exponit Aegidius 1. p.
q. 14. t. 1. lib. 5. de visione divinae essentiae a. 7. ambiguus ubi § 3. no. 21.
dicat se potius inclinare in 2m asserentem asserentem
visionem divinae essentiae sine personis futuram beatitudi
nem, postea autem in eodem lib. 5. q. 12 no. 5. asserit
attributa divina esse de intrinseca ratione beatifici ita ut divina
essentia nisi sub cum attributis videatur n[on] possit videntem bea
re, et no. 6. subdit probabilius esse personas relationesque
personales n[on] pertinere per se ad formalem rationem beandi.
Sit ergo si daretur visio divinae essentiae sine personis esset for
malis beatitudo quoad rationem essentialem, n[on] tamen quoad rationem subs
talem quasi integralem. hoc ergo ut minimum dici con
tinetur in doct. Autorum 1. sententiae, immo neque dici videtur
negari a multis qui pro 1a sententia citari solent, nam ple

rique asserentes talem visionem non futuram beatitudinem videntur loqui de beatitudine perfecta non solum quoad rationem essentialem sed etiam quoad consummationem substantialem. ut indicant illorum fundamenta quae non aliud probant, cum aliunde asserant aut supponant solam divinam essentiam esse rationem formalem beandi.

explicatur et probatur, posita prima ratione formali essentiali in subiecto capaci non potest non fieri esse formalis primus essentialis, ut intelligitur ex ipsis terminis et in ductione. sed ratio formalis essentialis prima obiecti beatifici est divina essentia, personalitates vero sunt quasi in substantialis pertinentes ad illius complementum substantiale ut exposuimus dubitatione praecedenti in ... ergo posita visione divinae essentiae etiam si non viderent personalitates esset formalis beatitudo quoad rationem essentialem quamvis non quoad rationem substantialem quasi integralem.

eadem ratione videtur idem asserendum si darentur visio quae videret sola divina essentia non visis expresse et formaliter divinis attributis. nam haec sunt quasi proprietates divinae essentiae illam substantialiter complentes. ex eo quod non viderent formaliter et expresse solum sequeretur non dari beatitudinem talem quae esset substantialiter perfecta quoad visionem proprietatum, ceterum eo ipso quod esset visio divinae essentiae quae est prima ratio formalis essentialis obiecti beatifici, daretur formalis beatitudo quoad rationem essentialem.

data autem hypothesi quod conderetur aliqua visio quae videret aut omnes personalitates divinae aut aliquod aliud attributum non vero expresse et formaliter divinam essentiam, dico videtur illam etiam futuram quandam formalem beatitudinem imperfectam probatur, quia eo ipso quod esset visio alicuius rationis increatae et divinae esset consecutio intellectualis summi boni et ultimi finis quoad aliquam illius rationem perfectivam ... ... intelligere sufficere ad aliquam beatitudinem formalem imperfectam, nam a beatitudine formali perfecta et imperfecta abstrahi potest ratio communis consecutionis intellectualis ultimi finis ...

aut adeqte aut in adeqte, que n° coi conveniet consequutioni
intellectuali attingenti ultimum finem in adeqte
im aliqm 1m mercatam ptu inse. q illa verifici
posset quedam finalis beatitudo imperfecta ad differentiam aliorum
actuum qui nullo mo st consequutiones intellectuales
ultimi finis ut in se neqe adeqte neqe in adequate.

obij cus. 1° de roe beatitudinis finalis e ut sit con
sequutio dei sicuti e inse fa illud ej Joannis 1. no 2°
cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbi
mus eum sicuti e. p ut sit consequutio dei sicuti e inse
debet terari ad diuinam essentiam n so ut existentem
p etz ut subsistentem in tribus personis nam deus si
cuti e in se includit etz subsistentiam trium diuinarum
personarum. q si esset visio diuine esse sine per
sonis n esset consequutio dei ut e inse, ac inde n
esset beatitudo finalis

R distendo maiorem aliud e loqui de rate de roe
beatitudinis finalis perfecte n so quoad roem essalem
p etz quoad substalem quasi integralem; aliud vero
loqui de roe coi beatitudinis finalis ut cumqe siue sit per
fecta quoad utramqe roem siue n. qmbs igitur de
roe peculiari beatitudinis finalis priori mo sumpte
sit ee consequutum dei sicuti e inse existens et subsis
tens in tribus personis, atqe ita ideo dat finali beatitu
que dabr ex coi lege et pota ordinaria ut constat ex
coi doct colecta ex ss conciliis et a nro mo sit expositio
in hoc c. 4. ar. 1a. tn edn e de roe coi beatitudinis finalis
ut cumqe ac inde n repugnat aliqua beatitudo finalis
im roem essalem terata expresse ad diu essentiam sicuti e inse
existens n vo ut e subsistens per tres personalitates
diuinas. idemqe suo mo dm esi diua essentia esset subsis
tens so per unam personalitem absolutam.

ad speciem v. rem eam not. intuitiva etiam rem
substantialem satis est ut tendat ad illam existentem prout
existentem quamvis non videat illam prout subsistentem
unde recte Scotus 1. sententiarum d. 1. q. 2a a. 1. ad 2. ait ne-
cesse est terminum visionis esse aliquid existens in quantum exis-
tens, non tamen oportet quod subsistentia sit illius terminus. Ita nec
etiam ratione concedi solet daemonem habere notam intuiti-
nam humanitatis Christi quamvis non videat illam prout sub-
sistentem in verbo divino.

Dices: eo ipso quod esset nota solius divinae essentiae existentis prout
existentis esset nota abstractiva, quia abstraheret a sub-
sistentia, praeterea talis nota non tribueret divino supposito quod
solius esse, quod est contra illud commune axioma philosophicum actio-
nes sunt suppositorum. Item etiam contra illud theologicum in divi-
nis hypostases sunt omnia facientes. insuper illa non haberet
obiectum quod quod, sed quo, nempe ut supponitur, sed tenderet intui-
tive ad divinam essentiam quae est obiectum quo et non quod.

Resp. quamvis talis nota diceretur posset abstractiva in eo sensu
quod abstraheret a subsistentia hoc est expresse et formaliter non videret
subsistentiam non tamen esset abstractiva condistincta a nota intuitiva
prout sumitur in illa divisione qua nota dividi solet in abs-
tractivam et intuitivam, nam abstractiva nota condistincta
ab intuitiva est illa quae aut tendit ad rem non existentem, sed
sed potius aut si etiam tendit ad rem existentem non tamen prout
existentem, ut notant Scotus proxime citatus et alii, nempe
et tenderet ad rem existentem non tamen detrahit ab illa prout exis-
tentem, immo sed cognoscit illius existentiam ut aiunt argui-
tive ex alio obiecto cum quo habet connexionem in esse rei. ut
exposuimus supra in hac disp. c. 1. dist. 4. § ad illud. Ergo
illa nota quae tenderet ad divinam essentiam prout existentem quamvis
non prout subsistentem non esset abstractiva condistincta contra notam
intuitivam sed etiam supra no. id concedi solet de nota qua

demon videt humanitem xpi existem et ut existem
n̄ vō ut subsistem.
Pro dicta autē n̄ nota quibus n̄ tiaret expresse ad divinum
suppositum hoc et ad tres divinas personas adhuc tribuerit
illi tamquam efficienti in consensu quod dici solet ae
tiones ei suppositos ad qd tn̄ n̄ e necesse, ut ipsum suppositum
immediate per subsistiam influat in effem, neque etiā
ut per illam tret quamcumque notam intrinsecamque
hēri sūt de aliqua roē in illo inclusa. —
ad 2ᵘ talis vissio solius essiæ sine personis dicenda esset
heret obm quo aut qd pertinet ad mūm loqūi ambigu
um est varias acceptiones obi quo et qd. etenim noē
obi qd solet aliqdo denotari aliqd complexum subsistens
et hoc mō illa vissio n̄ tiaret expresse ad obm qd vi suppo
nit; alio mō denotari solet id qd attingit per actum per
se primo quatenus n̄ e ratio obiiua quamediante attin
gat aliū, seu ut dici solet obm qd saltem negative quā et id qd
attingit per actum n̄ est ut obm quo mediante actus ferat in
aliud; et hoc mō vissio solius essiæ divinæ quæ n̄ esset ratio videndi
aliud diceret heret pro obo qd ipsam essiam divinam.
2o obijat: vissio solius essiæ divinæ sine personis n̄ satiaret neque
redderet quietum appetitum videntis, nam ille ulterius
desideraret videri quomō essia esset subsistens et terata per
personalitatem quia illa n̄ esset finalis beatitudo, nam hæc debet
satiare et quietum reddere appetitum.
Rs negando ans., vere n̄ illa vissio satiaret appetitum et red
ret illum quietum quā esset consequutio summi boni et ulti
mi finis quoad essiam deitatis eo mō quo tunc ex divā vo
luntate proponeret. neque ille absolute desideraret aliam
vissm, quā heret appetitum omnino conformem divinæ vo
luntati ita ut conquiesceret in cognū vissionis quæ ex illius
ordinaoē tunc sibi statueret. sicut eo mō quilibet beatus
conquiescit in gradu suæ beatitudinis finalis, neque absolute

desiderat gradum aliorum sibi superiorum qui melius et clarius vident Deum; et in ordine naturali appetitus hominis et Angeli conquiesceret in consequutione Dei quatenus est unius et Autor naturalis est ut in eo statu esse poterant consequendus.

3. obijcit. una persona divina non potest de potentia absoluta videri sine alia: ergo neque divina essentia sine personis. consequentia probatur quia videtur eadem ratio, immo et a fortiori cum quaelibet persona sit realiter distincta ab alia non vero essentia a personis.

Respondeo autem probatur 1° ex illo Ioannis 14. n° 9. Philippe qui vidit me, videt et patrem meum. quibus verbis denotari videtur necessaria connexio personae Patris et Filii, ac proinde etiam Spiritus Sancti (qui ibi subintelligitur) in ratione visibilis ita ut nulla una persona non possit non videri alia. 2° probatur ex D. Aug. to. 3. lib. 1. de trinitate c. 8. post medium ubi sic ait: Sive ergo audiamus ostende nobis filium, sive audiamus ostende nobis patrem tantundem valet quia neuter sine altero potest ostendi, unum quippe sunt. 3° probatur ratione quia unum correlativum non potest videri sine alio; nam ut ait Aris. in loco ex de his quae ad aliquid paulo ante finem. necesse est si noverit quis aliquid relativorum definite nosse etiam aliud ad quod refertur. ergo non potest videri persona Patris sine persona Filii quae est correlativa illi et ut patri; neque persona Patris et Filii sine persona Spiritus Sancti; quae est correlativa utrique est ut spiratori.

aliqui in hoc puncto constituunt discrimen inter notam apprehensivam et indicativam ita ut asserant per notam apprehensivam intuitivam non posse etiam de potentia absoluta ~~non posse~~ cognosci unam personam sine alijs aut essentiam sine personis, bene vero per notam indicativam. ita Sotus 4. sententiarum d. 49. q. 3. a. 3. conc. 2. et alij. Sed si sermo sit de utraque nota intuitiva non assignatur ratio discriminis satisfaciens ob quam sit dicendum intuitivam

notam iudicatiuam non vero apprehensiuam posse dari intrinsece ad vnam personam sine alijs aut ad essentiam sine personis vt bene notant Scotus 1. p. libr. libr. c. 2. 3. nº 8. Egidius 1º q. tº 1. lib. 5. de visione Dei essentiae & 1. 4. a. 5. nº 8 et alij. Si autem sermo sit de nota abstractiua qua voce dictum fuerit posse dari aliquam huiusmodi notam indicatiuam quae abstractiue ref. ad vnam personam non vero ad alias aut ad essentiam sine personis, idem etiam suo modo dici poterit de nota abstractiua apprehensiua.

Ad praedictam igitur obiectionem absolute potest negari ans. quia nulla efficax ratio repugnantiae ostenditur ob quam dicendum sit de potentia absoluta non posse produci aliquam notam quae sit intuitiua vnius personae non vero alterius quibus ipsi sit illi correlatiua, repraesentet eam abstractiue quod sufficit ad terminum relationis.

Ad 1m probationem admittendo illa verba referri etiam ad visionem beatam, quibus habeant etiam alias expositiones de cognitione per fidem aut aliam cognitionem non beatificam, potest dici sermonem esse de communi lege et potentia ordinaria, si verba referant ad visionem essentiae et personarum in suas proprias voces formales vt colligitur ex contextu, nam ibi satis fit philippo petenti Domine ostende nobis patrem, nempe eo modo quo iuxta communem legem ostendendus erat vt bene notant Scotus 1. sent. a. d. 1a. & 2. a. 4 et alij ibi et locis infra citandis.

Quare ex illis verbis nullum colligi firmum fundamentum contra sententiam asserentem de potentia absoluta posse videri essentiam sine personis et vnam personam sine alijs in propriis earum voces formales recte obseruant Vasq. 1a. p. te to. 1. disp. 4. 8. c. 3. Egidius 1ª q. tº 1º lib. 5. de visione Dei essentiae & 14. a. 3. nº 22. Salas ibidem tract. 2. disp. 4. sect. 3. nº 24 vbi specialiter in propositione amplectitur alium sensum quo etiam refertur ad potentiam absolutam ita vt denotet visso filio propter vnitatem essentiae videri etiam necessario patrem et spiritum sanctum maxime in substantiam seu entitatem deitatis in qua sunt vnum. Et hoc sensu ipse

salas ibi refert multos PP et alios graves auctores, sed omisso examine huius expositionis et aliarum, quas alii reijciunt, quod ad praesens attinet sufficit prior expositio assignata.

ad 2. probatum R. eodem modo quo diximus ad 1.m, neque enim ver bis aut contextu d. Aug. ostendit illum locum de spa. ab soluta, respectu visionis essentiae et personarum formalis, immo suas propriaes voces formalis. idem quod dum. c. de aliquibus testimoniis aliorum PP. specialiter v.o de monte. d. theol. diximus supra in hac. c. 4. ante 1.m difficultatem.

ad 3. probatum R. distinguendo ans. quibus unum correlativum non possit videri quin cognoscat aliud, non tamen necesse est illud aliud cognosci intuitive, sed satis est cognosci abstractive quoniam relatio solum exigit ut cognoscat quasi terminus rationes connexionis cum suo correlativo quod est cognosci abstractive, nisi aliunde habeat etiam illius notitiam intuitivam. neque illud dictum Aris. asserit unum correlativum non posse videri quin etiam videat hoc est intuitive cognoscat aliud; sed solum asserit ut cognito uno definite seu determinate cognoscat aliud, sufficit autem non ut cognoscat abstractive tamquam terminus in dari quo importatur respectus connexionis cum suo correlativo ut recte notant egidius n.is 1.o. lib. 4. de visione diaq. essentiae R. 14. a. 4. n.o 20. et alij.

4 obijcit. beatitudo formalis supernaturalis intro debet esse notitia supernaturalis quidditativa dei nam in hoc differt a beatitudine formali naturali quae foret in statu purae naturae. sed non potest esse notitia quidditativa dei nisi clare videat omnia quae pertinent ad quidditatem et substantiam dei cuius non est divina na attributa et tres personalitates. ergo neque de spa absoluta potest intro dari ulla beatitudo formalis supernaturalis quae non repraesentet intuitive haec omnia.

R. distinguendo maiorem et minorem. si sermo sit de beatitudine formali supernaturali perfecta qua absolute et simpliciter dicatur

videri deus nisi ipso clare et distincte ut nunc communiter dicit videri a beatis. verum quod illam quae sua peculiari ratione ita perfecta debere esse notam quidditativam intuitive latam ad omnia pertinentia ad quidditatem et substantiam dei quoad rationes formales quasi specificas in qualibet linea, ut exposuimus in hoc c. 4 ex 1a et 2a in cap. progressu et in hac disp. 6. ad 1m obiectionem. ceterum inde non infertur de potentia absoluta repugnare aliam formalem beatitudinem supernaturalem imperfectiorem quae non tenderet expresse ad illa omnia et esset cum dicta beatitudine formali naturali, quia esset actus circa substantiam rationis supernaturalis attingens expresse intuitive aliquam increatam rationem dei ut etiam explicabimus in hac disp. 6. in c.

haec autem non esset absolute et simpliciter clara nota quidditativa dei an vero dicenda esset clara nota quidditativa alicuius rationis divinae cum non inhaereret clare aliquid essentiale implicito in ea ratione includitur diversio a quibusdam aliquos negantes et alios asserentes quae non tam videtur esse de re quam de modo loquendi propter varias acceptiones notae quidditativae, quas distendimus ita ut illa non esset nota quidditativa stricte sumpta in consensu quo hoc nomen denotari solet nota dicta repraesentans quidquid sive implicite sive explicite saltem quoad rationem formalem quasi specificam includitur essentialiter in ea ratione cuiusque dicitur esse absolute et simpliciter nota quidditativa, nihil tamen obstat illam dici notam quidditativam latiori modo denotante notam in adaequatam rationis essentialis circa id quod expresse importatur in ea linea ad quam tendit actus.

5. obiicitur: si esset solius visio divinae essentiae non visis essentialibus attributis per illam non videretur divina bonitas quae est verum quia quia voluntas non nisi summa bonitate visa rapitur in amorem. quod illa non esset formalis beatitudo, nam haec debet

ei ultimi finis consecutio habens sibi annexum amo
rem quasi proprietatem.
Resp. 1º. explicando maiorem, quamvis per illam visionem
non videretur attributum divinae bonitatis, sed tamen abstrac
tive cognosceretur modo supra exposito in hoc. c. 4. diffic. 4.
ad primum obiectum excitaretur voluntas ad illius amorem
sicut et suo modo in ordine naturali tamen ex evidenti cognitione abs
tractiva divinae bonitatis excitaretur voluntas ad illius
amorem.
Resp. 2. omissa maiori etiamsi neque abstractive tunc repræ
sentaretur attributum divinae bonitatis. item etiam omissa mi
nori, distinguendum cons. illa visio non habens annexum amo
rem, non esset formalis beatitudo perfecta cui ex sua pecu
liari ratione convenit habere necessario annexum amorem; esset
tamen aliqualis beatitudo formalis imperfecta quatenus
esset consecutio ultimi finis sub aliquam illius rationem
prout diximus inadaequate, ut ex positione pro in hac diffic. 6. post
tertium.
3. Respondere posset, visa quacumque divina perfectione etiam sine ex
intuitive, neque abstractive repræsentaretur formalis bonitas sed
attributum condistinctum ab ea perfectione nihilominus vo
luntatem fore necessario rapiendam in amorem eius perfec
tionis. quia quaecumque divina perfectio visa prout in se etiam si vi
deatur inadaequate pro suam infinitatem clare quamvis
inadaequate perspectam habet vim rapiendi voluntatem
in sui amorem, quia tunc diceretur ad illam rationem obiectivam
trahi sub ratione boni prout ut hoc nomen denotat motivum sub quo
appetitivus ex parte actus sui accommodato modo loquendi
parte obiecti attribuitur bonitas haec divina perfectio prout appetibilis etiam
si non supponatur expresse ea peculiaris ratio obiectiva quae dicitur
bonitas formalis condistincta ab aliis rationibus obiectivis ad eum modum
quo oculus corporeus dicitur versari circa colorem sub ratione
visibilis quamvis visibilitas non sit peculiaris ratio obiectiva

acdore condista que videat vissione corporea, sed tali mo loquendi denotatur mus sub quo ipsa ratio divina coloris est attingibilis a visu corporeo. sed hec . solutio que forte sublata confusione ex usitatis mis loquendi ambiguis vere est satis solida et ni diget examine de quo alibi.

Caput. 5. an quilibet beatus videat omnes, aut saltem aliquos actus liberos divine voluntatis.

cum preced. c. dictum sit de perfectionibus narico[?] n[?] deo existentibus ad quas trahitur vissio beata superest hoc c. dm de divinis actibus liberis an et quo mo videantur a beatis. pro quo supp[on]endum est quamvis deus narico[?] n[?] coacte sed spontanea sue infinite perfectionis necessitate et se ipsum diligat et in rerum creabilium possibilitate complaceat ac proinde respectu horum obtorum divine voluntatis actus sit et dicatur absolute narieus[?], libere tn vult creaturarum productionem et existentiam ita ut absolute possit eam n[on] velle. unde respectu eorum que ad creaturas fiunt aut n[on] fiunt divine voluntatis actus est, et dicitur absolute liber. ut ex dochi[?] fidei certum ee adductis testimoniis SS. conciliorum et PP. ostenditur suo loco in disp. de voluntate dei 1. p. q. 19. a. 3o.

an vo actus liber divine voluntatis addat aliquid intrinsecum supra illius actum narium dissensio est inter autores loco proxime citato. iam autem cuiori consensu in scholis recepta videtur sententia negans quam late relatis variis modis diversorum autorum ex ponit salas[?] tr. 1. lib. 3. disp. 1a sect. 8. verisimilior vo mus ad pre sensi instituum suppositus videtur iste ut actus divine

biis ipse ibi[?] 8. potius in tn opp. tum ut a dicitur.

voluntatis dicat liber intrando, narius aut in essendo quoad roem determinatam deo, nempe q̃ nihil sive reale sive formale intrinsecum deo potuit illi abesse. idcirco quilibet actus dei dicit narius in essendo quoad roem deo intrinsecam. cum hoc autem stat coire deo actum liberum intrando q̃ illa met vitalis volitio quae quoad roem deo intrinsecam ... naria ad ipsum deum et ad rerum creabilium possibilitatem narie trata potuit non trahi ad productionem existentiam creaturarum ac proinde libere ad illam trahat. unde actus liber praeter roem deo intrinsecam quasi in recto in portatam connotat existentiam futuram productionem et existentiam creaturarum, quae libere posset a deo non poni idemque suo modo dicendum de connotatione rerum moralium aut negationum seu privationum ad quas divina voluntas libere potuisset non trahi. —

cum autem ex parte liberam tratam divinae volitionis ad diversa quae circa creaturas fiunt aut non fiunt distant nostro intelligendi modo roem explicitam divini actus liberi qui etiam dici solitus libera dei decreta et consilia divina quidem ut cum dicitur, aliud fuisse in deo decretum creandi mundum aliud praedestinandi aliquos angelos et homines. aliud puniendi reprobos ergo in hoc sensu locum habet quaestio proposita an quilibet beatus videat omnes aut saltem aliquos actus liberos seu proprias eorum rones quibus ipsi beati per visionem beatam non faciant inter illos proprie distinctionem rois ronatae ut in simili explicuimus. c. praeterita distinctione.

aliqui asserunt existentiam visionis beatae, nec de facto a beatis videri nec posse videri nullum actum liberum seu decretum divinae voluntatis. ita Vasquez 1. p. t. 1. disp. 50. c. 4. num. 3. ubi sic ait: beati visione clara essentiae divinae non possunt intueri decretum voluntatis ipsius quo aliquid producere decrevit ergo. sed opposita sententia communior et explicanda ... subijciendam

sit ergo: non omnes beati vident in deo omnes actus liberos divinæ voluntatis, singuli tamen vident aliquos plures aut paucioresque iuxta diversitatem sui status. hæc ergo continet duas partes cum diverso gradu certitudinis. modo exponendo.

prior pars quod non omnes beati videant omnes actus liberos divinæ voluntatis, ab aliquibus asserit esse certam fidem, sed non est unde ostendatur tanta certitudo ut notat S. 1a. p. tr. 1. lib. 2. c. 24. no. 3. ubi tamen addit non carere temeritate asserere omnes beatos videre omnia consilia et omnes rationes divinæ voluntatis, quod etiam observant salas ibi q. 1. tr. 2. disp. 4. sect. 9. paulo post init. et alij.

colligitur ex eiori doct. cum D. th. 1a. p. q. 12 a. 7. et 8. et q. 160 a. 1. ad 1m. et 3. p. q. 10 a. 2. et 3. et de veritate q. 8. a. 4. ad 1m et alijs locis in quibus asserit aut supponitur non videri ab omnibus beatis omnia decreta seu consilia divinæ voluntatis et Angelos inferiores illuminari a superioribus circa aliqua huiusmodi decreta ut desumitur ex D. Dionisio de cælest. hierar. c. 7. et de divin. nominibus c. 3.

ratione autem ita probatur quia si omnes beati viderent omnes actus liberos dei cognoscerent etiam omnia preterita præsentia et futura, ad quæ terminantur omnes actus liberi dei. id autem non est conforme doctrinæ collectæ ex qq. a. et [illegible] iuxta quam soli animæ christi conceditur quod videat hæc omnia ad quæ extenditur scientia visionis dei. ut docent. D. th. et alij 3. p. q. 10 a. 2. corp. et ad 2. et 3. [illegible] plurimus in magistri deri carnos disp. 29. c. 3.

posterior vero pars quod singuli beati per visionem beatam videant aliquos actus liberos divinæ voluntatis plures aut pauciores iuxta diversitatem sui status non est tam certa sicut præcedens, colligitur tamen ex eodem doct. cum D. th locis relatis in priori parte huius ceteris. idque specialiter docent S. ibi citatus in [illegible] c. 24. no. 6. et salas ibidem etiam relatus in illa sect. 9. no. 144. et Ægidius 1a q. t. 1o lib. 5. de visione divinæ essentiæ q. 11. a. 1. no. 1. et alij.

fabent testa aliquorum PP ut D. Aug. t. 3. lib. 4. de ciuitate Dei c. 25. et 34. et lib. 7. c. 22 et lib. 11. c. 7. et 29. et t. 3. lib. 4. de genesi ad literam c. 24. 25. et 34. D. Bernar. lib. 5. de consideratione ad Eugenium c. 4. D. Laurentij Justiniani in lib. de casto connubio c. 19. et aliorum PP quatenus signant a beatis pro suum statum cognosci diuinam voluntatem eius consilia et dereuelationes et quibus aliqua huius non testa exponant de cognitione per speciales aliquas reuelationes extra diuinum Verbum tamen quedam etiam admittunt sensum de cognitione in diuino Verbo ut ex contextu et adiunctis indicatur cum aliunde nihil sit quod non oppositum vrgeat.

Probatur quia non repugnat per visionem beatam videri actus liberos diuine voluntatis, nulla non efficax ratio in oppositum affertur, et quod de facto a singulis beatis videantur aliqui plures vel pauciores pro suum statum consentaneum est tum doctrine SS. PP. et grauium theologorum locis relatis, tum etiam perfectioni status beatifici, ut ex qua ipsius beatitudo satiatur eius tum desiderium quo singuli beati visionis cum aliunde nihil obstet merito optare possunt videre in deo libera decreta, consilia, ac res diuine prouidentie ad suum statum pertinentia. Quoniam non est cur id negetur. Pro hoc specialiter facit illud quod in concilio prouinciali Senonensi habetur t. 4. conciliorum in decreto 13. quod est de veneratione Sanctorum paulo post initium sic dicitur: beatis per vium et omniforme illud diuinitatis speculum in quo quod quod eorum intersit illucescit. que verba admittunt sensum predictum.

Obiectiones contra dicta.

1º obijcitur: illud quod ad Corinth. 1. c. 2. quae dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. quibus verbis signatur occulta dei decreta consilia a nemine cognosci nisi a solo spiritu dei. Ergo nullus beatorum

videt ullum decretum seu consilium divinae voluntatis.

Resp. in illis verbis sensum esse neminem nisi spiritum dei qui se ipso persuasit viris scire occulta decreta et consilia ipsius dei. unde ibi non negatur illa posse sciri per vires supernaturales deo volente illa manifestare. id quod notant s. PP. et expositores ibidem et alij autores locis supra citatis in 1a et 2a parte eius.

2o obijcit. liberum dei decretum non addit supra divinam naturam necessarium aliquid reale intrinsecum. Resp. responsum datur. ergo in visione divinae essentiae non potest videri. probatur consequentia quia essentia divina eodem prorsus modo intrinseco se haberet si deesset tale decretum liberum cum hoc nihil illi intrinsecum addat ut supponitur. ergo ipsa essentia divina visa non potest esse ratio videndi illud cum eadem res manens omnino invariata et eodem modo quoad suam rationem intrinsecam visa non potest esse ratio videndi aliquid quod alias non videret. quia ut dicitur in axiomate idem in quantum idem semper natum facere idem.

Resp. quidquid sit de anti: de quo infra neganda est consequentia ad cuius probationem omisso anti. negatur consequentia ad illud autem in quo probatur Resp. eadem res summe perfecta huiusmodi est divina essentia manens omnino invariata supposito tamen aliquo extrinseco connotato requisito potest esse ratio videndi aliquid quod alias non videret defectu talis connotati; et illud commune axioma ita intelligit idem in quantum idem semper natum facere idem supposito id quod aliunde est requisitum etiam de connotato.

Divina igitur essentia propter suam summam perfectionem in ratione speciei intelligibilis et obiecti habet vim determinandi intellectum ad visionem, qua videat quidquid existit, ut existit, et quia ut existat liberum dei decretum requirit de connotato aliquid quod est in divina volitionis aliquo et creaturam fiat... non fiat et potuisset libere adeo non fieri fieri hinc est ut etiam si ipsum decretum dei liberum non addat aliquid intrinsecum

sui actum necessarium tum ex suppositione essentiali connotati ad illud requisiti possit videri rõe divinæ essentiæ existentis per modum speciei intelligibilis et objecti, rõe cujus ipse deus suo altissimo modo videt sua libera decreta. hoc ipsum dove quibus aliter in nõ loquendi exponunt S. 1a parte lib. 1. lib. 2. c. 24 nº 44 et alij.

Pro eã ans. prædictæ objectiones cum dicit liberum dei decretum nõ addere sup.ª divinum actum necessarium aliquid reale intrinsecum pro suo respectu rõis, quoniam hoc dictum est ambiguum ad varios sensus ut tollat confusio oportet pro rõe præsentis instituti breviter id exponere. notandum ergo illud solere intelligi varijs modis, inter quos qui dicunt actum liberum dei esse solum denominationem extrinsecam a productione creaturæ aliquo ponendæ ex vi divinæ volitionis quæ libere potuisset eam nõ ponere.

Sed hæc sententia si ita intelligatur ut asserat in actu libero dei nõ includi increatum actum vitalem intrinsecum deo nõ potest defendi; quia cum ex S.S.ª et PP. et oĩ doct. theologorum atque ex debita rationis ratione constet deum nõ metaphorice sed proprie velle creaturarum productionem. id nõ posset proprie salvari nisi includeret increatum actum vitalem divinæ volitionis tendentis ad tale obm. pro hoc sensu vim habent fundamenta quæ afferunt salas 1a 2æ tract. 3. disp. 1a. sect. 8. § 2. anno 87. et alij quos ibi refert. neque hunc sensum negat Vas. ut aliqui immerito illi tribuunt nam ipse aperte 1a p. to. 1º disp. 80. c. 2. nº 6. sic ait: cum deus dicitur velle creaturarum productionem hoc modo loquendi nõ solo respectu rõis sed etiam vitalis operationis l. ipsa essentia dei ad modum vitalis operationis ac proinde aliquid deo intrinsecum denotat.

sionem infinitam quae non contineret omnes gradus possibiles
sui ordinis ad modum quo in deo omnia possibilia per utrumque
requiritur ad comprehensionem siquidem non videri cuiuslibet
infinitudini continere omnes gradus possibiles sui ordinis. unde
ex infinita vissione, ut cumque non sequi comprehensionem dei
docent Salas 1.a 2.ae tomo 1.o tract. 2. disp. 4. sect. 6. num. 99. et
alij.
Verisimilior ratio videtur si supposita doctrina sua exposita in
hac disp. c. 2. quod vissio beata sit omnino simplex et in
divisibilis sine ulla ratione graduum extensionis neque inten
sionis dicatur illam non esse capacem ullius infinitatis cha
racteristicae, quia cum sit simplex et indivisibilis, ut suppo
nitur, non potest habere, ullos infinitos gradus neque extensionis neque
intensionis qualis est infinitudo quae intelligi potest in qua
litatibus. atque hanc rationem docere quibus diversimode
in his et in aliquibus contra suam sententiam adiunctis sig
nificat. S. 3. p. tomo 1.o disp. 26. sect. 3. si attendantur ea quae
ibi dicit § quod in hunc modum et § concludi vigitur et §
altera vero pars —
Si autem placeat in sententia concedente vissioni beatae com
positionem ex gradibus intensionis non apparet alia pro
babilior ratio ob quam dum sit illi repugnare infinitu
dinem nisi quod ex limitata natura qualitatis creatae et creabilis
verisimiliter intelligitur illam non esse capacem tantae perfec
tionis ut cum excellentia ordinis supernalis habeat identice
coniunctam infinitudinem. quae ratio locum habet

etiam in gratia habituali et in quacumque alia re super
naturali creata et creabili cum aliunde in hoc ordine
gravius authoritatis pondus vigeat quibus consideratis
oppositum in accidentibus naturalibus in quibus respectu inferiorem
ordinem ex eo quod illis identice conjungeretur infinitudo non con
gueret tanta perfectio illis repugnans. Fieri enim potest ut
aliqua ratio valeat identice conjungi in rebus inferio
ribus in quibus respectu ordinem inferiorem non coalescit
perfectio earum limitatis non repugnans quae non coalesce
ceret si illa ratio identice conjungeretur in rebus su
perioris ordinis. v.g. ratio principii sufficientis ad producen
dum effectum sibi similem sine indigentia alterius vir
tutis superadditae concedit calori, non tamen vel subsistenti
atque creabili, quia verisimiliter intelligitur fore nimiam
perfectum cuius limitatis non repugnantem si cum ex
celentia ex principalis primariis et radicalis haberet per
se rationem principii sufficientis ad producendum effectum sibi
similem sine indigentia instrumenti superadditi:
notandum autem non cum praedicta contra asserente
impossibilitatem infiniti actu seu chathegorematice
in visione beata et lumine gloriae et quacumque alia qua
litate supernaturali non repugnare quod huius modi accia va
leant de potentia absoluta augeri in infinitum sincatha
thegorematice ita ut nullus terminus finitus assignari possit
ultra quem non valeant plus et plus augeri, ut de cha
ritate docet D. Th. 2. 2. q. 24. a. 7. Corpus et ipso
huiusmodi ubi disp. 6. c. 7. et peculiariter etiam de gratia habituali
Christi domini in prima 3e, in carne disp. 19. c. 5. specialiter
autem etiam de lumine gloriae et visione beata ex late
relatis multis autoribus explicat Salas 1a 2ae to. 1o. tr.
2. disp. 4. sec. 8. — Verum consequenter ad doctrinam prae
dictam quod lumen gloriae et visio beata sint qualitates
simplices et indivisibiles dum autem extensas illis convenire

qd dicant posse plus et plus augeri seu intendi quatenus quacumque hujusmodi qualitate simplici designata potest dari alia simplex perfectioris rationis individualis, cujus una dicit quasi virtute magis intensa seu intensive perfectior quam alia ut explicuimus fusius in hac disp. c. 2. ad 2. objectum

Caput 7. an beati per visionem dei videant omnes creaturas existentes in qualibet differentia temporis, aut saltem omnes ad suum statum pertinentes.

Sententia fuit aliquorum omnes beatos per visionem dei videre omnes res existentes in quacumque differentia temporis. quae sententia refertur et impugnatur communiter ab auctoribus infra citandis et ex dicendis confutabitur.

1ª conclusio non omnes beati per visionem dei vident omnes res sive res existentes in qualibet differentia temporis. hanc conclusionem aliqui docent esse ita certam in fide, ut asserant oppositam esse haereticam aut erroneam idque probant ex variis testimoniis scripturae quibus significatur etiam Angelos sanctos et beatos nescire aliquas res existentes. in c. Isaiae 63. n.º 1.º quis est iste qui venit de edom. quae verba indicant, ipsos Angelos id quasi nescientes interrogare. in simili c. psal. 23. n.º 8. quis est iste Rex gloriae. 3. c. ad ephesios. 3. n.º 10. ut innotescat Principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam etc. Matthaei 24. n.º 36. de die illa et hora nemo scit, neque Angeli caelorum. quod etiam habetur Marci 13. n.º 32.

Sed ex his et aliis testimoniis supra quod admittant aliam expositionem non colligi tantam certitudinem prout dicta conclusio docent S. 1. p. lib. 1. lib. 2. c. 27. n.º 4. salas 1ª q. 4. t. 1. lib. 2. disp. 4. sect. 10. n.º 105. et alii. unde primum testimonium ab aliquibus ita exponitur, ut l. non intelligatur de Angelis sed de ipso

Propheta illud interogante, aut sicut refertur ad Angelos illi tamen non esse ignorantia, sed quia admiratione affecti sint, quamvis videant illud interogare. et eodem etiam modo respondetur ad 2. testimonium. —
3. vero testimonium a multis exponitur aut de malis Angelis quibus aliqua innotescunt per ea quae vident fieri in ecclesia; aut sicut ibi includantur boni Angeli sensus sit aliqua eis innotescere quasi per scientiam experimentalem eorum quae fiunt quamvis illa praecognoverint per scientiam beatam.
4. autem testimonium non ostendit esse certum in fidem quod Angeli beati omnino nesciant determinatum diem judicii ut notant S. et Salas citati. nam in illo textu additur neque filium scire illum diem, quod tamen non ita intelligitur quasi filius hoc est Christus dominus etiam quatenus homo omnino illum nesciat. Respondetur quamvis in dum dicat aliquis nescire id quod scit sub secreto ad non dicendum aliis unde dicit facere alios illud nescire ut exponit D. Aug. et alii quos exposuimus in materia de incarnatione disp. 2. S. c. 3. ad 1.m in 2. testimonio ibi adducto specialiter etiam S. 3. p. q. 10. a. 2. in commentario. a. paulo ante. S. notatum ex praedicto testo tamen colligi Angelos nescire diem judicii ad dicendum aliis. an vero in quo omnino nesciant ex hoc loco non colligit sed neque oppositum. et ibi sententiam asserentem Angelos scire diem judicii refert Abulensem negantem vero Sotum. et subdit utramque divinare opinionem tamen Soti, maiori coniectura niti. praeterea Salas in praecitata disp. 4. sec. 11. no. 165. et alii dicunt non esse improbabile quemlibet beatum scire in verbo diem judicii.
Si tamen testa adducta non ostendant praedictam esse non esse ita certam in fidem ut oppositum sit hereticum aut

Severoneum; nihilominus tn̄ illa censendā certa ex
cōi consensu colluto, 2a ex positionem multorum qd partim
ca predicta testa, partim vel alia, ut etiam observant S. et
Salas sup.a citati § qd ex hiis peculiarit. v.o hoc etiam asseri
solet illud Danielis. 10 n.o 13: Princeps Regni Persarum
resistit mihi et ecce michael unus de principibus primis
venit in adiutorium meum. qui locus a pleris que exponitur
de Angelis beatis diversorum Regnorum custodibus quorum
quilibet suo Regno favens resistebat alteri qui nesciebat
sedni ammnicare esset adeo dispositum, et preterea addaci
solet illud ex Apocalipsis 7. n.o 2. et 3. de Angelo qui voce
magna clamavit 4.or Angelis dicens: nolite nocere
terre et mari etc. ubi supponit illos 4.or Angelos Sanctos
et beatos non fuisse prescios eorum que tunc ex dei decreto
fore efficienda, monendi ab alio Angelo.
Ulterius id probatur ex cōi doct. qua Angeli inferiores dicunt
illuminari a superioribus, 2a id qd D. Dioni. et D. Th.
docent locis sup.a relatis in hac disp. c. 5. post ce.m in priori
pte ubi supponit non omnes Angelos beatos et Sanctos
videre in deo omnes occultas cordium cogitationes et ac
tus liberos et omnia preterita presentia preterita et futura
qd id specialit. concedi soli anime Xpi 4 pt. amplitudinem
sui Status ut loco ibi citato explicuimus.
3a ce.o Singuli beati per visionem dei ex rebus aliquo dispositis
sive naturis sive liberis vident eas que pertinent
ad suum Statum. hec ce.o et neget ab aliquibus asse
rentibus ex vi visionis dei non videri a beatis ullam
creaturam qd solum deum ut docent autores quos
refert et sequitur Vasq. 1a p. to.o disp. 5. c. 6. coit.o m.
3a doct. d. Thom. statuit in sententia asserente visionem beatam
trari etiam ad creaturas quasi ad obiectum secundarium ut expo
suimus sup.a in hac disp. c. 3. ce.e 2.
4a num autem loquuti notandum in omniscientia suo
non concedi hanc Xpm qd beati videant in verbo omnia

ad suum statum pertinentia. Et cum dupliciter dici soleat aliquid videri in verbo ut aiunt aut causaliter aut formaliter diversimode illa propositio exponitur in diversis sententiis; nam in sententia asserente nullam creaturam videri formaliter ex vi visionis beatae consequenter dicitur communis propositio qua beati dicuntur videre in Verbo omnia ad suum statum pertinentia intelligi causaliter, ita ut sensus sit non ab illis videri quia sunt beati videntes deum qui est causa efficiens in illis alias speciales revelationes per quas cognoscunt creaturas ad suum statum pertinentes ut aiunt in se ipsis in suo proprio genere, imo Vasq. in praedicta disp. 5. c. 7. no 46. et 47. addit non solum in beatis sed in viatoribus locum habere quod dicantur videre aliqua in verbo dei aut in deo. (in eius praescientia, quia deo revelante illa cognoscunt et subdit dicuntur potius haec videre in verbo quam in patre et spiritu sancto quia cum verbum procedat per intellectum opera revelationis ipsi appropriantur sicut opera gratiae spiritui sancto. —

Sed in sententia asserente visionem beatam trahi etiam ad creaturas praedicta propositio qua singuli beati dicuntur videre in verbo omnes res ad suum statum pertinentes intelligitur formaliter ex vi visionis dei et quoniam de singulis rebus praeteritis praesentibus et futuris quaenam de ratione in particulari videantur a singulis beatis non est satis exploratum idcirco communiter a theologis traditur haec regula illis qua singuli beati dicuntur videre in Verbo omnes res ad suum statum pertinentes. Sic d. th. 3. p. q. 10. a. 2. corpore unusquisque quidem inquit in verbo cognoscit non quidem omnia simpliciter sed tanto plura quanto perfectius videt verbum nulli tamen beato deest quin cognoscat in verbo omnia quae ad ipsum spectant. idque exponunt Cajet. ibidem et coll. alij ibidem et supra q. 12. a. 8. Vasq. c. 5. Moli disp. 5a membro 3. ad 5. et membro 6. Salmant. lib. 2. c. 28. no. 15. Salas. 1.2. q. 10. Arr. disp. 4. sec. 11. no. 163.

4. Egidius lib. 5. de visione dei c. 19. a. 4. no. 17.
a quibus referunt plures alii.
Pbr. 1º et eod. in concilio Senonensi decreto 13. dicit
beatis in divinitatis speculo ilucescere qd qd eorum
interest. qd dictum retulimus supra in hac disp. c. 3.
post am. et in eius probatione. 2º pbr et aliis s. PP. ebidem
citatis et quibus hoc colligitur.
3. Et explicatur et pbr hac congrua ratione collata cum d. Th.ª
4. Sententiarum d. 45. q. 3. a. 1. corpore. et 3. 3ª gent. c. 59. con
sentaneum est ut perfecta beatitudo (siquidem est
status omni bonorum aggregatione perfectus, et finis
ultimus quo conquiescit appetitus) realiter perfectissime
satiet appetitum beati quoad omnia quae recto et
ordinato desiderio potest optare sibi realiter equivalenter
conferri, nam ut ait d. Aug. tom. 3. lib. 13. de trinitate
c. 5. ad f. beatus non est nisi qui et habet omnia quae
vult et nihil vult male. et cum visio beata sit
perfecta beatitudo realis essentialis consentaneum est
ut eius illius respectu sentiant singulis beatis ea om
nia quae pertinent ad suum statum siquidem id non est
impossibile ut ostenditur ex dictis supra in hac disp. c. 3. ubi
responsum est ad argumenta opposita neque affert ullum in
conveniens sed potius conveniens perfectioni status
beatifici, et merito quilibet beatus potest recto et or
dinato desiderio optare qd sibi realiter conferri equivalenter realis
beatitudinis et re ipsa ita fieri tenent doct. collectam et 55ª
et PP. tradit communior sententia graviorum theologorum cum d. Th.
locis
5. Ut in predicta regula ulli qd beati videant in deo om
nia quae ad suum statum pertinent communiter conveniant authores
tu vari differentiunt in applicatione eorum quae in particulari
a singulis beatis videntur et ut notentur, s. f. lib. 1º.
lib. 2. c. 24. no. 1º et alii. respice est valde incerta sigi

certum autem suppositis diversis difficultatibus exponendum
est quod sit verisimilius.

16 difficultas de rebus nobis quae videntur a beatis.

a° c. Singuli beati vident in deo totam huius universi fabricam, illius quoque ordinem et dispositionem et omnia genera et species rerum in illa existentium. ita d. th. attentis iis quae docet 3° contra gent. c. 59. et 1a p. q. 12. a. 8. ad 4. ubi communiter id explicant illius expositores et alibi plures alii quos referunt et sequuntur S. 1a p. tr. 1° lib. 2. c. 28 no. 3. Salas 1a 2e tr. 2° disp. 4. sect. 11. no. 161. Egidius lib. 5. de visione divine essentie q. 19. a. 4. no. 23. —

probatur authoritate et ratione in communi ex quo deducitur etiam hoc punctum particulare et illud, quod supposuimus disputatione 1a in hoc c. post cap. 2. in 1a et 3 probatione. prima pars pro hoc in speciali facit id quod d. Aug. t. 3. lib. 4. de genesi ad literam c. 24. initio. (verba sunt illius interserenda et confirmant hoc propositum) ait: cum sancti Angeli semper videant faciem dei, universam creaturam in qua ipsi primi sunt conditi in ipso verbo dei prius noverunt, quibus verbis et aliis additis in eodem capite et sequentibus docet Angelos beatos videre in verbo universam creaturam quam deus genesis 1. dicit creasse per sex dies quae communiter vocantur opera sex dierum ubi ut patet includuntur tota huius universi fabrica huius quoque ordo et dispositio et omnia genera et species rerum in illa existentium, quae d. Aug. dicit cognosci ab Angelis beatis in verbo dei, eandem autem cognitionem illius mente communem esse etiam hominibus beatis colligitur ex eo quod in illo met. c. 24. initio dicit illos esse in hoc sensu equandos angelis beatis, et quoad hoc etiam intelligit idem quod d. th. 1. p. q. 89. a. 8. corpore versus f. dicit animas sanctorum deum videntes esse equales Angelis beatis quod etiam aperte quantum ad hoc punctum docet ipse

D. Th. et com. alij locis citatis § precedenti.
notandum autem 1° quibus aliqui predictam con-
ita explicent ut asserant a beatis videri in deo om-
nes species perfectas rerum existium in toto universo non
vero omnes species imperfectas, sed probabilius videtur illam
esse intelligendam de omnibus speciebus etiam imperfectis ut
notant ... in sup.a dicto c. 28. no. 10. Egidius in illo a.
4 citato no. 25. et alij nam doct. et sententia D. Aug.
et D. Th. locis proxime relatis sunt locum generaliter
de omnibus speciebus rerum existium neque est cur excipiant
aliquas cum aliunde neque ex gravi autoritate, neque ex
ratione quod quam obstet.
ex speciebus autem non rerum possibilium que numquam sunt future sunt
quibus beati cognoscunt in verbo plures aut pauciores
prout magis aut minus perfecte vident deum ut colligitur
ex omnibus sententiis D. Th. et aliorum locis sup.a citatis post
con.m 2. § prima sententia, et explicuimus superius c. 6. a.e 2.a
2° notandum est cum aliud sit loqui de omnibus
speciebus rerum existium, aliud vero de omnibus illarum indi-
viduis quod singuli beati non videant in deo omnia earum
individua docet aperte D. Th. 1. p. q. 12. a. 8. ad 4. et
exhibet hanc rationem quia inquit naturale desiderium rationalis
creature est ad sciendum omnia illa que pertinent ad
perfectionem intellectus et hec sunt species et genera rerum et rationes
earum idcirco hec in deo videbit quilibet videns essentiam
divinam; at cognoscere singularia et cogitata et
facta eorum non est de perfectione intellectus creati, neque
ad hoc eius naturale desiderium tendit etc. et ideo infert
non omnia hec videri in deo a singulis beatis.
Pro ca.a hanc rationem D. Th. est distas. 1° quia ipsemet 1. p. q. 14.
a. 11. corpore initio ait: cognoscere singularia pertinet

ad perfectum nram. 2o qa vere expressi tris intelligitur eadem
portare aliquam perfectum intus sive practici sive
speculativi quot ipsa singularia vere fuerint cognita
aut practice aut speculative, et in idem inclinare nali
desiderium. quare respondere pot id qd Moli. 1a p.
q. 12. a. 8. disp. 3. m. 2. et alij ibi respondent. D. th. quod
in priori loco citato dicit non esse de perfectione intus creati
cognoscere singularia etc. non velle qd id nulla om
nino sit perfectio intus creati sed qd non sit tanta perfectio
ut oporteat omnes beatos cognoscere in deo omnia
singularia. Sane qa ex modo loquendi autoris non per
fectionis intelligi solet ea quae dicit finalis et quasi in
tensiva cum singularia sint rationem specificam solum
addant rationem quasi materialem et extensivam inde
fit ut accommodate ad talem modum loquendi non dicant
addere perfectionem dare tamen non negat per illa impor
tari aliquam perfectum materialem.

itaque qd ad rem attinet dicimus a singulis beatis non videri in
deo omnia singularia operum existium eaque dare contendunt
D. th. in priori loco citato et coiter illius expositores ibidem
et alibi saepe specialiter qui exponunt, Moli. S. Salas et cog
dicus supra relati. fundamentum autem est. qd docet Scg. et sap
et ex qua colligitur multa singularia latere beatos ut proba
tum est supra in hoc c. cc. 1a. atque hoc fundato supposito bona
congruentia ratis ex eo qd singularia non addant perfectum finalem
et quasi intensivam variabus speciejs ad quas intensive in
clinat nale desiderium qd expedit satiari per beatitudi
nem finalem cum aliunde nihil obstet.

non tamen negandum est a singulis beatis videri in deo multa sin
gularia ut aperte docent D. th. 3. 3a gent. c. 55. et 1. p. q.
9. a. 8. et 3. p. q. 10 a. 2. et 2a 2ae q. 83. a. 4. ad 2. et
coiter alij in his et alijs locis et sigillatim recentiores

proxime citati. et quidem cum singuli beati ut supra dictum
est videant in deo omnes species rerum existentium, non vi
dent illas in communi præcisas a singularitate sed in singulari
existentibus, cum autem aliquæ sint in uno solo indi
viduo ut species completæ incorruptibiles nempe An
geli et cæli hæc omnia individua vident in deo singuli
beati; clare enim conspiciunt omnes Angelos existentes
et omnes cælos ut peculiariter notant Salas in supra citata
disp. 4. sect. 11. no. 162. et alij. ex reliquis vero speciebus haben
tibus sub se multa individua non diversa singuli bea
ti vident plura aut pauciora prout magis aut minus
perfecte vident deum aut suum statum ut continetur in
communi doctrina supra exposita in hoc c. dubio 2.a et amplius ostendetur
ex infra dicendis.

2a difficultas de rebus supernalibus et misterijs
fidei quæ videntur a beatis.

aliqui absolute asserunt singulos beatos videre in deo
omnia misteria fidei quæ crediderunt in via. id quod docent
esse ita certum ut censeant oppositum esse herroneum aut
periculosum. sed nullo firmo fundamento videtur ostendi
id esse ita certum ut notant S. egidius et alij infra ci
tandi. quare adhibenda videtur limitatio subjicienda.

Sit ergo. singuli beati vident in deo præcipua misteria
fidei et probabile est illos videre in particulari omnia quæ
crediderunt in via. colligitur ex D. Th. 1. p. q. 1. a. 2. corpore
quatenus dicit nostram theologiam suadere ex principijs fidei
quæ nota sunt lumine superioris scientiæ quam habent deus
et beati. ubi quamvis non deducit a singulis beatis videri in
particulari omnia misteria fidei, saltem non supponit
videri præcipua. Et ex 1a 2æ q. 4. a. 3. corpore ubi dicit cogni
tionem imperfectam quæ in via habetur per fidem respondere in patria
visionem.

Specialiter vero id de misterio trinitatis explicat 1ª q. c. 1.
a. 5. corp. dicens: ea quæ de trinitate credimus nos
visuros speramus. et ad id afert illud 1ª ad Corinth.
13. nº 12. Videmus nunc per speculum et in enigmate
tunc autem facie ad faciem. ex quo loco sic colligi
certum est a singulis beatis videndum esse deum, tamen neque
ex hoc, neque ex aliis scripturæ locis quæ afferri solent
(ut ex eodem c. 13 nº 10. cum venerit quod perfectum
evacuabitur quod ex parte) et 2ª ad Corinth. 3. nº
18. nos autem revelata facie &c, ostenditur certo
colligi quod videnda sint in particulari omnia quæ cre
dita sunt per fidem ut notant expl. 1. q. 1°. 3. litt. 5. de
visione divinæ essentiæ c. 17. a. 4. nº 46. et S. 1. p. litt. 1°
lib. 2. c. 28. nº 3. et postea nº 5. advertit hanc tamen
opinionem quod singuli beati videant in deo misteria
fidei quæ in via crediderunt esse inter graviores scholas
ticos magis receptam.
probatur ex eo quod d. Aug. t° 5. lib. 20. de civitate dei. c. 21. pau
lo post initium ait: videbimus deum et omnia illa quæ
nunc non videmus credentes &c. idemque colligit ex d.
greg. lib 18. moralium. c. ultimo et aliis P.P. ubi supra
post conm. 2m in 1ª et 2ª probatione. ratio autem quoniam
est, quia cum visio in patria succedat loco fidei habitæ
in via consonum est illi respondere visionem eorum
quæ fuerunt credita et satiari iustum desiderium
videndi illa cum aliunde nihil obstet et communi con
sensu sit receptum saltem de præcipuis fidei misteriis
unde aliqui addunt talem limitationem ut dicant om
nes beatos visuros esse in verbo omnia misteria fidei
quæ in hac vita crediderunt saltem præcipua ut notat
salas. 1. 2. q. 1°. litt. 2. disp. 4. sect. 11. initio et nº 150
dubitari solet an omnes beati in visione
misteriorum fidei sint futuri æquales. et

et an illa sint videnda in singulari quoad omnia individua.
Et quoad perfectum intentionis seu claritatis in visione horum misteriorum certum est non omnes beatos futuros esse aequales, nam pro diversitate meritorum et gratiae ac luminis gloriae alij, alijs perfectius vident deum et alia in illo.
At vero quoad extensionem seu multitudinem misteriorum fidei. aliqui ut S. 1. p. tt. 1° lib. 2. c. 26 nō. 6. dicunt probabilit credi posse omnes beatos visuros esse omnia misteria credita in ecclesia militante saltem quoad res praecipuas specificas seu essentiales, quia in quirunt gratum de esse fidei et pie affectionis habitualis omnibus fuerunt paratiad credenda omnia et veluti per accidens quod non omnes actu crediderint omnia. sane in hoc puncto nihil apud autores video exploratum. neque video cur negetur esse probabile quod S. et alij asserunt cum praedicta limitatione de omnibus misterijs in ecclesia creditis saltem quoad res praecipuas et specificas.
Quoniam vero aliqua sunt misteria fidei non multiplicata in pluribus individuis sed pertinentia ad unum solum individuum ut ea quae sunt propria dei aut Christi domini aut beatae virginis, constat haec ab omnibus beatis videnda esse in singulari quoad suum individuum ut notat S. citatus. alia vero misteria fidei quae multiplicantur in pluribus individuis, v.g. sacramentum eucharistiae in multis hostijs consecratis, et resurrectio in multis hominibus, quamvis in deo videnda sint quoad aliqua individua, non oportet videri quoad omnia eorum individua ut recte observant S. et alij citati.
2ª Dist. an singuli beati videant in deo occultas aliorum cogitationes

actus liberos futura contingentia
et orationes ac preces quae ad illos funduntur
praeter autores qui olim asserebant nullam creaturam
videri ex vi visionis dei ut quos diximus supra in hoc c.
ca. 2a ex aliis etiam autoribus illud ulterius non asserentibus
aliqui specialiter in hoc puncto docent beatos non vi
dere in deo orationes ac preces quae ad eos temporis de
cursu funduntur sed illas cognoscere ex speciali revelatione
dei extra verbum, qualiter quamvis dicant eas cognoscere in
verbo causaliter, ut supra exposito in hoc c. post ca. 2. § sed circa
minimum. ita Scotus 4. sententiarum d. 49. q. 3. a. 3. post ... Durandus
1. p. q. 12. a. 10 ad 1. pro firmatione 4. arg. citari etiam solet Caiet.
3. p. q. 10. a. 2. § circa hunc processum. sed ibi non loquitur absolute
sed de his quae pertinent ad beatos non aspicio suae beatitudinis
sed postea ipsi, et alibi 2. 2. q. 83. a. 4. in responsione ad
2. aliter sentire videtur ut infra exponet.
Sed dicendum est singulos beatos ex omnibus aliorum cogitationibus
actibus liberis et futuris contingentibus videre in deo ea quae
pertinent ad suum statum ac proinde etiam orationes et preces quae
ad illos funduntur. haec conclusio continetur in communi doc
trina asserente beatos videre in deo ea quae pertinent ad
suum statum ut ex d. Th. et aliis ostendimus supra in hoc c.
post ca. 2. § sed in sententia in punctum ibi adductum in 1a.
2. et 3. probatione habet etiam locum pro hac conclusione.
pro qua specialiter faciunt sequentia testimonia. primo d. Augustinus
l. 22 in libro de civitate dei c. 29 ad finem ubi agens de statu beati
tudinis sic ait: deus nobis erit notus atque conspicuus ut
videatur spiritu a singulis nobis. et subdit: patebunt cogitationes
nostrae invicem nobis. quae verba ex contextu aperte intel
liguntur ita ut a singulis beatis per visionem dei videant
aliorum cogitationes pertinentes ad suum statum. inde
autem a paritate rationis verisimiliter colligit idem et dicendum de
aliis quae in conclusione sunt proposita. praeterea 1o. 9. in lib de diligendo

deo paulo ante f. c. 18. de beatis dicit: patebunt singu
lorum singulis mentes &c. notandum tamen de hoc
lib. quibus habeatur inter opera d. Aug. t.o 9. in apendice
non satis constare an sit ipsius d. Aug. ut signatur in censura
Lovaniensium illi prefixa. censetur tamen gravis autoritatis.
2us d. Prosperi lib. 1. de vita contemplatiua c.
4. paulo post initium ubi idem dicit eisdem verbis.
3. d. Greg. lib. 12. moralium c. 13 ante medium ubi
dicit animas beatorum scire etiam ea quae in hac vita agunt quia
inquit quae intus omnipotentis dei claritatem vident
nullo modo credendum est quia foris sit aliquid quod ignorent.
quod dictum (ut etiam colligi ex alijs locis ipsius d. Greg. sic
probatis. c. 6. ad 1m) conuenienter intelligitur ita ut a sin
gulis beatis videantur in deo non absolute et simpliciter omnia
sed omnia quae spectant ad suum statum. et in hoc sensu
locum habet id quod d. th. 1 p. q. 89. a. 8. corpore paulo ante
finem ait: magis videtur 3m sententiam Greg. quod animae sanc
torum videntes deum omnia praesentia quae hic aguntur cog
noscant. ipse autem d. th. 3 p. q. 10. a. 2. corpore exponit
a singulis beatis cognosci in verbo non omnia simpliciter
sed omnia quae ad ipsos spectant ut etiam explicat 4. sententiarum
d. 45. q. 3. a. 1. —
4. d. Bernardi in sermone de triplici genere bonorum paulo
ante f. ubi agens de statu beatitudinis ait: nihil latebit
nos. o sapientia quae tunc omnia quae in caelo et quae in
terra sunt perfectissime cognoscemus in ipso fonte sapientiae re
rum omnium cognitionem vincentes. quae verba fratres com[muniter] doct[ores]
referunt non ad omnia simpliciter sed [?] subtantum [?]
ad omnia pertinentia ad statum cuiusque beati. ut ex
d. th. dictum est § praecedenti.
5. d. th. et praeter alia loca relata in qq. generaliter asserit sin
gulos beatos videre in verbo omnia pertinentia ad suum
statum peculiariter. pro hoc quod videant etiam orationes et preces quas
ad illos fundunt facit id 2. 2. q. 83. a. 4 ad 2. sic ait:

beatis ut greg. dicit 12. moralium c. 13. manifestatur illud quod decet eos cognoscere de ijs quae circa nos aguntur etiam quantum ad interiores motus cordis. maxime autem excellentiam eorum decet ut cognoscant petitiones ad eos factas vel voce vel corde, et ideo petitiones quas ad eos dirigimus deo manifestante cognoscunt etc. neque contra negent hec verba deo manifestante intelligi specialiter quia visionis beatae cum ipsa admittant talem sensum quem alibi locis supra citatis explicat d. th. de alijs rebus ad statum beatorum pertinentibus: de quibus contra adem ratio. unde etiam Cajet. in praedicta q. 83. a. 4. in responsione ad 2. signat hunc ei sensum d. th. et probat. quia requirit haec litera d. th. habet quod maxime excellentiam beatorum decet cognoscere petitiones ad eos factas ita ut videant eas in verbo quoniam beatitudo ipsa summa excellentia est.

6. id docent magister in 4. d. 45. § [illegible] forte et ibidem etiam d. th. q. 1. a. 1. corpore Capreol. q. unica a. 1. Palud. d. 49. q. 2. a. 3. S. 1. p. [illegible] lib. 2. c. 28. no. 13. Salas 1. 2. q. 4. [illegible] tr. 2. disp. 4. sect. 11. no. 177. Egidius ibidem lib. 3. de visione divina essentiae q. 19. a. 4. no. 33. a quibus referunt alij.

probatur quia fundamentum praecipuum quod contra eiusdem doctrinam supra expositam in hoc c. [illegible] 2. concedit a singulis beatis videri in deo alia pertinentia ad suum statum habet etiam locum circa ea quae supposita [illegible] in [illegible] huius dicti [illegible] unde etiam circa preces et orationes quae ad beatos funduntur, neque illo fundamento supposito ostendit peculiare discrimen urgens praecipuum quod non sit concedendum hec etiam a beatis videri in deo. unde in concilio provinciali Senonensi [illegible] t. 4. conciliorum in decreto 13. quod contra de [illegible] contra hereticos asserentes a sanctis qui in [illegible] non audiri nostras preces affert hoc fundamentum quod beatis speculum sit omni [illegible] divinitatis speculum in quo quod quod eorum interest illucescat, ubi supponit quod sancti beati in deo vident alia ad suum statum pertinentia ita etiam preces et orationes quae ad illos funduntur.

Confirmat quia certum est a beatis cognosci preces et orationes quae ad illos diriguntur ut constat ex communi ecclesiae traditione, alioqui frustra ad illos funderentur. id quod communiter in omni sententia debere esse certum docent autores, ubi supra speciatim late Belar. tomo 1. controversia 7. generali lib. 1. de Sanctorum beatitudine. c. 18. 19. et 20 Suppositis autem coeteris doctrina quod beati videant in deo alia ad suum statum pertinentia non minus facile et consentaneum est dicere quod videant etiam in deo nostras preces et orationes ad illos directas. Unde Belarmi. in illo lib. 1. c. 20 ad 3. argumentum at quod ex his. dicit hanc sententiam esse simpliciorem probabiliorem eam quod probat alia ratione a posteriori. quia si indigerent Sancti noua revelatione ecclesia non diceret ita audacter omnibus Sanctis orate pro nobis quod peteret aliquid a deo ut eis revelaret preces nostras. deinde inquit non posset reddi ratio tam facilis cur Sancti nunc (cum iam sunt beatissimi) vocentur et ante aduentum Christi non invocarentur. —

Si autem inquiratur quaenam sint res ad statum cuiuslibet beati pertinentes videndae in verbo.

Dico de eis omnibus in particulari nobis non constare generatim autem praeter illa quae in communi de omnibus beatis dicta sunt supra in hoc. c. conclusione 2. et diffic. 1a 2. et 3. ad duo genera reducuntur alia. primo eorum omnium quorum notitia requirit ut singuli beati exerceant suas actiones prudentissime et iucundissime ut Suarez. supra citatus in illo. c. 28. no. 16. et alij notant. 2° eorum de quibus deus singulos beatos extra suum statum habere specialem curam etiam circa ea quae fiunt in hac vita v. g. fundatoribus Religionum incumbit illarum cura et cuilibet beato cura eorum quae illi sunt commissa.

quibus autem Cajet. 3. p. q. 10. a. 2. § ad hunc processum ita distat ut asserat a singulis beatis videri in deo ea omnia quae ad illos spectant tunc cum primum fiunt beati; alia vero quae postea succedunt non videri in deo sed cognosci per alias speciales revelationes. verior tamen sententia et sequenda docet non solum priora sed etiam posteriora videri in deo simul a singulis beatis ab instanti suae beatitudinis ut exponunt Moli. 1. p. q. 12. a. 8. disp. 5. m. 6. § hic tamen, S. ibidem tom. 1. lib. 2. c. 24. no. 17. Salas. 1a 2ae tomo 1° tract. 2° disp. 4. sect. 11 no. 166. et alij. probatur quia fundamentum supra positum quod beati videant in deo ea quae pertinent ad suum statum quod ut colligitur ex D. Th. et alijs supra citatis tradit generaliter et aeque habet locum in ijs quae ante et quae post beatitudinem contingunt; siquidem visioni beatae propter suam perfectionem consentaneum est ut statim a primo instanti repraesentet omnia non solum praeterita sed etiam praesentia et futura quae expedit videri a quolibet beato propter suum statum. atque hoc amplius ostendet cum infra dicendis.

4. Dissolvuntur aliquibus obiectionibus —

1°. obijcit auctoritas D. Aug. t°. 4. in lib. de cura pro mortuis agenda. c. 13. paulo post initium ubi docet: *quasi etiam sanctos mortuos nescire ea quae fiunt in hac vita. idque* probat hoc indicio quia *inquit si rebus viventium interessent ne ipsum pia mater nulla nocte deseret ipsa. absit enim ut facta sit vita feliciori crudelis.* ergo sentit beatos non videre in verbo ea quae in hac vita fiunt ac proinde nec preces nec orbes quae ad illos fundunt.

Respondetur imprimis hanc obiectionem solvendam esse in omni sententia cum certum sit orces et preces ad beatos directas cognosci ab illis aliqua ratione sive in verbo sive

extra verbum ut dictum est disp. praecedenti § 2 sic
malles. quare d. th. 1. p. q. 89. a. 8. corpore et ali
ibi Rect. d. Aug. non dixisse illud de rate asserendo sed dubitan
do et inquirendo. ut colligitur ex eo quod ipsemet in illo c. 13.
praemittit dicens: ut vollet accipiat quis quod dicam sive
bus viventium interessent aig mortuis ipsa. praestat di
ficultas quam ipse d. Aug. in eo c. et alijs ibi sequentibus addit ver
ba quae illud videntur astruere, specialiter vero c. 15. initio
sic ait: proinde fatendum est nescire quidem mortuos quod hic
agatur.
quare aliter Bellar. to. 1. controversia 1. generali lib. 1. de Sanctorum
beatitudine c. 20 ad 3. arg. ad 6. testimonium Rect. d.
Aug. in eo loco loqui de cognitione et conversatione natu
rali et modo humano, quia contendit mortuos non cognoscere
naturaliter res nostras contingentes; neque nobiscum conversari
modo humano. Unde non negat ab illis supernaturaliter cog
nosci multas res nostras ut constat ex his quae docet ibidem
c. 15. et 16. notanda autem sunt verba quae ibi c. 15. pau
lo ante medium ita habent: possunt spiritus mortuorum
aliqua quae hic aguntur, quae necessarium est eos nosse et quae
necessarium non est eos non nosse, non solum praeterita vel praesentia
verumetiam futura spiritu dei revelante cognoscere. Et
non omnes homines sed Profetae dum hic viverent cognoscebant
neque ipsi omnia sed quae illis esse revelanda dei providen
tia iudicabat. et c. 16. non longe a medio: intelligen
dum inquit est quod per divinam potentiam martires vivo
rum rebus interfuerint, quoniam defuncti per naturam
propriam vigorum rebus interesse non possunt. —
ex his verbis aperte constat d. Aug. non negare quod mor
tui cognoscant supernaturaliter multas res nostras siquidem
asserit illas a multis spiritu dei revelante, et per divinam
potentiam cognosci; neque solum videtur contendere illos non posse

nalit cognoscere omnes res nras et more humano
nobiscum conversari. sed ulterius etiam vult neque supp
nalit de facto omnes beatos scire omnes res nras
sed (ut ipse loquitur) scire illas quas necessarium eos
nosse, et quas necessarium non e, eos non nosse prout dei pro
videntia iudicat expedire. hoc autem idem est ac dicere a
singulis beatis non cognosci omnia praeterita praesentia et
futura sed ea quae eorum statum secundum ordinem divinae
providentiae expedit ab illis cognosci. [illegible] autem quod dicit
has res cognosci spiritu dei revelante, et per divinam
potentiam signat illas non cognosci naturaliter sed supernaturaliter; an
vero per revelationem extra verbum, an in verbo ex vi vi-
sionis beatae ibi non determinat ex aliis vero locis ipsius D. Aug.
et aliorum PP. colligit beatos in verbo videre ea quae ad
suum statum expedit illos scire ut probatum est supra. diffic.

2. objiciunt aliqua testa Scripturae quae signare vi-
dentur a beatis non videri in deo res pertinentes ad suum
statum ut danielis 10. no. 13. Princeps Regni persarum
restitit mihi et michael unus de principibus venit
in adiutorium meum. ubi indicat Angelos beatos diver-
sorum Regnorum custodes sibi invicem restitisse quia nesciebant
quidnam deus disposuisset de illis Regnis suae custodiae com-
missis ac proinde de eorum statum pertinentibus.
Ad hoc arg. solvendum etiam est ab adversariis qui trasse-
rant a beatis non videri in verbo res pertinentes ad suum
statum asserunt non illas cognosci per revelationem extra
verbum. quare Resp. ex eiusmodi locis Scripturae solum colligi
quod non omnes beati vident in verbo (neque etiam alio modo
extra verbum) omnes res singulares existentes in
qualibet differentia temporis ut oppositum est supra in hoc c. a. i.
verum hoc non stat quod videant eas res quae regulariter per
tinent ad suum statum secundum communem legem et ordinem divinae
providentiae. quo pacto intelligere [illegible] Doct. supra tradita a. 2.

et diffe. 3. unde quo de aliquibus rebus quae etsi alioqui censeri possent contineri sub statu aliquorum beatorum spali aliquo fundo, tamen docet 333 aut P. .l. aliunde consti terit eas ab illis non videri eo ipso intelligendum illas secundum com legem et ordinem diuinae prouidentiae non per tinere ad eorum statum, nempe quae ut loquitur D. Aug verbis supra relatis in solutione ad praecedentem obiectionem tales res non sunt ex illis, quas necesarium sit eos nosse, et quas necesarium non sit eos non nosse, et quas dicta prouidentia iudicat expedire eos nosse. —

in hoc sensu intelligendum videtur id quod multi ut S. q. Moli, Salas, et alij supra citati diffe. 3. docent speciali quas spales rationes secundum ordinem diuinae prouidentiae excipiendas esse a visione beatorum multas res in particulari, nempe admittenda est exceptio ubi spali aliquo fundo grauis authoritatis et rationis fuerit probata, et tunc dicendum eas res secundum com legem et ordinem diuinae prouidentiae non pertinere ad statum eorum beatorum qui illas non vident, atque ita relinquitur com(m)unis coiori doctrina asserente a singulis beatis videri in deo omnia quae secundum com legem et ordinem diuinae prouidentiae pertinent ad eorum statum ut probatur et adductis supra in hoc. c. post eam 2. et diffe. 3. neque in hac. est rerum nobis occulta (de qua etsi in simili D. Aug. l. 4. in lib. de cura pro mortuis agenda. c. 16. ait: ista quaestio vires intelligentiae meae vincit: quia res haec altior est quam ut a me possit attingi, et secretior quam ut a me possit ...) [illegible] malem a scientibus ista perquirere) ostenditur alia aptior regula ad illius resolutionem.

3. obijcit: si quilibet beatus videret in deo ea quae secundum com legem pertinent ad statum quem habuit, inuit et regularit orationes aut preces ad illum dirigendas, sequeretur inde multos sanctitate et meritis aequales alijs imo etiam inferiores habituros esse inaequalem visionem beatam perfectiorem alijs. sed hoc cons est falsum nam perfectio visionis com

mensura gradus sanctitate et meritis. unde in concilio florentino (quod etiam dicitur 8. synodus generalis et habet t. 4. conciliorum.) sessione ultima in litteris unionis dicitur ex beatis meritorum diversitate alium alio perfectius videre deum. quod etiam arguit 2. falsum. sequella probatur quia contingere potest ut multi sanctitate et meritis aequales alijs immo etiam inferiores habuerint in via statum ampliorem v.g. Regis aut Pontificis, aut fundatoris alicuius religionis, ad quem statum pertinent plura quam ad statum aliorum. item etiam contingere potest ut ad illum fundendae sint plures preces. ergo si haec omnia sunt ab illo videnda illius visio erit perfectior.

Respondeo negando sequellam, et ad illius probationem negando consequentiam quia rectissimo ordine divinae providentiae et iustitiae retribuentis premium pro sanctitate et meritis fiet ibi compensatio ita ut ille excessus quem propter amplitudinem status habent alij sanctitate et meritis aequales aut inferiores circa plura individua contingentia sui status aliunde compensetur in alijs circa plura obiecta sive aliquo existentia pertinentia ad commune ecclesiae statum sive possibilia et numquam futura, ut notant, Vasquez 1. p. q. 12. a. 10. ad 4. § ad argumentum 2 Moli ibidem a. 8. disp. 5. in 6. § denique. Suarez ibidem lib. 1. lib. 2. c. 28. no. 9. Medina 1. p. q. 12. a. 12., Salas 1. 2. q. 1. tr. 1. lib. 2. disp. 4. sect. 11. no. 169 et alij, a quibus etiam assignantur aliae solutiones quarum aliquae ex praemissis et supra dictis cum quibus concordant, aliae vero quae ab illis discordant confutandae sunt ex fundamentis supra positis. —

adde etiam cum deus (ut dicitur in a actionate quod expressimus post nam dispensationis in lib. ubi annexo de poenis peccatorum c. 5. ad 5.) premiet ultra condignum aptedici potest visionem beatam etiam ultra id quod Ret meritis extendi ad repraesentandas plures res sive aliquo existentes pertinentes ad statum cuiusvis beati sive

polis et numquam futuras.
4. obijcit: idem lumen gloriae quod est sufficiens ad repraesentandam aliquam naturam specificam est etiam sufficiens ad repraesentanda omnia illius individua, sed omnia individua etiam inter nos actuum liberos et effectuum contingentium quos vident aliquis beati ad cuius statum pertinent videntur etiam ab omnibus alijs beatis. consequentia probatur: quia omnes habent lumen gloriae sufficiens ad repraesentandum naturas specificas talium individuorum, ergo etiam inde etiam omnia individua illarum, si regume ans.
ipsum autem ans. probatur 1.º quia cum individua non addant rationem specificam perfectam speciale ad illa omnia repraesentanda non videtur requiri maior perfectio luminis gloriae quam sit illa quae est sufficiens ad repraesentandam illorum naturam specificam. 2.º probatur a simili: quia in ordine naturali eadem species intelligibilis quae sunt in angelis est sufficiens ad repraesentandam aliquam naturam specificam est etiam sufficiens ad repraesentanda omnia illius individua ut signare videtur D. Th. 1. p. q. 57. a. 2. corpore et ad 2. et 3. et ibi exponunt varij et alij. sed etiam in ordine supernaturali suo modo dici potest idem lumen gloriae quod est sufficiens ad repraesentandam aliquam naturam specificam etiam sufficiens ad repraesentanda omnia illius individua nam eadem videtur esse ratio proportionis, imo et a fortiori cum lumen gloriae sit principium superioris ordinis supernaturalis.
ea ans huius obiectionis an idem lumen gloriae quod est sufficiens ad repraesentandum (intelige suo modo in actu 1.º quasi determinatum principium proportionatum ex parte sui effectivae repraesentationis) aliquam naturam specificam sit etiam sufficiens ad repraesentandum omnia illius individua est dissensio inter autores. sententiam affirmantem tenent aliqui ut Moli. 1.ª p. q. 12. a. 8. disp. 5. m. 8. initio. consequenter autem in hac sententia ad obiectionem propositam respondent conanso antecedente negando consequentiam quia peculiariter de individuis inter nos actuum non intellectualis ut sunt cogitationes et volitiones et alij actus contingentes occulti pendentes a voluntate libera

dat specialis ratio ob quam illa omnia in actu 2.o vi
deant ab omnibus beatis q.a lumini gloriae etsi
quantum est ex se in actu 1.o haberet vim n. debet ad
id applicatio et concursus nisi iuxta mensuram diae ordi
nationis supplentis conditm requisitam ex parte q.a li
bere sine cuius consensu aut aliquo alio ex parte dei su
plente illius vicem nequeunt cognosci internae cogita
tiones et volitiones et alii actus interni liberi et occulti
sicut etiam suo modo in ordine nali conceditur species intelligi
biles nales Angelis inditas quibus quantum est ex se in actu
1.o sint sufficientes tn n. posse habere actum 2m. repre
sentandi internas cordium cogitationes et affectiones
et alios actus occultos liberos nisi dependenter a consen
su eius libere ut docent D. Th. et alii 1.a p. q. 57. a. 4. —
3.o Sententia negans idem lumen gloriae quod est sufficiens
ad repraesentandam aliquam naturam specificam sufficere
etiam ad repraesentanda omnia illius individua videtur p
babilior et sequenda ut eam sequi videntur S. 1. p. lib.
1.o lib. 2. c. 27. si attendat ea quae docet ibi a no. 13. usque
ad. 15. et. c. 28. no 12 et. 13., et Salas. 1. 2. t. 1. tr. 2. disp.
4. sect. 11. no 162. ad 4. et no 163.
probat autem simul etiam soluendo obiectionem propositam ad quod
negandum est ans. et ad 1m probatur dum quibus individua
n. addant nec speciem perfectam specialem addunt tamen materialem
et aliqua noua perfectione repraesentare actu naturam specificam
et simul etiam omnia illius individua quam repraesentare solum
ipsam naturam specificam aut etiam aliqua individua. un
de n. est necessarium ut qualitas habitualis quae est principium de
terminatum sufficiens ad efficiendum aliquem unum
actum versantem circa aliquam naturam specificam aut
etiam aliqua individua sit etiam sufficiens ad efficiendum
actum qui simul versetur circa illam naturam specificam et
omnia individua. neque ullo firmo fundamento ostendit
id conuenire lumini gloriae. Ad oppositum colligi ex coiori
doct. supra tradita disp. 3 in qua supponit n.a in ipso

estate cuiuslibet beati videre in deo omnia indi
vidua praeterita praesentia et futura et solia earum
specierum quas in deo conspiciunt. quod insuper probat quia
cum quilibet beatus videat rationem specificam visionis
beatae si eadem etiam lumine gloriae posset videre omnia
illius singularia aliquod excipitur et omnia solia posset
etiam videre omnes res solis quia nulla res est solis quae
nequeat repraesentari aliquaa sivi visioni contenta
sub ratione specifica visionis. ad 2m probatum dis. 1o neg.
illud ans quod eadem species intelligibilis quae in angelis
est sufficiens ad repraesentandam aliquam nam spe
cificam sit etiam sufficiens ad repraesentanda absolute
et simpliciter omnia illius individua neque D. Thomas in eo loco
videtur id ita velle asserere nam solum dicit ab An
gelis per species a deo inditas cognosci res non tamen quoad
naturas colles sed etiam quoad singularitatem, unde non
colligitur necessarium esse ut illae sint sufficientes ad repraesentanda
absolute et simpliciter omnia individua
cuiusvis naturae specificae ad quam ordinantur.
Dis. 2. ad quod sit de illo ante eo omisso, negat eo quia de lumine
gloriae et specialis ratio est quia ad ipsam propriam naturam in quolibet beato
ordinatur ad unum simplicium actum visionis per quem ratione
graduum eius visae videntur etiam simul plures aut pauciores re
alitate prout magis ac minus perfecte penetrat ipsam divina
essentiam neque est unde ostendatur cuilibet lumini gloriae convenire
tantam perfectionem ut possit elicere unicum actum quo
penetret divinam essentiam in ordine ad omnia individua prae
sentia praeterita futura ac solia simul videnda sub illis
naturis speciebus ad [...]em repraesentationem quarum ordinatur
et potius oppositum colligitur ex fundamentis communis doctrinae
sit traditae in hoc c. post 2m et diff. 2. quaelibet autem species
intelligibilis in dita Angelo non ordinatur solum ad unum
actum per quem ratione alicuius dei primarij magis aut minus

penetrari debeant etc. sub cognosci alia varia. itaut
nequeat successive habere plures Angelos realiter distinctos
quorum aliquis repraesentet aliqua varia, alius vero alia.

Ultimo obiicit. quilibet habitus fidei theologicae suf-
ficiens ad credenda quaecumque obiecta materialia propter suum obiectum
formale, quod est divina veracitas obscure revelans, et similiter
quilibet habitus charitatis theologicae est sufficiens ad di-
ligenda quaecumque obiecta materialia propter suum obiectum formale ut
patet tum ex communi doctrina suis locis in materia de fide, et Charitate,
tum etiam ratione quia alioqui si de novo proponeret aut immediate
a deo aut ab ecclesia aliquid credendum et diligendum non
possent fideles per suum habitum fidei et charitatis
illud credere et diligere quod constat non esse concedendum.
ergo similiter dici potest quodlibet lumen gloriae sufficiens ad
videnda quaecumque obiecta materialia propter suum obiectum formale.
nam eadem videtur esse ratio.

Si hoc argumentum haberet vim probaret quodlibet lumen gloriae
esse sufficiens ad videndum in deo omnia possibilia; ac proinde
in qualibet sententia esse solvendum, quare potest concesso an-
tecedenti, negando consequentiam et ratio discriminis est quia habitus fidei et
charitatis ex sua propria natura non ordinatur ad unum sim-
plicem actum qui extendatur ad plura aut pauciora
obiecta materialia ratione obiecti formalis magis aut minus intensive
penetrati, nam quilibet quantumvis remissus habitus
fidei et charitatis potest in quolibet subiecto elicere plures ac
plures actus realiter diversos, quibus credant et diligant
quaecumque obiecta materialia debite proposita etc. si non magis
perfecte intensive attingat suum obiectum formale ut cons-
tat ex sancto communi doctrina et ratione proposito in argumenti praedicti

argumento at lumen gloriae ex sua propria natura ordinatur in quolibet
beato ad unum simplicem actum qui extendit ad plu-
ra aut pauciora obiecta materialia in deo visa propter diversam

etiam magis aut minus intensive penetrato, qua roe D. Th. 1. p. q. 12. a. 8. ad 4. ait: eorum quae deus facit aut facere pot tanto aliquis inter plura cog noscit quanto perfectius deum videt. id quod ibi commt exponunt autores et ostendit ex sup. dictis in hac disp. c. 6. et 7. vide autem quoniam ut quodlibet lumen gloriae nequeat esse sufficiens ad videnda in deo quaecumque obiecta mala pro diversitate perfectionis intensivae qua magis aut minus perfecte a diversis beatis videt deus sint etiam diversa lumina gloriae determinata ad plura aut pauciora obiecta in deo videnda

Caput 3. an visio beata in omnibus beatis tum Angelis tum etiam hominibus sit unius speciei, et equalis perfectionis. et an sit possibilis alia diversae speciei.

cuius vel alicuius ex hac parte requisiti ad illius conservationem
nam eo ipso quod aliqua res ita se habeat, vere intelligitur
esse incorruptibilis et perpetua ab intrinseco et natura sua; atque
hac ratione id concedit de Angelis et animabus rationalibus suo
loco ostendit. Sed beatitudo patriae ita se habet, nam visio
beata ex natura sua non potest destrui per aliquod contrarium aut
sibi incompatibile, quia cum sit clarissima cognitio perfectissimo
modo intuitiva summi obiecti ex sua natura habet non admittere
ullum errorem seu actum contrarium vel incompatibilem
ut constat et infra amplius exponetur, praeterea neque ex
natura sua potest destrui per cessationem alicuius vel alicuius ex hac
parte requisiti ad illius conservationem, nam supposita perfec
tissima applicatione obiecti primarii nempe dei per assistentiam
unitivam in ratione speciei intelligibilis et obiecti; item etiam sup
posito lumine gloriae infuso per illius praestantem
facultas intellectiva non deficiat ad eliciendam et con
tinuandam visionem, neque potest ab illa cessare ut
plenius ostendetur ex infra dicendis. Etc.
dices potest cessare ex eo quod deus subtrahat suum con
cursum. Ex quibus id de potentia absoluta fieri possit

Tn hoc n obstat quoniam visio beata ex natura sit perpetua et incorruptibilis, quia satis est ex natura rei nihil esse quod petat subtractionem concursus Dei, sed potius q. illis natum debere perpetuam conservationem; hac n. ratione Angeli et aliae rationales sunt ex natura rei incorruptibiles quamvis de potentia absoluta possint destrui per subtractionem concursus Dei nihil est quod ex natura rei postulet talem subtractionem sed potius per concursum suum consentaneum petunt semper durare.

Obiectiones adversus dicta.

1° obiicit: habitualis gratia iustificans in beatis habet perpetuitatem ab extrinseco ex ordinatione Dei, non vero ab intrinseco ex natura sua; nam eadem gratia iustificans est in viatoribus in quibus non habet perpetuitatem cum in illis sit amissibilis et saepe amittatur ut constat. ergo similiter dicendum est visionem Dei in beatis habere perpetuitatem ab extrinseco ex ordinatione Dei non vero ab intrinseco ex natura sua. Probatur consequentia, quia gratia iustificans est perfectior visione beata siquidem est divinae naturae participatio et radix cui debetur visio beata quasi proprietas. ergo si illa cum sit perfectior non habet perpetuitatem ab intrinseco ex sua natura, idemque a fortiori dicendum est de visione beata. alioquin haec esset perfectior, nam id quod ab intrinseco ex sua natura est perpetuum et incorruptibile perfectius est alio cui id non competit.

R. quod attinet ad antecedens illud ita explicandum est, quod gratia iustificans in se immediate non habet ab intrinseco perpetuitatem tamen in Patria dicitur illam habere aliquo modo ab intrinseco mediate, hoc est mediante visione beata quasi proprietate illi in statu termini debita cum perpetua connexione ita ut ex eo quod visio beata ab intrinseco sit perpetua consequenter sit gratiam etiam esse perpetuam.

omisso autem antecedente quod absolute concedit ab aliquibus ex quibus videtur Salas in 1.2. disp. 11. sect. 2. sect. 2. n. 12. quamvis etiam negent gratiam esse perfectiorem lumine gloriae et visione

beata, neg. dari donum, quo gratia iustificans est donum
cui statu viae et termini, neque esse posse ipsam immediate
ultimi finis consequutio satiativa appetitus per
adhaesionem summi boni ac proinde eam esse immediate
non petit perpetuitatem at visio beata non est donum
statu viae et termini, quia est proprium statui termini et est perfecta
ultimi finis consequutio satiativa appetitus per adhaesionem
summi boni ac proinde ab intrinseco ex sua natura petit perpetui
tatem ut probatum est ac 2a.
ad probationem vero consequentiae dico ex omissis antecedenti quod dictum est in materia
de gratia loco subijciendo, nego consequentiam, quia bene
stat aliquid esse sui differentia specifica praestantioris et simpli
citer perfectius quibus posse ab intrinseco non habeat perpetui
tatem, quam habet aliud simpliciter imperfectius et minus
perfectius ut [illegible] aut leones [illegible] alterius viventis
irrationalis est simpliciter perfectior quam [illegible] quibus illa
non sit perpetua et non corruptibilis bene [illegible] habitua
lis gratia iustificans ut posse immediate non petat ab
intrinseco perpetuitatem est simpliciter esse sui differentia specifica
perfectior visione beata ab intrinseco illam petente, ut
quae est primaria divinae naturae participatio et radix cui debent
alia supernaturalia dona quasi proprietates ut exposuimus
in materia de gratia disp. 7 c. 1. et 2. —
2o obijcit. fieri potest ut alicui concedatur visio dei solum brevi
aliquo tempore, sed talis visio esset finalis beatitudo cum
haec consistat in visione dei ut exposuimus supra disp. 1. c. 9.
et tamen non esset perpetua ut supponitur, ergo perpetuitas non convenit
ab intrinseco ex natura sua beatitudini et perfectae qualis est
visio dei.
aliqui dicunt, nego minorem quod illa visio brevi tempore duratura
esset finalis beatitudo ita tamen 1a 2ae q. 1o disp. 21 c. ulto.
et ex his facile. ubi autem visio unius diei perpetua esset
eiusdem speciei in genere visionis, non tamen haberet eamdem essentiam

nocem autem beatitudinis impositum esse non ad significandum visionem Dei in sua specie, sed cum tali effectu, nempe quae possit animum omnino sedare, hic autem non fuerit, nisi sit perpetua duratione, ac proinde sola visio perpetua hoc nomen meretur. Idem docent alii asserentes in ratione essentiali beatitudinis includi quod sit perpetuo duratura, ac proinde Dei visionem eiusdem speciei, si sit brevis, qualis fuit ea quae ex aliquorum sententia dicitur esse in hac vita Moysi et D. Paulo concessa, non sufficere ad rationem beatitudinis, nec per illam constitui beatum. ita Salas. 1. 2. q. tr. 1. disp. 2. disp. 11. sect. 3. nº 14 —

Pro dissolvendum videtur aliud esse habere actum durationem perpetuam aliud vero ab intrinseco ex natura sua illam petere, ad rationem essentialem seu substantialem beatitudinis perfectae intensive (aliud non est loqui de perfectione extensiva, utcumque) satis esse quod ab intrinseco ex natura sua petat perpetuitatem, quae ratio non tollitur ex eo quod actus non habeat durationem perpetuam, sicut suo modo dicitur accidenti essentiali seu substantiali accidentis non esse actu in subiecto, sed quod ab intrinseco ex natura sua petat inhaerentiam.

Dicendum. actualis carentia durationis perpetuae sufficit ut operatio eiusdem speciei non denominet simpliciter beatum eum quem alias ita denominaret si esset actu perpetua, quia de ratione essentiali beatitudinis est actualis perpetuitas, siquidem hac sublata non constituit aliquis simpliciter beatus. Arguitur probatur 1º ex communi usu et modo loquendi, iuxta quem non diceretur simpliciter beatus qui haberet Dei visionem solum brevi tempore. 2º ex Aristotele lib. 1º ethicorum ad Nicomachum c. 7. post medium, ubi ita ait: *ut enim neque una hirundo neque unus dies facit* ver, ita quoque beatum et felicem hominem neque unus dies neque breve aliquod tempus efficit. 3º ex D. Augustino lib. 12 [de] civitate Dei relatis post eum in tractatu firmae probationis, ubi dicit *vitam beatam non esse nisi aeternam*.

Ut dissolvendum aliud est denominare aliquem simpliciter beatum in sensu physico, quantum satis est ad physicam rationem intrinsecam

essentiam et substantiam formalis beatitudinis perfecte intensive
aliud vero denominari simpliciter beatum in sensu mo-
rali hoc est secundum rationem usum relatum non solum ad physi-
cam rationem intensivam, sed etiam ad perfectam vel saltem ex-
tensivam formalis beatitudinis, in praedicto ergo sensu ille
qui haberet visionem dei brevi tempore denominaretur
simpliciter beatus ~~in~~ in priori sensu non vero in pos-
teriori; et hoc modo intelligit id quod in 1. 2. art. 3. probatione
antis ponit.

id autem quod ad rem attinet ostendit fundamentis quibus
cum d. th. asserit essentiam formalis beatitudinis patriae consistere in
actu vitali visionis clare repraesentantis deum prout est in se
quia haec est prima consequutio ultimi finis. ut ex posituone fusius
disp. 1ª c. 9. sed haec ratio convenit visioni etiam in casu
quo solum actu duraret brevi tempore, nam vere pro illo
tempore esset actus vitalis clare repraesentans deum
prout est in se ac proinde essentialiter prima consequutio ultimi
finis. ergo haberet physicam rationem essentialem et substantialem
formalis beatitudinis perfecte intensive neque per solam ca-
rentiam actualis durationis perpetue cum illa ab intrinseco
ex sua natura peteret perpetuitatem illi tunc deesset
talis ratio intensiva, sed solum quaedam extensio durationis
et in casu quo deus fieret contra ordinem conservaret
aliquem Angelum aut animam rationalem solum brevi
aliquo tempore non deesset tunc ratio essentialis et substantialis
Angeli et animae rationalis.

hoc dicere contendunt autores asserentes actualem per-
petuitatem non esse de ratione beatitudinis secundum perfectam in-
tensivam sed secundum extensivam. quod continet in doct.
Scoti. 4. sententia d. 49. q. 6. § de 3. dub. durand ibi-
dem q. 6. Palud. q. 5. et aliorum. specialiter vero ex
recentioribus, Petrus delorca tom. 1. de beatitudine
disp. 38. § utraque sententia. dicit probabile esse visionem dei
sine perpetuitate fore beatitudinem essentialem, quia tunc

esset vera possessio summi boni lt ad breve tempus.

instabis: eo ipso qd aliquis haberet dei visionem quam existimaret aut dubitaret n. futuram perpetuam premeret anxietate et timore eam amittendi: qui illa n. esset essentialis beatitudo, nam haec debet excludere omnem anxietatem et timorem et satiare appetitum.

Resp. negdo conam. qa ad rõem essentialem beatitudinis sufficit intensiue status o qd ex se postulat perpetuitatem et apta sit satiare appetitum et excludere omnem anxietatem et timorem, neqs obstat aliunde posse aliqua rõe admitti aliquam anxietatem et timorem, st aia xpi dni in hac uita mortali qmbis fuerit beata habuit anxietatem timorem ac dolorem de sua passione et morte, ra illud mati 26. nõ 36: tristis e aia mea vsqs ad mortem. et mati 14 nõ 33. cepit pauere &a qd exposuimus in mã de in carnõe disp 26. c. 3. et disp 31. c. 1.

notandum autem e idqd vas. 1. q. 1. o. 1. o disp 1. c. vlt. & ceterum act: data hypotesi qd aliquis videns deum, nesciret an ea visio futura esset perpetua imo etsi errore deceptus existimaret illam n. futuram perpetuam, nihilominus eum fore beatum qa ex se saltem cognita veritate vt postulat ille status sufficiens esset pellere omnem timorem et anxietudinem. quaedam autem dicta aliquorum PP et aliorum grauium autorum asserentium n. posse dari beatitudinem cum anxietate et timore exponunt 1o. ita vt loquantur de beatitudine Patriae om poam ordinariam et coem legem consumata, etsi om perfectm acciem extensiuam, prot com vsu morali denotari solet cum aliquis dicit simpliciter beatus. 2o ita vt n. esset perfecta beatitudo essentialis neqs om rõem intensiuam significatum qa ex se n. esset sufficiens ad excludendum anxieta

tem et timorem et satiandum affectum.

Caput 4. de impeccabilitate beatorum an conveniat illis ab intrinseco ex natura beatitudinis an vero solum ab extrinseco ex protectione Dei.

Erravunt aliqui asserentes beatos et Sanctos Angelos posse peccare et aliquando re ipsa peccare. quod sensisse videtur origenes homilia 13 et 35. in Lucam et homilia 20 et 24 in lib. numeri. idemque signat D. hiero in illud michaeae 6. no. 6. audiant montes iudicium domini. ubi dicit per montes signari Angelos quibus rerum humanarum cura committitur et ad illos in iudicio dei refferri culpam circa debitam custodiam. sed excusat D. hiero ita ut idem ex propria sed ex aliorum sententia asseruerit sicut in aliis rebus solet ut consultum fatetur ipse in Apologia contra Ruffinum. eundem errorem medina q. 4. a. 4. ut egit tribuit iacobo fabro in quodam opusculo de triplici magdalena, quibus valentia ibidem disp. 1a q. 4. pto. 1o. § 4to dicat se in hoc fabri opusculo impresso agenae anno 158. nihil tale reperisse.

1a propositio beati deum videntes non possunt de potentia ordinaria habere ullum peccatum. haec conclusio certa in fidem ut ostendunt autores cum D. th. hic q. 4. a. 4. ubi medina et valentia citati, vasquez disp. 18. c. 1o. salas ttr. 2. disp. 7. sect. et alii. probatur 1o ex scriptura psalmo 14. no. 1. et 2o: domine quis habitabit in tabernaculo tuo et ca. qui ingreditur sine macula et ca. Isaiae 35. no. 8. non transibit per eam pollutus. mattaei 5. no. 8. beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Apocalipsis 7. no. 15. lavaverunt stolas suas in sanguine agni. ideo sunt ante tronum dei et serviunt eidem die ac nocte. et no. 16.

180

non esurient neque sitient amplius etc. quoniam agnus etc. et illos etc. et c. 14 nro 15: sine macula sunt ante thronum dei

ex quibus etiam explicantur PP. aliorum scrit pretium ibi quietis idem colligunt ex aliis locis in quibus a statu beatorum excluditur omnimoda limitatio penae ac proinde etiam culpae ut Apocali 21 no. 4. absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit amplius quia priora transierunt. quod etiam habetur Isaiae 25 no. 8. et c. 49 no. 10 et alibi saepe.

2o probatur ex communi ecclesiae traditione, specialiter vero habetur ex d. Aug. PP. in enquiridio, et in lib de fide ad Petrum c. 57 (cum bis hic liber ut ibi initio notatur sit d. fulgentii) et Isidoro in lib de summo bono c. 12. sententia 2. etiam d. greg. lib. 4 moralium c. 4. alias 7. et pluribus PP. relatis ab autoribus supra citatis —

3o probatur ratione, quia status perfectae beatitudinis intrinsece qualis est ista via debet excludere omne malum et afferre quietem confirmatam in bono stabilem ideo intelligitur pertinere ad perfectionem talis status beatifici quia cum dicitur quod beatitudo dicatur status perfectus aggregatione omnium bonorum quae minimum delet talem statum, ubi etiam includitur quod sit perfectus exclusione omnium malorum et de hoc statu d. Aug. PP. in lib. 13. de trinitate c. 5. ad f. beatus inquit non est nisi qui et habet omnia quae vult et nihil vult male.

Contra hoc obiici solet illud Job 4. no. 18. ecce qui serviunt ei non sunt stabiles et in Angelis suis reperit pravitatem quibus verbis signari videtur etiam in Angelis sanctis et beatis qui deo serviunt non esse stabilitatem in bono neque immunitatem a pravitate peccati —

Respondetur circa hunc locum controversia inter expositores an referatur ad omnes Angelos etiam beatos, an vero solum ad Angelos deserteros et pro utroque sensu sunt diversi autores quos refert suarez de fine ibi. quare dicimus esse si praedicta verba referant ad omnes Angelos sensus est illos non esse

stabiles esse et natura sua et in illis dep. oriri peccabilitatem
hoc est in versatilitatem non qua esse non potest confirmati in bono
nam ille contextus iuxta versionem illi accommodatus ad-
mittit hanc expositionem ut notat Vasq. 1. p. to. 2. disp.
223. c. 4. si vero referantur ad Angelos desertores
sensus est illos cum fuerint creati in gratia non permansisse
in illa stabiles sed sua libertate in peccabilitatem pec-
cati esse lapsos. ex nullo autem praedictorum sensuum co-
lligitur Angelos sanctos et beatos et homines etiam beatos non esse
in bono stabiles et impeccabiles, nempe status beatifi-
cus supponit quae nempe beatis communicat impeccabi-
litas et stabilitas in bono.
1a sententia affirmat illam convenire solum ab extrinseco ex protectione
dei non vero ab intrinseco, nempe ipsius beatitudinis. ita Scotus
4 sententiarum d. 48. q. 9. et d. 49. q. 6. § Dico 3. Gabriel 2. sen-
tentiarum d. 7. q. unica a. 1. Greg. ibidem q. 2. a. 2. et
alii quos refert Salas 1. 2. tr. 2. disp. 7. sect. 6. num. 4.
qui postea num. 35. subdit hanc opinionem non esse improbabi-
lem et sibi videri valde probabile de potentia absoluta dari posse
visionem tam tenuem et imperfectam ut in bono volun-
tatem non confirmet, sed addit de visione quae nunc est probabi-
lius esse per illam confirmari voluntatem in bono.
2a sententia asserit beatos esse impeccabiles ab intrinseco ex natura
ipsius beatitudinis ita vel expresse vel implicite continetur vi-
detur in communi doct. ex Paludano 4. sententiarum d. 49. q. 1. a.
2. Maiore q. 8. Soto q. 3. a. 4. q. 4. Ricar. 2. sententiarum
d. 7. a. 1. q. 1. Duran. ibidem et aliis quos citant recentio-
res hic subiiciendi; specialiter vero ex D. Th. 3. contra gent. c. 92. et de
veritate q. 22. a. 6. et 1. p. q. 62. a. 8. et 1. 2. q. 4. a. 4.
ubi Caiet. Conrradus et Medina et Vasq. disp. 18. c. 2.
Valen. disp. 1a q. 4. p. 10. Salas tr. 2. disp. 7. sect. 6. num. 35.
a quibus referuntur alii.
3a opinio beatis convenit stabilitas in bono et impeccabilitas ab
intrinseco ex natura visionis beatae et amoris dei necessario illam con-
sequentis. haec est communior sententia ut constat ex auctoribus primae

relatis, proinde quod in scholis communiter recepta. colligitur 4. ex
PP. infra citandis post intentum bat in illius confirmationem.
Probatur 1º et declaratur, visio beata est prestantissima regula
formalis directiva modo perfectissimo cum summa estimatione
ponens nam regulam obiectivam hoc est divinam boni
tatem maximo conatu diligendam super omnia
et in omnibus sequendam, sed hec prestantissima regula formalis
directiva ab intrinseco ex sua natura dirigit nec voluntatem
ut numquam ullo etiam levi peccato ab illa recedat. ergo ab intrinseco
ex sua natura affert impeccabilitatem. consequentia probatur quia eo ipso quod volun
tas necessario dirigitur, ut numquam ullo peccato recedat a sum
mo bono habetur impeccabilitas, ut constat.
maior probatur quia visio beata est perfectissima notitia clara intuitiva summi
boni propositi voluntati, ac proinde illud proponens cum summa estimatione
eo modo qui dicitur in ipsa maior etc. minor ostenditur probatur quia voluntas
ex sua natura est apta dirigi ad bonum per formalem regulam
directivam que est notitia estimativa seu ut aiunt appretiativa
bonitatis, et quo prestantior est huiusmodi regula perfectiori
modo estimationis proponens maiorem bonitatem eo magis et for
tius dirigit voluntatem ut constat tum experientia, tum etiam ratione
ex propria natura voluntatis que est dirigibilis ab estimatione bonita
tis. ergo prestantissima regula, qualis est visio beata cum summa
estimatione proponens summam bonitatem ab intrinseco ex sua natura
dirigit voluntatem perfectissimo modo ad bonum. ergo ab intrinseco
ex sua natura necessario illam dirigit ut numquam ullo peccato
recedat a summo bono, hic enim est perfectissimus modus dirigendi
ad bonum immutabiliter qui ex natura intelligitur deberi per
fectissime regule tum formalis tum obiectivae, tum etiam nature volun
tatis quatenus per eam est regulabilis, tum denique perfec
te beatitudini, que postulandi statum in bono firmum
et stabilem.
Confirmatur 1º ex S. PP. doctrina in qua videtur contineri vis pre
dicte rationis, pro qua perpendenda sunt dicta sequentia. primo
D. Aug. tom. 3. lib. 11. de genesi ad litteram cap. 36. ad medium
ubi ita ait: sancti Angeli eademque ratio de hominibus
beatis) illam incommutabilem substantiam creatoris ita cons

percipiunt ut visione atque amore et eam praeponant om=
nibus, et in eam videant de omnibus et in eam dirigant
ut agant, et ab ea dirigunt quod quod agunt. quibus ver
bis indicat beatos ex eo quod ita clare conspiciant incom
mutabilem dei substantiam praeponere illam omnibus et in
eam dirigi ut agant, hoc est decent et moveant ad agen
dum omnia propter illam. Unde sequitur eos non posse peccare quia
quod est in illius ipsa dirigant ut in illam agant. 2.
Item D. Anselmi in dialogo de casu diaboli cap. 6. ad me
dium, ubi loquens de Angelis beatis sic ait: adepti sunt
quod quod potuerunt velle, nec iam vident quod plus velle possint
et ideo per hoc peccare nequeunt. quibus verbis causa quare
Angeli beati peccare nequeant assignat adeptionem summi
boni in quo continet eminenter quod quod velle possunt.
3. D. Isidori lib. 1. Sententiarum (qui etiam inscribi solet de sum
mo bono) Sententia 2.a: Angelos in quit non mutabiles esse
facit eos incorruptos charitas (alias claritas) sempiterna.
et addit: mutabilitatem non suffragat in illis contem
platio creatoris.
4. D. Gregorii lib. 5. moralium. cap. 23. paulo post ini
tium his verbis: nam Angelica contemplationi autoris
sui inhaerendo in statu suo immutabiliter permanet. et de
inde subdit: mutabilitatem vicit per hoc quod ei qui semper
idem est vinculis amoris alligat. similia habent apud alios Patres
signantes beatis ex eo quod clare conspiciant summum et
incommutabile bonum provenire, ut indissolubili amoris
vinculo immutabiliter et indivulse illi adhaereant, ita ut nullo
etiam levi peccato possint ab illo recedere.
Confirmatur quia voluntatem esse impeccabilem hoc est non tantum
esse posse peccare deficiendo a summo bono provenit ex
defectu aestimationis debitae summo bono. Sed visio beata ab intrinseco
ex sua natura tollit talem defectum communicando perfectissi
mam aestimationem summi boni. Ergo ab intrinseco ex sua natura
reddit voluntatem impeccabilem per participationem increa
tam supernalem ad similitudinem dei qui ex se est impec
cabilis propter perfectissimam increatam aestimationem suae sum
mae bonitatis. Unde in eo Joannis nostri. cum apparuerit

similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti
est apte refert etiam ad hunc sensum, quia videbimus eum
sicuti est erimus per participationem ei similes beatitudine
et impeccabilitate. Tertio et contra constant supposita maiori
maior vero probatur 1o ex communi eloquio asserente peccatum quidem de-
fectus voluntatis provenire ex aliquo defectu intellectus, quia utcumque
voluntas sequitur suam apprehensionem amplectendo aut fu-
giendo id quod illi per intellectum proponitur ut bonum vel malum
nam cum ipsa sit potentia caeca debet dirigi ab intellectu unde
fit ut illius defectus proveniat ex defectu directionis intellectus
et quoniam defectus intellectus solet communi nomine dici error seu
ignorantia saltem practica idcirco omnis peccans dicitur errans
seu ignorans iuxta illud Prover. 14 n. 22 errant qui operantur
malum cui consonat id quod Arist. 3 ethicorum ad Nichom. c. 1
post medium sic ait: unusquisque pravus quod agendum a quibusque
abstinendum sit ignorat; id quidem non ita intelligitur quasi ne-
cesse sit in quolibet peccante presupponi positivum errorem spe-
culativum aut ignorantiam privativam quae omnino excludat
cognitionem veritatis potest non contingere et saepe contingit ut homo
etiam cognoscens veritatem sua libertate peccet ut exposuimus
in materia de peccatis disp. 9 c. 2. Sed imperfecta consideratio in-
advertentia exigua ponderatio aeternis aestimatio summi bo-
ni quae occasio peccandi dicitur practica error seu ignorantia
ut ibidem explicuimus.
ex opposito igitur perfectissima aestimatio summi boni clare conspecti
habet vim reprimendi voluntatem a peccato, quatenus subtra-
hit intentionaliter obiectum peccati quia quod in eam ut beatus quod quod est a
aut propter summam bonitatem sibi clare propositam vim suae pro-
sentatam efficaciter reputet pro nihilo immo et pro malo nulla
ratione amplectendo ac proinde nequeat ab illo moveri ut ullo
peccato ab ea recedat.
2o praedicta maior et totum fundamentum propositae doctrinae ita expli-
catur et probatur quod voluntas creata quatenus de se sit peccabilis
consistit in hoc quod possit deficere a rectitudine, adeo autem non potest
deficere quam in ratione per cuius regulam debet dirigi potentia de

ffectus perfectissimae complacentiae de summa bonitate dei
qui ut de ipse a qua natio ad rectitudinem deriuat, non
si hanc habeat inseparabiliter coniunctam non possit de
ficere, similiter ratione qua deus quia habet inseparabiliter talem re
gulam perfectissimae complacentiae non potest deficere ut docet D.
th. 1. p. q. 63. a. 1. corpore, ubi bene facit quod ad euidentiam
notat non coniunctionem potentiae cum regula sed coniunctionem actus
cum rectitudine itaque si coniunctio sit inseparabilis ex
natura, ut in deo actus erit naturaliter rectus; si vero sit inseparabilis
bilis ex dono gratiae stante tali dono erit rectus et non criminosus.
Unde infertur quod licet quaelibet natura rationalis creatum de sua
natura sit peccabilis propter rationem dictam tamen per donum super
naturale visionis dei reddit impeccabilis ab intrinseco quia talis
doni gratia per illud habet inseparabiliter coniunctam regu
lam perfectissimae complacentiae de summa bonitate dei ac
proinde ut ait D. th. 1. 2ae q. 5. a. 4. corpore ad 2. voluntas
videntis deum de necessitate inheret deo, et 1ª q. 4. a. 4.
quod quidquid aliud amat ex necessitate amat sub ordine ad deum
Unde prouenit ut non possit peccare.
notandum est ad huius praedictorum rationum reduci aliam
quam D. th. 3. contra gentes c. 92. et 1. 2. q. 4. a. 4. et alibi assig
nat in hunc modum. Sic se habet voluntas ad rationem boni
in communi, ita ut nihil possit velle nisi sub ratione boni ita volun
tas beati se habet ad rationem boni diuini ita ut nihil possit
velle nisi in ordine ad deum ac proinde non possit peccare.
Sane haec ratio non est ita intelligenda quasi similitudo locum
habeat quoad omnia constat non est differentiam in hoc quod ratio boni
in communi est vlla, ut aiunt, in essendo seu in praedicando ac proinde
essentialiter includit in singulis bonis at in creata ratio boni
diuini est vlla ut aiunt vlitate in ...., est in se
singularis et non includitur essentialiter in singulis bonis, similitudo
tamen locum habet quoad hoc quod sic voluntas non potest recedere
a communi ratione boni quia requiritur amoris habet cognitionem boni ita
ut extra bonum nihil illi proponi possit ut amabile sic similiter
imo voluntas beati non potest ullo peccato recedere ab infinite

diuina q^a p regula amoris hit perfectiss^m estimoem sum-
me bonitatis eminent continentis omnia bona, ita ut
stante tali perfectissa estimoe nihil sa aut pret diuinam
bonitatem possit illi sponi ut amabile et efficacit reputet
p nihilo et p malo nulla roe amplectendo. atq hoc fere
mo (de re quibus alijs trus) predictam roem d. the expo
nunt Cait 1a p te q 62 a 8 § ad uerto et rq q 4 a 4
Salos ibidem ltr dissp 1 sct 1 no 84 et alij.

Dubitari solet an predicta impeccabilitas
beatorum seu qd idem est necessitas non peccandi
conueniat a visione solum mediante hac et
mediante amore dei narco illam consequente
an vero etiam immediate ita ut si per illius sicut sublato
dei concursu cessaret amor adhuc beatus esset impecca
bilis.

Et illam conuenire etiam immediate a visione beata etiam precisso amore.
ita colligit ex doct. d the Caiet sua citatis in sentia eos expo
nunt omnes vasq et salas ibi relati probat et explicat quia vi
sio dei propt perfectissimam estimationem summe bonitatis
narco determinat. uoluntatem non solum ad dilectionem dei sed
etiam ad negationem dilectionis cuiuscumque alterius rei quae
sit dissentanea diuinae bonitati quia stante tali perfectissima
estimatione non potest aliquid diuinae bonitati dissentaneum
proponi ut estimabile et amabile sed efficaciter reputat pro
nihilo et pro malo nulla roe amplectendo ac proinde etiamsi
si subtraheretur concursus ad actum dilectionis dei adhuc
Beatus ex uiu perfectissima estimationis Dei narco de
beret ad fugiendum quid quid dissentaneum ideoque non
posset peccare atque hoc amplius ex roibus supra positis pro
sequenda ee.

Dificultates et obiectiones contra Doctrinam propositam

1 Dificultas ex na creata cuiuscumque uoluntatis defectibili

peccabilis hinc obiicit. primo auctoritas aliquorum patrum asserentium omnem voluntatem creatam posse peccare sic D. Hiero. tomo 6 in epistolam ad galatas ad Paulam et Eustochium lib. 3 cap. 6 initio ait: omnis creatura est non peccatrix tamen potest peccare. et tomo 3° epistola 1 a 6 ad Damasum non longe a fine circa illud psalmi 1 a 2 non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. solus, inquit, Deus est in quem peccatum non cadit caetera cum sint liberi arbitrij in utramque partem possunt suam flectere voluntatem. ergo etiam voluntas Beati potest peccare. R. negando consequentiam quia Sancti patres solum volunt omnem voluntatem creatam naturaliter si relinquatur sua naturae posse peccare nec negant illam supernaturaliter ex dono gratiae posse reddi impeccabilem ut ostendimus ex supra adductis pro conclusione 1ª et 2ª. unde D. Aug. tomo 6 lib. 3 contra Maximinum c. 12 post medium ait: cuicumque creaturae rationali praestatur ut peccare non possit, non est hoc naturae propriae sed Dei gratiae. De hoc autem puncto quod nulla voluntas creata possit esse impeccabilis agit 1 parte q. 63 a. 1 ubi late Vaz. Disput. 231.

2° obiicit voluntas creata per se est peccabilis quia per se pot. defficere á bono honesto ut constat ergo etiam in Beatis est peccabilis. probatur consequentia quia ut decet communi axiomate, quod aliquid conuenit alicui per se eius oppositum non potest illi conuenire neque per se neque per accidens. ergo si voluntas creata est per se peccabilis non potest illi nec per aliquod accidens superadditum ac proinde nec per uisionem Dei conuenire oppositum nempe esse impeccabilem.

R. negando consequentiam ad illius probationem negatur etiam consecutio. quia illi praedicato quod est voluntatem esse per se naturaliter peccabilem, oppositum seu incompatibile est illam esse per se naturaliter impeccabilem, atque hoc illi conuenire non potest, non tamen est oppositum quod sit impeccabilis non per se naturaliter sed supernaturaliter ex aliquo dono ordinis gratiae

atq ita voluntas creata quę perse nalit suis viribus nō ē
peccabilis pot ratione suę beatitudinis reddi impeccabilis ut
constat ex supra adductis cũ 2.a
exemplum quibus lapis perse naliter suis viribus relictus
possit ferri deorsum, aliunde tamen fieri pot ut firmissimo
vinculo detineatur sursum ne possit cadere. item quibus
homo perse naliter suis viribus relictus sit mortalis et cor
ruptibilis, pot tamen supernali dono reddi immortalis et incor
ruptibilis sicut erit post resurrectionem et fuisset in statu inno
centię quibus alia ratione, ut exposuimus 1.a parte c. 6. q. a. 1 et 4.
sic igitur pariter nō quęlibet voluntas creata quibus perse
naliter suis viribus relicta possit cadere in peccatum
tamen aliunde supernali dono beatitudinis quasi firmissimo
vinculo pot detineri ne possit cadere. atq solutio in
dicatur in eo quod d. isidorus in libris . qui alias solent
inscribi de summo bono lib. 1. in antiqua editione
c. 11 in noba autem c. 10 sententia. 2 sic ait. nam Angeli
mutabiles sunt etc. quod facit eos incorruptos charitas
sempiterna etc. item in eo quod d. greg lib. 1 moralium
c. 2. (alias in diversas editiones 26 aut 29.) cum
dixisset naturam Angelicam esse mutabilem post subiun
git illam contemplationis autoris sui retinendo in
statu suo immutabiliter permanere, ipsam mutabilita
tem inquit vincit per hoc quod ei qui semper idem est vin
culis amoris alligat.

2a difficultas quia in Beatis nō videatur compatibilis liber
tas cum impeccabilitate. ex hac diffi.e sic arguit volun
tas creata ē libera ut posset peccare ut constat ex supra
illius rōe ex communi doctrina quibus ideo supposita visione Bea
ta nō ē impeccabilis quia ratione qua sic est impeccabilis nō est libe
ra ut possit peccare neq impeccabilitas ipsa qua ē compatibilis
cum libertate ad peccandum.

Respondetur explicando antecedens quando dicit voluntatem creatam esse li
beram ut possit peccare id intelligitur de illa naturaliter su

sumpta seu [illegible] suis viribus relicta poterit autem superna libera
dispari in bono honesto ita ut libere nequeat peccare nec
pro hoc destruit illius naturam neque solum includit quod quan
tum est ex se suis viribus relicta possit libere peccare quod dis
nalit officere acceditudini, non enim repugnat illam superna
liter per sibi aliquo dono impediente libertatem ad peccan
dum et neque illam determinante ad bonum honestum qua
etiam ratione humanus christi non potuit peccare ut est communius in ma
de in communi diff. ad casus.
notandum autem est hoc quod voluntas beati ratione beatitu
dinis reddatur non solum moraliter sed etiam phisice impecca
bilis solum sequitur illam non esse liberam ad peccandum sed
necessario determinatam ad bonum honestum ita ut nichil
turpe possit amplecti, non enim sequitur illam nullo modo ma
nere liberam intra latitudinem boni honesti ad elli
ciendos vel non elliciendos hos aut illos actus bonos qui non
habent necessariam connexionem cum beatitudine, nihil non
est quod necessario illam determinet ad exercitium talium aut
talium actuum bonorum qui non sunt necessario cum beati
tudine connexi ac proinde respectu illorum manet libera.
ceterum respectu bonorum actuum qui sunt necessario connexi
cum beatitudine non manet libera nempe respectu amo
ris et fruitionis necessario consequentis visionem beatam
item si deus illi praeciperet aliquem actum bonum sin
gulari hic et nunc sub omnibus circumstantiis deter
minatum non libere sed necessario illum elliceret, quia talis
actus ita praeceptus haberet necessariam connexionem
cum impeccabilitate phisica ratione beatitudinis nam
ex eo quod voluntas beati sit phisice impeccabilis necessario se
quitur quod non possit libere omittere talem actum ita prae
ceptum nam si phisice posset illum omittere, posset
transgredi praeceptum ac proinde posset peccare et conse
quenter non esset phisice impeccabilis ut supponitur.
similiter dicendum in christo domino qui si habuisset praeceptum ellici
endi hic et nunc aliquem actum singulari deter
minatum cum omnibus circumstantiis non libere

Jd nario illum dicuntur q^a ex suppoi praecepti ita determinati talis actus hic et nunc haberet nariam connexionem cum impeccabilitate phisica, nam sicut roe huius n posset transgredi praeceptum, ita neq posset hic et nunc libere omittere talem actum cuius omissio esset peccatum ut ex proposuimus in mã de incarnoe disp 3i. c. 3. de facto in n fuit xpo impositum praeceptum de actu in singulari determinato cum omnibus circunstantiis jd de actu vage relicta ostiane ad hunc l. illum actum individualem, et ideo in xpo cum necessitate vaga implendi praeceptum l qd cum esset impeccabilis n poterat n implere aliquo actus fuit libertas a^a observantiam per hunc l. illum l. alium actum talis aut talis intentionis ex hoc l. illo motivo aut aliis circunstantiis bene n stat necessitas ad actum vage, cum libertate ad singulos actus omissione ut expli cuimus loco citato: id qd obit attingit salas in 1o 1. 1. tr. 2. disp. 7. sct. 8. ad finem.

ex ex dictis colligit in hunc mum phisica impeccabilitas seu necessitas n peccandi in beatis bene cohaeret cum libertate intra latitudinem boni honesti ad omnes actus bonos qui n hent nariam connexionem cum beatitudine. hec cui satis explicat et sbr quidoct tradita in hac disp. et plenius loco citato in mã de incarnoe et pro hoc pro facit id qd D. th. 1. pte q. 82. a. 2. corpe docet voluntatem n nario velle ea bona quae n hent nariam connexionem cum beatitudine.

3.ª diff quomo beatitudo ab intrinseco ex sua natura habeat vim necessitandi voluntatem beati ad non peccandum

in hac diff ocurrit huius mi arg. beatitudo forsan n habet vim necessitandi voluntatem beati ad n peccandum. jab intrinseco et sua nã n reddit illam impeccabilem. cons pat

ars 2º ita pbr. visio beata per se non het vim influendi in voluntatem aliquam qualitatem aut concursum nario determinantem ad actus bonos neque etiam per se habet vim subtrahendi concursum sufficientem ad actus pravos ergo per se non het vim necessitandi voluntatem ad non peccandum. hec cons. pbr. qa eo ipso qd visio non influat in voluntatem aliquam qualitatem seu concursum nario determinantem ad actus bonos manet voluntas indifferens ut possit actus bonos preceptos omittere. ad que posse peccare peccato omissionis. item eo ipso qd visio non subtrahat concursum ad actus pravos relinquit illa qd que sufficiens ut voluntas possit actum pravum elicere qd que posse peccare peccato commissionis. ars aum non hec tias ultimas cons. sed pbr. qa visio beata per se solum est clara dei cogn. que solum ex na sua ordinat ad supponendum voluntati obm neque per se est prium effectivum ordinatur ad influendum aut subtrahendum aliquem concursum—

Rs nego ars nam visio beata per se het vim in aliquo gre determinandi nario voluntatem ad non peccandum nempe in gre perfectissime regule directive clare ppronentis summum bonum sub que rone nario determinat illam ad non peccandum ut pbatum est sup. c. 2. ad pbatem 2 antis Rs eo concesso qd visio beata per se non habeat vim influendi in voluntatem aliquam qualitatem aut concursum ex eo inde solum sequitur qd in gre causae efficientis non habeat vim necessitandi illam ad non peccandum, non tn sequitur qd non habeat vim in alio gre nempe per seipsum perfectissime regule directive clare pponentis summum bonum cum maxa ei stimone cum qua nariam connexionem het impeccabilitas.

Ad tam in hoc expliat notandum est. dupliciter posse aliquem potam necessitari ad aliqd agendum aut non agendum. uno in gre causae efficientis per influxum aut subtractionem alicuius concursus

nam si causa efficiens sit tantæ efficaciæ ut si sibi ad concursum
phisice determinatum ad actum ita ut illo supposito n̄ possit n̄ phi
sice elici actus sic efficiens necessitat potentiam ut aiunt positive
ad agendum si vero subtrahat concursum requisitum ad actum
sic necessitat potentiam ut aiunt negative hoc est ad negationem actus
quia eo ipso quod subtrahat concursus requisitus ad actum necessario
sequitur negatio actus. pro dicto autem modo potest deus n̄ gratiæ q efficien
tis necessitare voluntatem ad n̄ peccandum, nempe potentia
ducere concursum quo phisice illam necessario determinet ad elicien
dum actum bonum et sic necessitaret illam ad n̄ peccandum
peccato omissionis, n̄ quod posset incidere si posset omittere
bonum actum præceptum. præterea potest deus subtrahere vo
luntati concursum ad actus pravos et sic necessitaret illam
ad n̄ peccandum peccato commissionis quod posset committere
si haberet concursum sufficientem.
2us modus necessitandi potentiam ad agendum aut n̄ agendum potest
esse n̄ in gratia q efficientis sed intentionalis proponentis obiectum
tali modo ut habeat necessariam connexionem cum positione
aut negatione alterius actus v.g. per distinctam apprehensionem
extremorum principii obvii per se noti ratione necessariæ connexionis nece
ssitatur intellectus positive ad assensum talis principii et negative ad n̄
habendum dissensum. præterea per assensum evidentem prioris
cum evidentia conclusionis quæ habet necessariam connexionem cum me
dio necessitat positive saltem quoad specificationem ad assen
sum eius et negative ad n̄ habendum actum oppositum.
item voluntas per intentionem omnino efficacem finis
ratione connexionis saltem quoad specificationem aut etiam quoad
exercitium si ut fuerit efficacia intentionis necessitatur po
sitive ad eligendum medium necessarium ad consequutionem
illius finis et insuper necessitatur negative ad n̄ habendum
actum contrarium.
sic eorum modo visio beata n̄ in gratia q efficientis sed intentio
nalis clare proponentis summum bonum cum perfectissima
æstimatione determinat necessario voluntatem ad n̄ peccandum ut
expositum est, sic potest determinare efficiens ratione, nempe cum
tali perfectissima æstimatione summi boni necessariam connexionem

hit evitatio cuiuscumque peccati quatenus intrahiora sit subtrahit obm peccati ita ut nihil summo bono dissentaneum proponi possit ut estimabile et amabile quod efficaciter respuit quo nihil et quo malo nulla ratione amplectendo, ac proinde stante tali estimatione non possit voluntas illo peccato recedere a summo bono; ut ostensum est in probatione predicta cey q.

hic modus explicandi hoc punctum colligitur ex d. th. 1. p. q. 82. a. 2. corpore ubi dicit voluntatem videntis deum de necessitate adherere deo et omnibus illis bonis que habent necessariam connexionem cum beatitudine. idest explicat predicto modo quo intellectus et voluntas necessario adherent iis que habent necessariam connexionem cum evidentia illorum principiorum et cum efficaci intentione finis. et 1. 2. q. 4. a. 4. corpore: voluntas inquit videntis dei essentiam ex necessitate amat quidquid amat sub ordine ad deum sicut voluntas non videntis deum ex necessitate amat quidquid amat sub communi ratione boni quam novit. et subdit: hoc ipsum est quod facit voluntatem rectam unde manifestum est quod beatitudo non potest esse sine recta voluntate speciali in cuius explicatione huius rationis diu the proposuimus sub post probatam cey q. notandum est.

2do ad 2m in hac difficultate ex se habet visio beata per se non opponitur peccato ergo per se non obstat quominus beatus possit peccare. antecedens probatur quia opposita debent respicere idem subiectum aequo debent se expellere sed visio beata respicit intellectum pro subiecto peccatum vero respicit voluntatem quasi suum subiectum ergo visio beata per se non opponitur peccato.

Resp. distinguendo antecedens aliud est loqui de oppositione stricte sumpta prout de ratione importat repugnantiam aliquorum extremorum se excludentium ab eodem immediato subiecto inhesionis, aliud est loqui de oppositione latius prout denotat incompossibilitatem aliquorum extremorum et quodlibet non debeat immediate inherere eidem subiecto. quibus igitur visio beata non opponatur peccato priori modo bene posteriori, quia in eo qui videt deum propter perfectissimam illius estimationem subtrahentem intentionem habitus obm peccati non est compossibile quod eius voluntas illo peccato recedat a summo bono clare

conspectu et expositiorem in solutione praecedentis argi.

simile quod sicut nō quando intellectus repraesentat aliquod obiectum sub rōe boni solum et nullo mō sub rōe mali, nam stante tali repraesentatiōe incompossibilis est in voluntate actus odii circa tale obiectum, et vero quando intellectus repraesentat obiectum sub rōe mali absque rōe boni aestimabilis et amabilis stante tali repraesentatiōe incompossibilis est in voluntate actus amoris circa huiusmodi obiecti.

3. arg. quod visio beata nō repraesentat in particulari omnia bona agenda et omnia mala vitanda, nam quilibet beatus ex vi visionis dei nō cognoscit in particulari omnia bona et mala quae possunt occurrere. ergo illa perfectio nō obstat quominus beatus possit errare et peccare circa multa agibilia.

Resp. negando ans. si sermo sit de omnibus bonis et malis quorum repraesentatio in particulari est necessaria ut quilibet beatus dirigat suas actiones, nam cum singuli beati videant in deo ea quae pertinent ad suum statum ut ex communi docet expositorum cum S. Th. opusc. 2. c. p. a. 3. ubi includit quod etiam in particulari videant omnia quae sunt necessaria ut prudenter et recte exerceant omnes suas actiones ut specialiter notavit S. a. pte [illegible] 1. lib 2. c. 28 nō 16. et alii.

Resp. 2. omisso ant. negando conseq. quia licet visio beata nō repraesentaret illa in particulari tamen cum sit status beatitudo status ex natura debebit illi exclusio cuiuscumque mali et miseriae, ac proinde si porrigeretur visionem nō praerepraesentantem in particulari ea omnia quae necessaria sunt ad vitandum quemlibet errorem et peccatum debitum illi est ut per alias cognitiones extra verbum repraesentent.

3. quibus concederet beatis posse contingere aliquem errorem in his circa ea quae nō vident in verbo, adhuc inde nō sequeretur illos posse peccare nam error intellectus sit causa invincibilis et inculpabilis nō est peccatum nisi sit ex culpabili negligentia circa ea quae quis scit et tenetur scire. beati autem ex vi visionis beatae quae est perfectissima regula directiva et tenentur ut maxima diligentia prudentissime studeant in omnibus suis actionibus ita ut nihil unquam sciant aut dubitant omittant vel committant quod sit dissentaneum divinae voluntati sed semper ex illa et in illam dirigant omnes suas actiones

ut videlicet verbis cap. 4 Aug. et posuimus sect. post a.m 2m in
nostra confirmavi.
2a prae dictam solutionem succumbit quod aliqui ut Salas tr. 10
1. l. 2. disp. 7. sect. 4 num. 3. afferant doct. de impeccabilitate
beatorum aptissime posse defendi etsi asserat per ipsam vi
sionem beatam non cognosci a singulis beatis omnes actiones
quae ab illis exerceri debent, et quibus etiam dicat per illam
non excludi omnem errorem l. b. inconsideratio sed satis est
excludi eam inconsiderationem ex qua sequeretur peccatum
et considerari in illa necessaria ad rectitudinem voluntatis.
4. arg. 3. actus Charitatis in via et in Patria est eiusdem
rationis, quia utrobique habet eundem obiectum formale divinae bonitatis per se ama
bilis cum eodem modo tendendi ut supponit ex cuiati doct. sed
in via non reddit voluntatem impeccabilem ut constat. ergo
neque in Patria, alioquin esset diversae rationis.
Respondetur explicando maiorem actus Charitatis in via et in Pa
tria est eiusdem rationis formalis specifice non tamen eiusdem rationis materialis in
dividualis, sed in Patria est alius actus Charitatis individualiter
materialiter perfectior, nam visio beata cum perfectissime cognoscat
divinam bonitatem per se amabile conspecta determinat necessario volun
tatem beati ad actum Charitatis perfectissimae efficaciae
et extensionis qua vellit omnino efficaciter placere deo
in omnibus rebus neque umquam velle potentiam etiam levem admi
ttere; ac proinde non solum ratione visionis beatae sed etiam ratione ta
lis actus Charitatis ita perfecti et absolute necessarii per
fecti voluntas beati non potest peccare et consequenter ratio illius
reddit impeccabilis.
At in via voluntas hominis viatoris cum non videat divinam boni
tatem per se amabilem non necessario determinatur ad actum Charitatis sed li
berum illum elicit et conservat. unde quamvis illo perma
nente non possit peccare mortaliter potest tamen libere ab illo ce
ssare et peccare mortaliter. potest etiam illo permanente peccare
venialiter, quia actus Charitatis non est tantae efficaciae et extensionis
ut vellit efficaciter deo placere in omnibus rebus etiam levibus
et vitare quodcumque peccatum etiam veniale sed solum efficaciter
vellit deo placere in omnibus rebus gravibus et vitare quodcumque
peccatum mortale non vero quodcumque veniale. Sicut tamen aliquis

et in hac vita elliciat actum Charitatis tantae efficaciae et in-
tensionis ut velit Deo placere in omnibus rebus etiam levibus
et vitare quodcumque peccatum etiam veniale permanente
tali actu efficaci non poterit actu peccare etiam venialiter; et
quoniam in hac vita absolute pot ab illo cessare pot
etiam absolute peccare. praedictus modus solvendi argumentum oppo-
situm de re quibus aliis variis modis continet in eiusdem
doctrina quam in specialiter signat Vazq. 1.2. q. 1. disp. 10. c. 2.
no. 8. et Salas ibidem tract. 2. disp. 7. sect. 10. attentis iis quae
docet no. 79. et 80.

4. Difficultas an beatitudo Patriae de se ab-
soluta possit esse simul cum peccato actuali vel
habituali.

1a sententia asserit illam de se absoluta posse esse simul cum
peccato tam habituali quam actuali. haec sententia tribuitur
Victoria quem referunt et impugnant Medina 1.2. q. 4.
a. 4. et alii.
2a sententia e contrario affirmat illam neque de se absoluta posse
esse simul cum ullo peccato sive habituali sive actuali.
ita signat Vazq. 1.2. tom. 1. disp. 11. c. 10. attentis iis quae docet a
no. 64. usque ad finem. praesertim multi ex his qui in materia de
gratia dicunt gratiam iustificantem neque de se absoluta
posse esse simul cum peccato mortali sive actuali sive habi-
tuali; idemque docent de visione beata.
Sit 1a conclusio: beatitudo Patriae de se absoluta pot esse simul cum pec-
cato habituali etiam mortali, non vero cum ullo peccato actua-
li sive mortali sive veniali. ita ex recentioribus Salas 1.2.
tom. 1. tract. 2. disp. 7. sect. 9. no. 87. et 9. Petrus de Lorca ibidem
in tom. de beatitudine disp. 24 passim. m. 2. § quaerit. in
ubi dicit neque de se absoluta posse esse ullum peccatum ac-
tuale cum visione Dei; postea vero m. 3. § quidam ex recen-
tioribus ya. ubi asserit conformius esse antiquorum doctrinae
visionem Dei posse ipsam non excludere peccatum habituale
et hoc peccatum posse per se absolutam esse simul cum
ipsa visione Dei.

prior pars qd beatitudo Patriae de pot. absoluta possit esse simul cum peccato habituali etiam mortali. ita explicatur et probatur: quia peccatum habituale stat semper non mortali sive includat etiam essentialiter moralem privationem gratiae habitualis ut diximus suo loco in nra de peccato et formaliter in macula moralis consistens in hoc qd peccatum perpetratum quando non est condonatum permanet moraliter imputabile ex nra rei moralis sicut suo modo in humanis iniuria Regi illata quamdiu non condonata permanet moraliter imputabilis. sed nulla ostenditur efficax ratio repugnantiae in hoc qd de pot. absoluta possit deus alicui peccatori velle conferre visionem beatam, quin velit illi condonare peccatum; nam cum deo liberum sit conferre homini etiam indignis hoc aut illa beneficia et unum sine alio, nulla apparet implicatio in hoc qd pro sua libertate et plenissimo dominio velit indigno peccatori conferre beneficium visionis beatae non vero beneficium condonationis peccati. et hoc modo in tali peccatore per pot. absolutam esset visio beata simul cum peccato habituali non condonato.

Confirmatur quia haec ratione potest deus de pot. absoluta conferre peccatori qualitatem gratiae habitualis absque condonatione peccati iuxta multorum sententiam quam exposuimus in nra de gratia disp. 11 c. 6. ergo et visionem beatam; nam in hoc non affertur specialis ratio repugnantiae.

hinc colligitur qd licet deus ex suppositione suae ordinationis ut aiunt in sensu composito non possit dare gloriam peccatori non condonato peccato, neque possit illam denegare iustis, neque iam datam auferre beatis, in absolute loquendo ut aiunt in sensu diviso praecissa cum lege et ordinatione in pot. ordinariam statuta possit deus de pot. absoluta aliud efficere. atque in hoc sensu locum habet id qd Medina 1.a 2.ae q. 4 a. 4 columna 6 dicit: deum de sua omnipotentia posse auferre

a beato lumine gloriæ et visionem beatam, et quod postquam illam permisit iustis non possit eam velle de negare hanc Deo et necessitatem ex suppositione quia non tollit dei omnipotentiam, qua potest omnes beatos in nihilum redigere. Sed hoc dictum videri potest ea quæ dixi in m.â deg.iâ disp. 13. c. 1. ad 5. obiectum

2a pars prædictæ conclusionis, quod beatitudo Patriæ non possit etiam de potentia absoluta esse simul cum ullo peccato actuali sive mortali sive veniali, ita explicat et probat ac tus qui opponuntur intentionaliter tali modo ut unus subtrahat intentionaliter obiectum alterius non possunt esse simul etiam de potentia absoluta. Sed visio beata et peccatum actuale ita se habent. Ergo non possunt esse simul etiam de potentia absoluta. consequentia bene infertur suppositis maiori et minori ut constat.

maior probatur. stante cognitione exprimente aliquid obiectum non habere rationem veri ad assensum, non potest etiam de potentia absoluta simul esse cognitio assentiens tali obiecto, quia prior cognitio subtrahit obiectum posteriori. item si alicui repræsentetur aliquod obiectum sub ratione mali taliter ut non proponatur ratio boni sufficientis ad amorem permanente tali repræsentatione non potest etiam de potentia absoluta dari amor talis obiecti, quia per eam repræsentationem subtrahitur obiectum amoris. unde infertur veram esse prædictam maiorem quod actus qui opponuntur intentionaliter tali modo ut unus subtrahat intentionaliter obiectum alterius non possunt simul etiam de potentia absoluta. at quod hoc specialiter exponit S. 3. p.te f.o 1. disp. 1. 6. sect. 3. § 2o 3 D.

minor vero ita probatur. quia visio beata clare repræsentat deum ut summum bonum eminenter continens omnem rationem boni honesti utilis et delectabilis cum perfectissima æstimatione, itaut, comparatione tanti bonitatis, tam clara et perfecta æstimatione proposita, nihil quod sit illi dissentaneum appareat bonum æstimandum et amandum per efficaciter reputetur sed nihil et sed malo nulla ratione amplectendo, ut exposuimus supra in hoc. c. post. cum 2m in illius probatione. id autem quod per visionem beatam

subtrahi obm cuicumque peccato actuali sive commissio
nis, sive omissionis, quia in estimatione beati non relin
quatur locus ut ullum obm peccati proponat quasi bo
num amandum. unde quilibet beatus omnino effi
caci estimatione et amore erga summum bonum clare
visum perfectissime exercet illud psalmi 72. n° 25. quid
mihi est in celo, et a te volui super terram. quasi dicat preter
te et in ordine ad te nihil mihi proponi potest estimandum
et amandum. nempe ut D. Anselm. in lib. de casu diabo.
c. 6. ad medium de Angelis beatis ait: adepti sunt quod quod
potuerunt velle, nec iam vident quod plus [illegible] nimirum
quod non sit ordinatum ad deum, velle possint, et propter hoc
peccare nequeunt.

predicta ratio colligitur ex doct. D. Thom. 1. p. q. 62. a. 8 corpore
ubi probat Angelum beatum nullo modo posse peccare, quia
inquit Angelus videns deum ita se habet ad divinam boni
tatem sicut qui non videt deum se habet ad communem rationem boni;
et sicut impossibile est, quod aliquis velit aliquid nisi attendens ad bo
num, ita Angelus beatus non potest velle aliquid nisi attendens
ad deum, unde nullo modo potest peccare. nempe hic non
locum habet quoad hoc quod sit extra id quod estimat bonum non
relinquit obm quod voluntati proponat amandum, quia nihil
potest amare nisi estimatum ut bonum; ita sic modo beato
clare videnti et summe estimanti summum bonum
non relinquit in sua estimatione aliquid obm illi dissentaneum
quod ei proponi possit ut bonum amandum ut expositum est
in prosequendo hoc. —

quod si predictum est quoad eam potentiam qua dictum est de potentia
absoluta posse aliquem habere visionem dei simul cum peccato
mortali habituali: ita obijcit: 1°. sequeretur inde illum simul
fore beatum et miserum; sed hoc consequens videtur impossibile. ergo et
antecedens; sequella probatur: quia ille esset beatus per visionem dei, siqui
dem hec est perfectis beatitudo: simul etiam esset miser per peccatum
mortale habituale quod est maxima miseria. [illegible]
aliqui ut Salas. 1. 2. q. 4. tr. 1. lib. 2. disp. 7. sect. 9. n. 55. Rent omnino
negando illum in eo casu fore beatum etiam formali beatitudine

essalis; quia in quinte finalis beatitudo essalis non est visio sola
per se simul cum carentia peccati, sed hoc non videtur satis
facere quia finalis beatitudo essalis adequate est aliquid positi
vum reale, quod est illa consequutio attingens beatitudi
nem obiectam. vt intelligitur ex sententia vere beatitudinis finalis
et ostendit fundamentis quibus sententia doctoris theologi, consti
tuit in visione dei vt probatum fuit disp. 1a c. 9. imo
etiam in quacumque alia sententia constituitur in aliquo alio
actu physico vero aut in aggregato ex multis actibus positi
vis attingentibus beatitudinem obiectam.
quare aliter respondetur distinguendo maiorem, ille in eo casu foret bea
tus physice hoc est physicam vere essalem finalis beati
tudinis non tamen consummatam accidit felicitate exclusio
nis mali moralis quia propter illud simul etiam esset moraliter
miser. neque ostendit repugnantia in hoc quod aliquis
de potentia absoluta simul sit hoc modo physice beatus et mo
raliter miser vt amplius explicuimus in praedicta disp.
1a c. 9. sect. 3. disp. 5a. atque ex recentioribus hoc docent quam
vis aliis loquendi modis docent Petrus de Lorca 1a 2ae 10 2o
tt de beatitudine disp. 17. n. 1. ad vltimum. et disp. 24.
n. 8. 9 ad arg. et alij.
dices, visio dei est donum amicorum, ergo repugnat homi
ne habente peccatum mortale habituale quod reddit inimi
cum deo, sic in illo simul deo amaret et odio haberet,
simulque esset amicus et inimicus. quod repugnat.
Respondetur explicando antecedens: visio dei est secundum legem est donum
amicorum, hoc est concessum iis qui sunt amici dei; at
de potentia absoluta non repugnat illud a deo conferri pecca
tori indigno et inimico vt ex praesertim suprema in hac disp.
post cum in priori illius parte. tunc autem ille simul a deo
amaretur, et odio haberetur sub diversas rationes, nempe amaret quo
dam amore benevolentiae conferentis illi donum visionis;
simul etiam odio haberet propter peccatum mortale habituale sicut
suo modo fidelis habens donum supernale fidei, spei, et existens
in peccato mortali amat quodam amore benevolentiae

conferentis illi donum fidei et spei. et similiter odio dei, quod est peccatum mortale: similiterque dicendum est in casu quo per potentiam absolutam qualitas gratiae habitualis daretur alicui existenti in peccato mortali non condonato, ut ex professo vidimus in materia de gratia disp. 11. c. 6.

2º obijcit. perfecta beatitudo qualis est visio dei debet excludere omne malum. ergo neque de potentia absoluta potest esse simul cum peccato mortali habituali, quod est maximum malum.

Respondeo concedendo antecedens: perfecta beatitudo, quod essentialem et accidentalem perfectionem consummata, debet actu excludere omne malum; loquendo vero de sola beatitudine essentiali satis est quod illa ex sua natura petat excludi omne malum, non vero illius essentia est quod actu sit exclusum quodcumque malum. atque ita non obstat de potentia absoluta simul cum illa permitti aliquod malum quod non adfert implicationem contradictionis; quae est ratio ex qua doct. concedit illam de potentia absoluta posse esse simul cum tristitia, et timore ac dolore, sicut fuit in anima Christi domini in hac vita, ut dictum est in hac disp. c. 3. ad 2. obiectionem. sed instabis —

urgebis: ex eo quod beatitudo perfecta essentialis petat ex natura rei excludi omne malum ac proinde peccatum, sequitur quod si potentiam absolutam simul cum visione beata permaneret peccatum habituale eo ipso deus debet ex particularis conservare tale peccatum. quod tunc repugnaret summae bonitati dei. Probatur sequella probatione 2ª quando aliqua forma ex natura rei petit excludere aliquod a subiecto, tunc ut illud per potentiam absolutam permaneat debet conservari adeo ut a causa particulari v.g. quia frigus a quo petit ex natura rei exclusionem frigoris ignis, si hic simul cum illa permaneret in eadem materia eo ipso conservaret adeo ut a causa particulari. ergo etc.

Respondeo negando sequellam. ad cuius probationem illud dictum est ponendum esse hic modo: quando aliqua forma ex natura rei petit a subiecto excludere aliquod positivum physicum et reale, tunc ut illud per potentiam absolutam permaneat debet a

Deo tamen non acā particulari conservari, aut illud aut ipsa spa, nam satis, vt dr aliqd eorum eorum extremorum nalit in compatibilium ad sibeat adeo vt qua particulari spalis concursus conservantibus nihil obstat quominus vno eorum permanente cum suo concursu nali det supernalit coexistia alterius per spalem concursum supernalem conservan tem illud in presentia alterius v.g. ad hoc qd cum qntitate qli penetraret supnalit aliqua alia qn titatas in eodem loco, satis esset si permanente ipsa qntitate qli cum suo Vbi et concursu nali produceret adeo supnalit aliud. vbi alterius qntitatis in eodem loco.

in presenti autem habituale peccatum de quo est sermo non est aliqd phisicum positivum et aliqd ad sui conserva tionem indigeat phisico influxu sed est qd morale rema nens macula moralis post preteritum actum peccati actualis permanens imputabilis ex natura rei moralis quandiu non condonatur vt diximus sup. in hac disp. post ea ma priori rem illius ptem; quare ad hoc qd per poam absolutam per maneret simul cum visione beata non esset narium illud positive per aliquem influxum conservari adeo vt cā parti culari. sed ipsum ex nā rei moralis permaneret imputabile ex eo solum qd deus nolet conferre beneficium condonandi; sicut etiam hac rōe per poam absolutam posset permanere cum qualitate grē habitualis.

Vrgetur: licet daret ad hoc qd visio beata per poam absolutam esset simul cum peto habituali fore narium vt deus tamen cā particularis exiberet aliquem spalem concursum conser vativum satis esset, illum exiberi dr visionem beatam nam etiam in rebus phisicis ad hoc qd aliquae nalit in com patibilis possint coexistere supernalit sufficit vt dr vni earum exibeat spalis influxus conservativus vt dictum est in precedenti solutione proposito exemplo de qntitate qli si supnalit penetraret cum alia qntitate

instabilis quibus in casu, quo simul cum visione beata
permaneret peccatum habituale deus non esset causa particula-
ris phisica conservans ipsum peccatum habituale sal-
tem non esset causa particularis moralis, nam eo ipso quod tunc
tale peccatum non destrueret sequeretur deum circa illud
se gerere aliquo morali modo particulari, quo non segere-
ret si illud posita visione destrueret iuxta contrariam rei serva-
ta communi lege ordinis finalis potest destrui

Respondeo negando sequelam. quia in eo casu deus non se gereret ut causa par-
ticularis moralis posse erga illud peccatum, sed erga negationem
beneficij condonationis, nempe quae posita visione deberet causa
nam rei et communem legem sequi beneficium condonatio-
nis peccati eo ipso quod deus tunc non condonaret illud pecca-
tum segeret ut causa particularis posse quia negationem talis benefi-
cij, nulla autem non est repugnantia in hoc quod deus pro suo libito
et pleno dominio nollet conferre tale beneficium quo de-
negato ipsum peccatum habituale contrariam rei moralis per-
maneret imputabile, sicut suo modo in humanis iniuria
Regi illata permaneret imputabilis contrariam rei moralis
quando rex non condonatur. —

3. obijcies: personam absolutam fieri potest ut gratia habitualis
sit in aliquo simul cum peccato mortali non solum habituali
sed etiam actuali, ergo idem dicendum est de visione beata. probatur consequentia
quia haec non habet maiorem sed potius minorem oppositionem
cum peccato, siquidem non est forma iustificans sicut est gratia ha-
bitualis. antecedens vero probabiliter in materia de gratia disp. .. c.6.

Respondeo concesso antecedenti negando consequentiam et ad illius probationem
dicendum est. loquendo de oppositione ut denotat incompossibilita-
tem maiorem oppositionem habet maiorem incompatibilita-
tem cum peccato actuali haec visionem beatam quam
gratiam habitualem quia haec licet sit forma iustificans non sub-
trahit actu intentionaliter obiectum peccati, et hac ratione
constat gratiam habitualem etiam ex communi lege in aliquo
statu ei compatibilem cum peccato veniali, etiam habitu-
ali, cum quo tamen non est compatibilis visio beata. res-
pectu autem peccati mortalis quibus non sit compati-

vilis gratiâ habituali dispositione ordinaria vel dispositione abso-
luta non repugnat etiam cum mortali actuali quia licet esse
sit sola justificans ex natura rei et de lege debeat exclusio pe-
ccati mortalis, tamen non implicat quod Deus per potentiam absolutam
possit non condonato peccato mortali conferre qualitatem
gratiae habitualis, quae proinde cum per se non substrahat actu
intentionaliter obiectum peccati possit esse simul etiam cum actuali
peccato mortali. —

Caeterum visio beata cum sit perfectissimus actus maxima
aestimatione clare proponens summum bonum ut est in se
substrahit actu intentionaliter obiectum peccati, quia stante
tanta aestimatione summi boni clare conspecti nihil aliud
sentariarum proponi potest quasi bonum aestimandum et a-
mandum sed omnino efficaciter refutatur pro nihilo et pro
malo, nulla ratione amplectendo ut ex positione supra in hac
disp. 4. post cum cap. 2. illius partem, ac proinde nec dispositione
absoluta potest esse simul cum peccato ullo actuali sive
mortali sive veniali, ut ibidem probatum est.

Similiter ratione etiam in naturalibus actibus sapientiae quia intentionaliter sub-
trahit actu obiectum erroris habet cum actu erroris respectu eius-
dem obiecti incompatibilitatem, quamvis illam non habeat
habitus sapientiae, itaque actualis amor efficax quo quis velit
placere Deo in omnibus rebus etiam levibus habet incompatibili-
tatem cum quocumque actu peccati etiam venialis, quia illi
intentionaliter substrahit actu obiectum, ut dictum est supe-
rius in hoc cap. 4. disp. 3. [illegible] 4. paulo ante finem.

Caput 5. De amore erga Deum, et de fruitione seu delectatione, an natura sua ex natura rei connectatur visioni beatae.

Quod visionem beatam comitetur amor erga Deum et fruitio
seu delectatio certum est ex communi doctrina collecta ex variis lo-
cis 333 et [illegible] in quibus tribuit beatis amor erga Deum
et fruitio seu delectatio, ut constat ex adductis superius
disp. 1. c. 9. sect. 3. disp. 1. et 2. et alibi. Controversia autem est

an naturo l. libere coiat beatis. item an necessitate ab intri
co ex nã rei an v. ab extrico solum ex lege et providentia dei.
ra sententia asserit actum amoris et fruitionis nõ cõ in beatis
liberum quoad exercitium ita ut pro sua libertate possint
ab illo cessare ita signant Scotus in 1. sententiarum d. 1. q. 4.

ex lege et providentia dei, alij v. e. ex ab intrinsico ex nã visio
nis naturae determinantis voluntatem ad amorem et fruitionem dei
ut hec ex authoritatibus subijciendis.

sit cª. amor erga deum et fruitio seu delectatio nõ solum ab ex
trinseco ex lege dei. Dicit ab intrinsico ex nã rei convenit visioni bea
te naturae quoad specificatum et exercitium ita ut beati non possint
ordinariam nõ possit cessare a tali actu, neq. elicere actum
oppositum. hec est cõior ex doct. d. Thõ. 1. 2. quant. c. 62. ubi
Ferra et ipse q. 82. a. 2. corpore ubi Caiet ad f. item Capr.
1º. sententiarum d. 1. q. 3. a. 1. ad 4. dur. 4. sententiarum d. 49. q. 8. Ma
ioris ibidem. Paluda. q. 7. et alios quos refferunt et se
quunt Vasq. 1. 2. tº. 1. disp. 16. c. 2. et Salas ibidem tt
2. disp. 7. sect. 1. nº. 3. sententia.

ratio huius cõis solet ita exponi. nullus pot suspendere ac
tum amoris et fruitionis erga bonum sibi propositum nisi
in ipso exercitio actus apprehendat aliquam rõem mali
seu molestie aut tedij l. impedimenti maioris boni
nam sicut voluntas nõ pot exercere actum amoris et frui
tionis nisi sub rõe boni. ita neq. videt posse illius exer
citium suspendere nisi propter aliquam rõem mali
seu molestiae l. tedij s. impedimenti maioris boni. sed
beatus habens sibi propositum summum bonum sit

ipse hoc et deum per claram visionem posita in exercitio amoris et fruitionis illius apprehendere illam rationem mali siue molestiae l. tedii aut impedimenti maioris boni nihil n. huiusmodi pot reperiri in tali exercitio nostro ma(...) stabilitas et iucunditas sine difficultate et labore: sed beatus n. pot talem actum suspendere a(...) de illum nauio het. —

Sed in hac ratione nisi addat aut subintelligat aliqua limitatio et dictas. quia ut voluntas possit libere suspendere exercitium alicuius actus n. videl necessarium ut in illo apprehendat aliqua ratio mali aut molestiae seu tedii l. impedimenti maioris boni sed satis est videl quod nihil sit ex cuius ipsa voluntas nauio detrectet ad exercitium talis actus. haec n. ratione diuina voluntas potuit ab aeterno suspendere hoc n. habere actum quo voluit creare mundum, cum tn in illius exercitio nullam rationem mali aut molestiae l. tedii aut impedimenti maioris boni apprehenderet sed satis est nihil esse quod diuinam voluntatem nauio detraheret quoad exercitium talis actus. sermo autem est de tali actu quoad trahitur ad existentiam creaturarum. in praesenti igitur ut ostendat actum amoris et fruitionis esse in beatis necessarium quoad exercitium oportet ostendere aliquid ex cuius (...) voluntas nauio detrect ad tale exercitium.

quare id ita explicat et sit summum bonum maxa(...) estimone pot et ipse clare propositum, nempe deus visus (...) na (...) het vim rapiendi voluntatem hoc et nauio illam detrahendi ad sui amorem et fruitionem et ipsa actus voluntas erga tale obiectum ita propositum et summe perfecta ipso pondere sue inclinationis quod ab intrinseco (...) rei amor erga deum et fruitio connectit nauio visioni beatae. consequentia probatur quia hic et perfectissimus modus

adtrahendi voluntatem qui a parte ex natura rei intelligitur
debitus summo bono clare proposito, pertendo inde et sum
mae propensioni voluntatis erga illud. atque verosce
pot. bonum quo est maius et maioris aestimationis cla
rius proponitur, eo efficacius ex natura rei attrahit volun
tatem ad sui amorem et fruitionem et ipsa voluntas
magis in illud propendet ut indicat experientia et com
munis sensus, et intelliget propria natura boni et volunta
tis: ergo summum bonum summae aestimationis propositum
clare propositum ex natura rei efficacissime et summe
ac proinde necessario attrahit voluntatem, et ipsa vo
luntas summo pondere irrationali atque adeo non libe
re contingenter ac mutabiliter, sed necessario et immuta
biliter fertur in illius amorem et fruitionem id quod est illius
summa bonitate rapi.

Huius veritatem vir apte colligit ex illo Psalmi 35. num. 9. et 10: ine
briabuntur ab ubertate domus tuae et torrente voluptatis tuae
potabis eos quoniam apud te est fons vitae et in lumine tuo
videbimus lumen. ubi in illo verbo inebriabuntur per
metaphoram ex vini rapientis et a sua potestate hominis
mentem alienantis, item in illis verbis torrente voluptatis
per aliam metaphoram ex impetu rapidi torrentis signat
vis et efficacia summi boni clare conspecti quasi torren
tis bonorum omnium fontis et torrentis magno impetu
rapientis beatorum voluntates in sui amorem et fruitionem
quem sensum indicant multi PP. et alii expositores ad
hunc locum, ubi specialiter Belarminus ait: hac affluentia
scilicet nempe visionis beatae rapiet animum magno im
petu ad amorem et fruitionem summi boni, neque enim in Patria
liberum erit diligere vel non diligere Deum, vel non frui bo
no tam magno, sed erit felicissima necessitas adhaerendi sum
mo bono et per complexum intimum infinita suavitate
fruendi.

obiectiones contra expositam.

1° obijcit: beatus ad exercitium et expertum suae libertatis potest velle aliquo suspendere actum amoris dei, et fruitionis. Ergo non semper est necessarius talis actus quoad exercitium.

Respondeo negando ans; quia exercitium et experientia libertatis quoad cessationem ab omni actu amoris et fruitionis non potest habere locum respectu summi boni clare visi cuius vi rapitur voluntas et ad quod ipsa pondere suae inclinationis maxime propendet, ut expositum est, sicut in probatione conclusionis; et intus maxima quadam perfectione dicat, nullo modo sibi esse bonum et conveniens cessare ab amore et fruitione tanti boni.

Dices: unius potentiae unus est modus operandi: sed cum primus modus operandi voluntatis sit liber, non potest illi convenire modus operandi necessarius qui est alius modus operandi diversus ac proinde non necessario sed libere nostra voluntas elicit actum amoris et fruitionis dei visi. —

Si haec obiectio aliquid valeret probaret nunquam voluntati posse convenire ullum actum necessarium, quod ex communi doctrina constat non esse concedendum, atque ita in omni sententia solvi debet predicta obiectio; quare Respondeo illud ans, quod velut axioma aspergi solet, recipit, quibus non sit absolute negandum, ita tamen exponendum. Unius potentiae unus est modus operandi adaequatus sub quo contineri possunt multi inadaequati v.g. sub modo operandi intellectus est quidam modus operandi illi inadaequatus in simplici apprehensione sine iudicio, alius in iudicio per se noto sine discursu, alius in iudicio discursivo. Item sub modo operandi voluntatis est quidam modus operandi illi inadaequatus respectu actuum quos libere elicit, alius vero respectu aliorum actuum quos necessario elicit, sive propter imperfectam obiecti propositionem sine indeliberatione ut contingit in actibus subitis, qui dici solent motus primo primi, sive propter perfectissimam propositionem obiecti primarij nempe dei clare visi sua efficacitate rapientis voluntatem ut

sua ratione.

Unde una et eadem pot. voluntatis respectu actuum qui sunt sub sua libera potestate et dectione dicit liberum arbitrium ut exponit D. th. 1. p. q. 83. a. 4. corpe. at vero respectu actuum qui non sunt liberi sed necessarij dicit operari ut natura seu naliter ex eo quod cum modum loquendi quo ca. nalis sumit ut condistincta contra liberam in quo sensu dici solet natura determinata ad unum hoc est non esse indifferenter et liberam, et hoc pacto D. th. 1. 2. q. 10. a. 1. ad 1m dicit praeter modum operandi qui convenit rei inquantum est determinata ad unum convenit voluntati alium modum operandi scilicet est domina suorum actuum quoniam inquit voluntas in aliqua re fundat necesse est quod modus prius non quantum ad aliquid particulare sit a voluntate etc. ex qua habetur loquendi modum voluntas circa ultimum finem seu summum bonum clare propositum cui cuius rapitur et in quo pondere quodam necessario fertur dicit ellicere actum amoris et fruitionis ellicere non ut est liberum arbitrium sed ut est natura seu naliter operans hoc est non libere sed necessario. —

2o obijcit: nullum principium ex quo in voluntate beati proveniat necessitas amandi deum. ergo actus amoris non est necessarius sed liber. cons. pat. ans vero ita prob. quia principium efficiens amoris Charitatis erga deum est voluntas et habitus Charitatis. sed hoc principium est eiusdem speciei in via et in patria ibi in Charitas est eiusdem speciei ut supponit ex communi [illegible] sed cum in via voluntas in necessario sed libere amet deum sequitur inde idem etiam debere esse in Patria siquidem ibi est idem principium ut supponit.

prob. ta obiectum Charitatis nempe summum bonum est etiam idem quod attingit in via et in Patria, et quod ab his diverso modo proponatur, nempe quia in via proponit per actum fidei obscure in Patria vero per claram visionem, non idem videtur sufficere ut in voluntate beati proveniat necessitas amandi deum, nam clara visio summi boni respectu

voluntatis se habet solum tamquam conditio applicans eodem obiectum. Ideo ex sola diversitate conditionis et applicationis non potest provenire necessitas operationis, nam haec debet provenire a principio operante. Ergo etc.

Respondeo negando antecedens, ad cuius vero probationem concesso etiam ordine talis conditionis non communicandi, dico quod a principio eiusdem speciei cum diversitate alicuius conditionis requisitae potest provenire operandi necessitas quae non proveniret sublata [illegible] ab eadem voluntate aut sine habitu aut etiam cum eodem habitu erga eundem obiectum aliquando provenire actum liberum supposita deliberatione [illegible] propositis obiectum sub indifferentia, aliquando vero provenire actum naturalem sublata tali propositione ut contingit in subitis voluntatis motibus qui dicuntur motus primo primi ut exposuimus in materia de peccatis disputatione 7 capite 3.

In patria autem supposita applicatione summi boni per claram visionem proposita illius amor naturalis provenit ab eisdem principiis a quibus in via ubi non est talis applicatio provenit amor liber, nempe necessitas amoris dei in patria provenit ab ipso summo bono quod per medium obiecti suppositi clarae visionis potest ex natura rei rapere seu naturaliter movere voluntatem in sui amorem efficienter vero provenit et ab ipso deo ut auctore supernaturali et ab habitu charitatis et a voluntate creata singulis suo modo efficienter concurrentibus nimirum deus ut auctor supernaturalis concurrit efficienter ut causa principalis ut aiunt tamquam quod exhibendo influxum ad actum amoris naturalis. Sed ut potest summum bonum clare visum habitus vero charitatis supernaturalis etiam efficienter principaliter ut causa proxima ut aiunt tamquam quod hoc est tamquam proximum principium supernaturale proportionatum ad talem actum voluntas autem creata suo pondere naturaliter propensa in summum bonum concurrit efficienter instrumentaliter per potentiam obedientialem quae esse est ad actum supernaturalem improportionata et elevata supernaturali principio similiter etiam est suo modo in actu visionis beatae ad quem concurrunt efficienter deus et lumen gloriae [illegible] creatus ut exposuimus superius disputatione 2 capite 3 differentia 1a quaestione visionis beatae

ipse etiam actus visionis beatae est necessarius, neque subest libertati voluntatis creatae; nam ipse intus principium supponit clarissimum lumen gloriae et applicatio summi obiecti nempe Dei supplentis etiam vicem speciei intelligibilis, quae propter summam perfectionem suae efficacitatis in suo influxu non subiacent potestati voluntatis creatae, et proinde haec non potest illum impedire sicut etiam suo modo in visu corporeo supposito lumine claro et obiecto visibili debite applicato non potest impedire actum visionis; specialiter vero necessitatem visionis beatae faciunt aliae rationes desumptae ex propria natura beatitudinis perfectae, quae debet esse perpetua atque adeo non subiecta potestati voluntatis creatae ut possit illam semel habitam amittere ut probavimus supra in hac disp. c. 3. unde etiam sequitur actum amoris et fruitionis Dei cum ipsa visione beata connexum esse ab intrinseco et ratione beatitudinis necessarium et perpetuum ut in praesenti est expositum est.

Instabis. anima Christi Domini in hac vita quamvis habuerit claram Dei visionem nihilominus elicuit actum amoris Dei liberum, nam aliquo actu charitatis erga Deum meruit, minime autem per illum meruisset si non fuisset liber, siquidem ad meritum requiritur libertas. Ergo clara visio Dei non obstat quominus actus amoris erga Deum sit liber. Ergo dici potest in beatis non obstante visione Dei quemlibet actum amoris erga Deum esse liberum.

Aliqui quos refert et sequitur Vasquez 3. p. to. 1. disp. 74. c. 3. nostram absolute negant ans. dicentes animam Christi non habuisse etiam in hac vita illum actum liberum charitatis erga Deum sed solum actum necessarium, ac proinde non meruisse per dilectionem erga Deum. Sed oppositum videtur probabilius ut re[...] latis aliis auctoribus exposuimus in materia de incarnatione disp. 3. 2. c. 11. quare iuxta ibi dicta distinguendum ans.: si sermo sit de actu amoris sequentis visionem beatam ille in anima Christi Domini etiam in hac vita non fuit li-

vero sed naturaliter et in alijs beatis in patria, ac proinde per illum non meruit cum hoc non stat ab illa sua libertate potuisse elicere et defacto erga deum fuisse elicitum alium actum amoris liberum per quem in hac uita meruit ut ibidem dictum est. Si si sibi in aliqua beati satis constet quod actus amoris illam sequens sit naturalis inseparabiliter ex natura rei illi connexus, non tamen obstat quominus voluntas sua libertate possit elicere alios actus amoris liberos etiam charitatis erga deum.

Si autem obijciat commune dictum quod plura accidentia solo numero diversa nequeant esse simul in eodem subiecto. Respondetur illud ad apte exponi de accidentibus quae vocant realia ab intentionalibus condista, quae nimirum non sunt species intentionales, neque actus tendentes in obiectum; nam de accidentibus quae dicuntur intentionalia huiusmodi sunt species intentionales et actus tendentes in obiectum ex quo precio eorum fine datur specialis ratio ob quam concedat plura etiam non specie sed numero diversa etiam inter se non unita posse esse simul in eodem subiecto etiam naturaliter v.g. in eadem potentia visiva plures species intentionales et plures visiones diversorum albedinum. unde prescritim in ordine supernaturali colligit nihil obstare quominus etiam ex communi lege plures actus etiam non specie sed individualiter et naturaliter diversi sint simul in eodem subiecto ut ex plicuimus in materia de in carnatione disp. 7. c. 1. sect. 2.a disp. 5. et disp. 32. c. 2.

3. obijcit. beatus potest cessare ab amore dei saltem in aliquibus cassibus. Ergo amor dei non naturaliter inseparabiliter sequitur visionem beatam. antecedens probatur in diversis cassibus. 1us Si deus preciperet beato ut desisteret ab eius amore, tunc enim beatus deberet obedire tali precepto et cessare ab amore dei. 2us Si illi revelaret se velle eum damnare, tunc enim voluntas beati possit affectu odij moveri in deum propter malum sibi adeo inferendum. 3. Si in intellectu beati esset aliquis error qui indicaret sibi esse bonum et conveniens cessare ab amore dei; nam tunc etiam

possit sequi tale iudicium et suspendere actum amoris.
R/ omisso ant(ecedente); distinguendo cons(equens); aliud e(st) loqui de p(otenti)a ordinaria s(ecundu)m na(tura)m rei et com(mun)em cursum ordinis su(pe)rnalis; aliud v(er)o loqui de p(otenti)a absoluta in casibus qui praeter com(mun)em ordinem possent contingere; neq(ue) auth(or) a(utem) caute exposita (est) in priori sensu. unde nihil c(ontr)a illam sequitur etsi sic vera deret de p(otenti)a absoluta posse contingere id q(uo)d contendit in omnibus praedictis casibus.

Q(uo)d ut exp(l)icat q(uo)d d(ic)tum sit in singulis casibus praedictis ad 1(u)m negandum (est) suppositum q(uo)d beato possit praecipi ut desistat ab amore dei. etenim beatus n(on) (est) capax talis praecepti quasi implendi ex sua libertate, nam supposita visione summi boni, cuius utrahit et in q(uo)d summo pondere inclinatus fert(ur) n(on) pot(est) impedire, ne sequatur amor erga illud. Sic neq(ue) pot(est) impedire de supposito lumine gloriae sequatur visio, posset quidem deus de p(otenti)a absoluta auferre lumen gloriae et visionem, et stante lumine gloriae negare concursum ad visionem. item etsi permanente visione negare concursum ad amorem. q(uae) tamen cum id n(on) pendeat a libertate ipsius beati n(on) (est) m(ateri)a capax. ut illi iniungatur sub praecepto, quasi implendo ex eius libertate. atq(ue) hoc exponunt Vasq. 1. 2. q. 5. a. 1. disp. 16. c. 3. n(o). 18. et alii.

ad 2. casum R/ ille cui fieret illa revelatio praedamnationis quandiu videret deum n(on) posset affectu odii moveri contra illum, q(ui)a clare videndo deum e(ss)e summe bonum et iustum ac supremum dominum, iudicaret q(uo)d q(uo)d ab illo fuerit dispositum e(ss)e rectum, et quamvis adversum e(ss)e patienter ferendum; et p(ro)pt(er) summam illius bonitatem et aequitatem clare conspectam, aequo animo se se conformaret ad illius ordinat(ione)m, ut etiam notant Vasq. in illa disp. 16. c. 2. n(o). 12. notandumq(ue) (est) id q(uo)d ibi n(on) (est) subdit in beato tantam e(ss)e delectat(ione)m et laetitiam de deo viso ut naturaliter nequeat tristari.

de ulla re adversa, quia tam vehemens delectatio et laetitia est talis, ut naturaliter pellat omnem tristitiam. contra id quod Aris. 7. ethicorum c. 14. dicit: per vehementem voluptatem pelli dolorem. praeter dispensationem dei potest aliud fieri, et re ipsa factum fuit in anima Christi domini, qui in hac vita cum clara visione et fruitione dei ob specialem finem nostrae redemptionis et traditionis habuit tristitiam et dolorem de sua passione et morte, ut exposuimus in materia de incarnatione disp. 31. c. 1. circa 6. divisionem § speciatim vero. —

ad 3. casum respondetur negando suppositum quod beatus possit saltem de potentia ordinaria habere cum errorem quo iudicet sibi esse convenientius cessare ab amore dei, nam illius intellectus existens in visione clare conspicientis summam dei bonitatem dirigit et iudicat esse honestissimum et sibi iucundissimum ac convenientissimum perseverare in amore et fruitione dei, neque ullo modo esse convenientius cessare a tali actu, ut etiam exposuimus latius in praedicta disp. 16. c. 3. § ad prius vero cum aliis.

praeterea etiam si concederetur de potentia absoluta intellectum beati posse habere cum errorem adhuc stante visione beata non esset illi liberum sequi illud iudicium erroneum et cessare ab amore dei, quia non subest illius liberae potestati impedire vim summi boni clare conspecti rapientis voluntatem in sui amorem in quem etiam supposita visione summe propendet voluntas pondere suae inclinationis, ut exposuimus supra in probatione ...

Caput. 6. an fruitio de deo in beatis sit actus distinctus ab amore charitatis erga deum, et ab actu delectationis. item an sit immediate de solo deo, an vero etiam de visione beata.

suppono 1º circa fruitionem ipsam auctores esse in controversia an sit actus intellectus vel voluntatis. item an sit amor vel delectatio

quam in re sunt variae sententiae, quas referunt Vasq. 1.2. t.º
1º q. 11. a. 1. Salas ibidem tr. 6. disp. 1ª sect. 2. et alii ab illis
citati. Qui ipse Vasq. in illo a. 1. initio, item et Salas in ea
sect. 2. nº 94. notant dissensionem potius esse de nomine quam
de re. quare distendae varietas aequationum ita ut frui
tio sumatur vero non late iuxta etimologiam nominis quae
denotat ut cumque perceptio fructus, et sic et authoribus
praesertim illi qui consequutio ultimi finis nempe visio
dei dicit aliquo modo fruitio ut exposuimus superius disp.
1ª cap. 2. ad 1. objectum in priori solutione, ubi pro hoc retuli
mus aliqua loca D. thom.
alio modo fruitio sumitur stricte prout denotat perceptionem fructus
non ut cumque, sed cum suavitate et delectatione, et sic fruitio
spiritalis est actus voluntatis, fruitio vero sensibilis est ac
tus appetitus sensitivi iuxta illud D. th. 1.2. q. 11. a. 1. corpore
sic agit: nomen fruitionis videtur sumptum a fructibus sen
sibilibus, fructus autem sensibilis est illud ultimum ex
arbore spectat, et cum quadam suavitate percipitur unde
de fruitio pertinere videtur ad amorem vel delectationem quam
aliquis habet de ultimo fine spectato; unde inquit frui
tio est actus appetitivae potentiae.
2º supposito est adhuc de fruitione stricte sumpta prout pertinet ad
potentiam appetitivam esse inter auctores dissensionem an
sit eadem quod delectatio, et an delectatio sit affectus amoris.
omissis autem variis opinionibus quas referunt et im
pugnant Vasq. 1.2. t. 1. disp. 14. c. 4. et q. 11. a. 1. in
notationibus ad articulum, et Salas ibidem tr. 6.
disp. 1. sect. 2. breviter.
Dico 1. fruitionem esse quandam delectationem et hanc esse quem
dam affectum amoris, nam qui fruitur aliquo bono
vere dicitur de illo delectari, illud quod affectu complecti
qui est quidam affectus amoris. Unde D. Aug. 3.
lib. 10. de trinitate cap. 10. paulo post initium ait:
fruimur iis in quibus voluntas delectata conquies
cit

et in eodem .t. lib. 1. de doct. xpiana cap. 4. initio.
frui, est quies, et amore alicui rei inhaerere propter seipsam

insuper disputari solet, an delectatio sit actus elicitus potentiae appetitivae. partem negantem tenent Scotus 3. sententiarum d. 15. q. unica, et in 4. d. 49. q. 5. et alij dicentes delectationem esse solum quandam passionem, per quam potentia appetitiva non operatur, sed quiescit. sed secunda sententia affirmans illam esse actum elicitum ut ex eiusdem doctrina probant Vasq. in praedicta disp. 14 cap. 2. et 3. et Salas. 1. 2. tract. 1. lect. 2. disp. 5. sect. 4. et colligitur ex doctrina D. Th. 1. 2. q. 11. a. 1. corp. ubi dicit fruitionem esse actum appetitivae potentiae et pertinere ad amorem vel delectationem et q. 31. a. 4. corp. dicit: delectatio in appetitu intellectivo esse motum voluntatis etc.

ratio est quia delectatio est quid vitale consistens a potentia illam afficiens ut patet. sed omne vitale consistens a potentia et illam afficiens est actus elicitus per quem ipsa potentia fertur in obiectum ergo etc. neque contra hoc obstat modus loquendi quo delectatio dici solet passio animae; nam ipsae affectiones et actus potentiae appetitivae dici solent passiones animae quatenus illam afficiunt et specialiter in appetitu sensitivo sunt cum aliqua transmutatione corporali ut notant D. Th. et alij in praedicta q. 22. a. 1. et a. 4. ipsa autem delectatio dicitur etiam gaudium seu laetitia aut voluptas, et quidam amor amplectens bonum praesens. ut colligitur ex his quae traduntur in eadem q. a. 3. quamvis haec nomina soleant varie sumi aut latius aut strictius propter varia connotata. unde conciliari possunt diversa dicta gravium autorum qui aliquando haec nomina tribuunt uni et eidem actui, aliquando vero diversis.

his suppositis cum fruitio in beatis, ut consistit a visione dei, sit actus voluntatis qui est quidam affectus amoris complacentiae

tis summum bonum et dicatur etiam quaedam delectatio
gaudium laetitia et voluptas ut ostendit ex dictis in 1a et
2a suppositione, superest disputatio an sit actus amoris realiter et
specie diversus ab amore charitatis seu amicitiae erga deum
an vero idem cum illo. circa hoc autem variae sententiae quas
referunt Salas 1.2 q.1 tr.2 disp.7 sect.2 et alij ab eo
citati videntur magna ex parte continere ambiguitatem
diversarum acceptionum ut ostendi potest adhibita distinctione
et explicatione eorum quae pertinent ad hoc punctum de re
[illegible] infra dicenda.
1a conclusio in beatis fruitio summi boni ad voluntatem perti
nens quamvis aliqua ratione sit et dicatur amor concupis
centiae non tamen distinguitur realiter neque specie ab amore amici
tiae seu charitatis erga deum. explicatio et probatio
huius conclusionis pendet praecipue ex duplici puncto. 1mo quid
sit amor amicitiae et concupiscentiae, et quomodo inter se
differant quod explicuimus in materia de charitate disp. 1a
cap. 5 et alibi, nunc breviter dico. amorem amicitiae
stricte et proprie sumptum (ne sit dissensio de nomine contra alias
latiores acceptiones) esse illum quo diligimus aliquem
propter seipsum ita ut formale obiectum motivum amandi sit
illius bonitas quatenus est per se amabilis, hoc est, digna
amore etiam praecisa ratione boni utilis et delectabilis qua
si formali motivo, quamvis possit esse obiectum materiale et se
cundarium. probatur tum ex communi modo concipiendi, tum etiam
ex propria ratione qua dicimur amare aliquem amore
amicitiae quando illum amamus propter se et gratia sui, non vero
propter rationem formalem nostrae utilitatis aut delectationis seu
quia ille est nobis utilis commodus delectabilis et iucun
dus, ut colligitur ex doctrina Aris. lib. 8. Ethicorum cap. 3 et 4.
et lib. 9. cap. 5. et lib. 2 Rethoricorum cap. 4. item D. Thom. 1a 2ae q. 26.
a. 4. 2a 2ae q. 17 a. 8. et alij ibidem.
unde amor concupiscentiae stricte et proprie quatenus distinguitur specie ab
amore amicitiae est ille quo amamus aliquem non propter se ipsum et

gratia sui, sed quatenus est nobis bonus, utilis, seu commo-
dus vel delectabilis, ita ut hoc sit finale motivum amandi.
quare si sermo sit de amore amicitiæ et concupiscentiæ
stricte sumptis debebunt illos attendi diversitas ex obiecto finali
seu motivo amandi quod ut explicat per hanc causalem quod
diligimus aliquem quia est simpliciter bonus in se et propter se
nempe, quia est per se dignus amore gratia sui, talis est erga
illum amor amicitiæ; at quod diligimus aliquem ex
finali motivo boni nostri, nempe quia est nobis utilis vel com-
modus aut delectabilis aut iocundus, talis est merus
amor concupiscentiæ, qui etiam dici solet amor merce-
narius.
notandum autem est caute dictum esse amorem amicitiæ
et concupiscentiæ si stricte sumantur prout habent diversum
obiectum finale modo dicto differre specie; aliquando vero sumantur
latius ita ut aliquis amor dicatur concupiscentiæ res-
pectu alicuius obiecti minus intenti tamen eidem obiecto finali
cum amor amicitiæ ac si inde talis amor concupiscentiæ
non est diversæ speciei ab amore amicitiæ, v.g. eadem Charitas
habens pro obiecto finali divinam bonitatem quatenus est ama-
bilis propter se et gratia sui dicitur etiam amor concupiscentiæ erga
res quas per Charitatem diligimus in nostrum commodum
seu utilitatem ut exposuimus in materia de Charitate
disp. 1. c. 3. et disp. 6. cap. 7.
in hoc sensu locum habet id quod dicit D. Th. Caiet. Ferr. et alii
notat Val. 1. p. t. 1. disp. 4. cap. 2. unum et eun-
dem actum posse esse amorem amicitiæ et concupiscen-
tiæ sub diverso respectu, nempe hoc verum est ubi non
datur obiectum finale diversum sed idem, sic enim unus actus
potest esse amor amicitiæ respectu eius qui diligit propter se
seu gratia sui, et potest esse amor concupiscentiæ respectu
obiecti materialis quod ideo illius simul diligit quasi bo-
num utile seu commodum vel delectabile.

2m substantiam an in beatis sit virtutem theo logicam perse infusam Charitatis per quam a more supernali amicitiæ diligunt deum propter se seu gratia sui et ratione illius alia quasi ob amalia detur ali qua alia virtus theologica perse infusa ad diligen dum deum alio supernali amore diversæ spei ab amo re Charitatis. circa quod sententiam afirantem tenent aliqui di centes in beatis permanere habitum perse infusum spei theologicæ non 2m denominationem spei ad sperandam beatitudinem essentialem, cum iam hanc possideant, sed 2m suam substantiam ad eliciendam amorem et delecta tionem supranalem et alios actus circa deum sub ratione boni veri iam possessum nobis utile commodum et de lectabile, ex qua ratione frali dicunt in beatis ex gaudeum specificant amorem concupiscentiæ natur et specie diver sum ab amore Charitatis. unde consequenter asserunt frui tionem et delectationem quam beati habent de deo viso esse actum natur et spe. diversum ab actu Charitatis.

Sed licet hæc sententia hoc modo explicata sit probabilis, probabilior et sequenda videtur opposita ... doctorum doctrinam asseren tem in beatis non permanere habitum spei neque quoad suam substantiam, sed illum sicut et habitum fidei omnino excludi a bea tis permanente tamen habitu Charitatis ... illud 1. ad Chori 13. nro 8. Charitas nunquam excidit. et nro 13. nunc autem manent fides spes charitas tria hæc ... a quibus verbis ut colliges ex contextu et ibi notant multi sed et alij expositores signatur ex tribus virtutibus theologicis nem pe fide spe et charitate quæ nunc viatoribus infunduntur permanere in beatis solam Charitatem et similiter ratione qua habitus fidei etiam 2m suam substantiam ab illis ex cluditur excluditur habitum spei, ut ex doct. D. thom ostendimus in nostra de incarnatione disp. 20. cap. 1. et alibi.

... hanc igitur sententiam locum habet quod ... dictum est in beatis fruitionem summi boni quibus aliquas ...

sit et dicatur amor concupiscentiae non tamen distinguitur reali-
ter neque specie ab amore amicitiae erga deum, et quidem
prior pars quod talis fruitio aliqua ratione sit et dicatur amor
concupiscentiae probatur: quia amor concupiscentiae est et dici-
tur aliquo modo respectu obiecti materialis quod amamus quasi
bonum nostrum utile seu commodum. l. delectabile ut
expositum est supra post certum in 1° puncto § notandum
autem.

Posterior vero pars quod talis fruitio in beatis non sit actus
realiter et specie diversus ab amore amicitiae seu chari-
tatis erga deum, ita explicatur et probatur. talis fruitio est
amor supernaturalis theologicus habens pro obiecto formali divi-
nam bonitatem siquidem est fruitio beatifica de summo
bono, ut constat; sed in voluntate beatorum nu-
lla est supernaturalis virtus theologica diversae speciei
a charitate nam in illis non permanet habitus spei theo-
logicae neque quoad substantiam ut ex priori doctrina diximus
in 2. puncto § sed licet, neque etiam dici potest voluntati bea-
torum esse impressam aliquam aliam specialem virtutem theo-
logicam diversae speciei a charitate non in est unde ex doct. SS.
aut PP. aut aliorum gravium autorum l. alio solido fundamento
id ostendatur. Ergo talis fruitio in beatis siquidem modo con-
naturali secundum communem ordinem debet provenire ab aliqua
virtute provenit a virtute charitatis ac proinde non est actus
realiter, nec specie diversus ab amore charitatis erga deum
qui actus est proprie amor amicitiae ratione obiecti formalis quod est
divina bonitas dilecta propter se et gratia sui, quamvis simul
etiam sit et dicatur aliquo modo amor concupiscentiae res-
pectu obiecti materialis ad quod praeter alias res pertinet ipse
deus quatenus est bonum nostrum nobis utile commo-
dum et delectabile, quo conquiescit et satiat appetitus

quo pacto talis actus dicit fruitio, delectatio, letitia
seu gaudium. l. voluptas de summo bono. sic etz lo
cum hic ad qd. Valen. 1. 2 disp. 1. q. 4. pto 1o. § 1o. dicit
eundem actum voluntatis quatenus absolute de
summo bono ē et, nominari dilectnm, appellari
vero delectatn et fruitn quatenus ē de summo bo
no possesso. Ut in illoc lquens voluntatis.
congrua autm ratio ob quam beatis n conveniat supe
rnalis amor theologicus mere concupiscentie ratit
et spē diversus ab amore Charitatis ē, qa sit beatis
sbt perfectm sui status consentaneum ē vt n ha
beant ullam cognitn supernalem theologicam ni
si illam que in ordine supernali theologico habent
diuinam essentiam sb obo frali ē perfecta, qualis ē
clara visio, et hac roē ab illis excluditr fides tam
quoad actum quam quoad habitum, ita consenta
neum illis ē, vt n habeant ullam dilectnm supernalem
theologm, nisi illam, que in ordine supnali theologico
hente diuinam bonitatem sb obo frali ē perfecta
qualis ē dilectio ex Charitate erga deum sbt seipsum
et hac roē excludatr ab illis habitus spei et quicumq
illius actus habens sb roē frali diuinam bonitatem
sbt ē nobis vtilis seu commoda .l. delectabilis quo
pacto ē et dicit mercus amor concupiscentie imper
fectus et mercenarius.
confirmatr 1. 2 d. thu q. 17. a. 8 corpe vbi ait amor
perfectus ē quo aliquis 2 mse amat sit qdo amat
amicos, et talis ē Charitas que inheret deo in se
ipsum, amor vero imperfectus ē quo amat aliqd
n 2 mse ipsum sd vt illud bonum sibi pueniat sit

hô amat rem quam concupiscit, et talis, inquit, ē amor spei; et in eadem q. a. 3. corpe ait spes directe respicit bonum proprium &c. q^d autem hitus spei neq̄ quoad suam substiam, ac pinde neq̄ quoad ullum actum sub eius rōe spali permaneat in beatis conveniet etiā in doct ipsius D. Thō in eadem 2. 2. q. 18 a. 2. corpe. et 1. 2. q. 67. a. 4. corpe et alibi.

Affirmat. 2 ex eod D. Bernar. epista. 11. cā illud Psalmi 117. nō 1.º confitebitur domino quoniam bonus, et in illud psalmi 48. nō 19 confitebitur tibi cum benefeceris ei, sic dicit: qui confitetur dnō quoniam bonus ē in se seu bonus simpliciter amat ut filius, et defert Patri, qui vero amat deum q^a bonus ē sibi amat ut mercenarius, q^a cupit sibi &a. idemq̄ docent alij PP dicentes amorem spei ēē mercenarij, at v^o amorem Charitatis ēē amici et filij. inde autem apte colligit, q^d cum beati sint in statu consumato perfectorum Amicorum et filiorum dei consentaneum illis ē ut quidquid supnali amore theologo sint amaturi. ament perfecto amore supnali theologo Charitatis ut decet perfectos amicos et filios in statu consumato: unde etiā illi actus q^o beati dicuntur sperare alijs beatitudinem ss. a Charitate ut docet D. Th. 2. 2. q. 18. a. 2. ad 3. ubi ait: evacuata spe in beatis sperant quidem alijs beatitudinem non virtute spei, sed magis ex amore Charitatis ē q^d etiā specialiter de ipso domino docet 3. p. q. 7. a. 4. ad 2. ubi id explicuimus in mā de incarnatione disp. 20. cap. 1. ad 2. obiectm.

Ex predictis igit fundatis constat qua rōe in beatis actus fruitionis seu delectationis gaudij. l.

lectiue de summo bono viso non sit realiter neque specie diversus ab actu Charitatis.

Difficultas restat an fruitio seu delectatio sequens visionem beatam sit solum immediate de ipsa visione et mediate de Deo, an vero immediate de utroque.

1a Sententia asserit illam esse immediate de sola visione mediate autem de Deo, ita Durand. 1o Sententiarum d. 1. q. 2. et in 4. d. 49. q. 5. / 2a sententia ex opposito affirmat illam esse immediate de solo Deo visionem vero non esse obiectum fruitionis sed solum conditionem sine qua non. haec opinio tribui solet Scoto Gabri, Ocamo et aliis ut refert Salas infra citandus. Sed ut ipsemet notat illi non satis exprimunt talem sensum. magis autem in hac sententia videtur esse Caietanus q. 2. e. 17. a. 5. quamvis videatur etiam admittere aliquam expositionem. 3a sententia dicit illam esse immediate de Deo et de visione, quae sententia est verior et sequenda modo explicando est sequens.

2a Conclusio fruitio sequens visionem beatam est non solum immediate et prime de visione neque solum de Deo sed de utroque suo modo ita ut sit immediate de Deo quasi de obiecto cuius et fine ultimo ut qui, et immediate etiam de visione beata quasi de obiecto mali et fine ultimo ut quo. haec ad. quod Durandum attinet est verior, quamvis diversis modis soleat exponi ut videri potest apud Capreol. 1. Sententiarum d. 1. a. 1. et 3. et a. 3. Greg. q. 3. a. 1. Marsili. q. 4. a. 2. Maiorem q. 5. a. 1. ad. 5. Medi. q. q. 11. a. 3. Conr. ibidem et q. 32. a. 1. ad. 1m. Vasq. disp. 15. cap. 3. 4. et 5. Salas tract. 2. disp. 1. sect. 6. no. 54.

versus finem. D. hiero. in cap. 3. Amos et epist. 103 ad
Paulinum, greg. iustiniani in [illegible].

3. Probat. quia non est impossibile conferri adeo corporibus bea
torum praeter colorem veram et propriam lucem

corpoream quae fiunt fralit lucidi et splen[illegible]
qui conspiciunt in perfectioni status beatissi
et refactorum adlegitur dist. 28 et D. Thomas lucidi
tatis [illegible] pot autem [illegible] explicari exem
plo quorundam corporum inferiorum quibus est
colorem [illegible] illis [illegible] quae noctu lucent
et videntur habere carbunculi hoc et gemmae quaedam
igniti carbonis similitudinem referentes et [illegible]
noctibus lucentes item aliqui vermiculi lucidi
ut lampyrides seu nocticula quas etiam dicit nitedula
vocari [illegible] de quibus Plinius lib. 11 cap. 28 et 18 cap.
26
hoc exemplum florem hunc exposuit D. Cyrillus archiepiscopus
cuius hierosolymitanus chathequesi 18 fere ad medium quem
[illegible] ubi fulgebunt iusti splendebunt ut sol et tamquam
luna et sicut splendor firmamenti et praevidens
istam hominum incredulitatem deus vermibus parvis
estate lucidum dedit corpus ut eo splenderent ut ex ap
parentibus crederet id quod expectamus qui enim partem
pot praestare poterit et totum et qui fecit vermes
ut lumine splenderent multo magis illustrabit
hominem iustum
[illegible] praedictam lucem et claritatem
futuram esse non solum in superficie seu exterioribus
corporis gloriosi partibus sed in omnibus illius partibus etiam in
internis et profundis nempe in tota profunditate car
nis ossium ac viscerum omnium quae membrorum
ac sic totum corpus erit ad modum christalli seu
purissimi vitri diaphanum transparens transflu
cens pervium ut docent D. Th. 4. Sententiarum D. 44. q. 2.
a. 1. c. [illegible] et ibidem alij quos referunt et sequuntur
q. 3. [illegible] 102. disp. 48 sect. 2a. [illegible] et Salas [illegible]
1o. [illegible] 2. disp. 14 sect. 16 no. 125.

[illegible] in explicant d. greg. lib. 18 moralium c. 33 ad medium ubi illud [illegible] vitrum l. vitrum ait: vitri materia ut exterius [illegible] pura in interius perspicuitate perluceat ita significat beatorum corda sibi invicem et claritate fulgere et puritate transflucere et quod addit illud Apoc. 21 nota est ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo, et subdit: ipsa eorum claritas vicissim sibi in alternis cordibus patet, quia illam membrorum corpulentiam non abscondet et patebit corporalibus corporis ipsa armonia quae ait d. Laurentii Justini lib. de disciplina et perfectione monasticae conversationis cap. 23 paulo ante finem agens de corpore glorioso sic ait: nimia claritate fulgebit ita ut solis [illegible] transfundat splendorem, non autem lumine suo intuentium se reverberabit aspectum sed ineffabili quodam modo confortabit clarificabit quod erit tota eius substantia corporis eius oculis visibilis [illegible] ut viscerum ex terrorum que membrorum armonia conditoris declaret magisterium admirandum.

an vero praedicta lux seu claritas corporis gloriosi sit eiusdem speciei cum luce solis aut ignis differunt autores oppositam asserentem signant d. th. 4 sententiarum d. 44 q. 2 a. [illegible] q. 2. ad 1m Scotus d. 49. q. 4. ad [illegible] ubi non addit sustineri posse illam esse diversae speciei ab alijs. ratio probabilis quod claritatem corporis gloriosi esse diversae et superioris speciei a claritate solis et cuiuscumque alterius corporis inferioris, et esse supernaturalem ratione suam substantiam. prior pars quod sit diversae speciei tradit aperte a Ricar. 4 sententiarum d. 49. a. 4. q. 6. ad intellectum et ab alijs idque esse verisimile docet S. 3. pte t. 2. disp 48. sect. 2. § quapropter et absolute tenet Salas in 1. 2. tr. 2. disp 14. sect 16. no. 12. ubi refert alios.

imo etiam d. th. quamvis in priori loco citato explicitum signi ficare. in 3. Sententiarum dist. 16. q. 2. a. 1. ad 4. sic ait: claritas corporis gloriosi non corrumpit visum, sed demulcet et delectat, et hoc ideo contingit quia est alterius generis quam ista claritas naturalis etc. et ibidem explicans dictum d. hieronymi asserentis deum non posse in hac vita tam clarum quod facere sic ait: intelligendum est ideo id dictum esse quia claritas huius vitae scilicet naturalis non est proportionabilis claritati Patriae, sed alterius generis etc. Sane hec verba denotant claritatem corporis gloriosi esse diversi et superioris generis a claritate naturali. Unde etiam convenienter intelligi potest illam esse supernaturalem in substantiam, hoc est nulli corpori creato aut creabili ratione sui sibi non connaturaliter debita ut specialiter tenent Salas et alij citati in illa sectione decima sexta numero ciento y treinta i dos et numero ciento y treinta y tres et ad secundum. id quod etiam probabile esse docet suarez ubi supra.

---

id quod etiam probabilius docet S. ubi supra.

explicatur et probatur non repugnat claritas diversa et superioris speciei a claritate solis et aliorum corporum inferiorum illamque de facto convenire corpori glorioso est consentaneum perfectioni status beatifici verisimilius quod colligi videtur ex ijs quae de proprietatibus talis claritatis traduntur conformiter ad doctrinam ss. PP.; nam Apocalib. 21 num. 23 de gloriosa civitate hoc est beatorum caelo ita dicit: civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea, nam claritas dei illuminavit eam. quae verba secundum contextum et communem expositionem apte etiam ad claritatem corporum beatorum referuntur et indicant illam non causari claritatem solis neque lunae ac proinde neque ullius alterius inferioris corporis proprietatem sed esse aliam claritatem excellentiorem diversae ac superioris rationis quae merito peculiariter dicitur claritas dei quia modus loquendi convenienter ita intelligi potest ut dicatur claritas dei quia est excellentissima claritas

quae est sicera nō ñ d connalis ꝓprietas solis aut Lunæ aut alterius corporis creati l. creabilis ꝑ peculiaritē tribuit soli deo ꝓpterea qd ab illo solo dēbeat ꝓuenire tamquam a supnali cā particulari speciali unde consequenter attentis etiā alijs eius ꝓprietatibus intelligi pōt eam ē supernaturalem sām substiam.

Cōfirmat qa si cōnsequenter salbat ꝺ qd xa doctrinam collectam ex ss. et PP. conceditur claritati corporis gloriosi ñ coīre imperfectiones ꝓprias claritatibus nalibus qd illi competere nalis excellentiores ꝓprietates, nempe illa Lexiimia ñ corrum[...] sit visum ꝑ demulceat ut ait D. th. sup.a citatus, post. z. cū in posteriori loco idemq. signantalis ꝓd sa ñ relati post. in cū m. z. etc. ꝓbatione speciatimq. exponit. D. Laurentius iustinianus ibidem citatus ubi etz dicit illam superius hoc d maxā ꝓfatione tran[s]cendere splendorem solis et ineffabili mō clarificare ya unde consequenter infert illam ñ here illam imperfectm inducendi alterati corruptiuam per calorem aut alias qualitates elementares quæ coit lux solis aut aliorum corporum inferiorum item neq. here eam incompatibilitem quam luces nales hent ne sint in partibus profundis corporis colorati et densi neq. etz exigere eas dispositiones quas illæ exigunt. atq. hinc solui posse multas obiectiones quæ afferri possent ex ꝓprietatibus convenientibus luci nali, nam illæ ñ st tribuendæ luci corporis gloriosi quæ est diuersæ et superioris rōis.

Obijcies: si lux corporis gloriosi esset sm suam substiam supernalis sequeretur inde eam ñ posse nalit ab oculis videri nam obm sm suam substiam supnale superat facultatem nalem oculorum siquidem ñ continet sub eorum obo nali.

Rx distinguendo cons. si sensus sit illam ñ posse naliter videri ullo mō neq. imperfecto et improportionato ꝺ neg. um mō imperfecto et improportionato qd etiā sm suam substiam supernale pōt aliquo nali intra cuius obm pōt imperfecte et improportionate perceptibile continetur quā nos etz supernalia misteria fidei ꝓponant inhaeret voluntati nostræ posse naliter

actu aliquo nali im perfecto et im proportionato attingi
ut 4 plicimus supperius disp. 1 cap. 11. diffi. 1a ad 5 obiectum
in 3. pto, idq. etiam in pñ sentit notant Salas. 12 to. 1o tt
2. disp 14 sect. 16 nro. 134 et 19. et alij

si vero sensus sit illam nō posse nalit videri mō perfecto
et proportionato sic quidem concedendum est, idq. contendunt
authores asserentes claritatem corporis gloriosi nō posse
videri (nempe perfecte et proportionate) ni oculus corro
boret aliqua virtute seu concursu supernali ut expo
nit Salas proxime citatus in illo nū 134 qui mihi nō hoc
autem locum het tam in oculo corporis beati quam etiam al
terius nō beati nempe a nullo oculo pōt claritas corporis
gloriosi videri mō perfecto et proportionato nisi nalis
facultas oculi corroboret aliqua virtute seu con
cursu supernali.

observandum autem est 1o in potestate beati esse occultare
claritatem sui corporis ne videatur ut docet D. th. 4 sententiarum
d. 44. q. 2. a. 4. q.a 5 corpore ubi sic ait: in potestate aiæ
glorificatæ erit quod corpus suum videatur vel nō videatur et hoc
inquit pōt contingere sine mutatione alicuius proprietatis
quæ sit de perfectione corporis glorificati. id autem probat quia
tunc quælibet alia actio corporis erit in potestate aiæ glorifi
catæ propterea quod ipsum corpus gloriosum quasi instrumentum
est illi plene subditum et summe obediens. Speciatim au
tem ex docet D. Th. et PP. colligit occultatam fuisse eximiam
claritatem corporis Xpi Dni post suam resurrectionem gloriosiquod
ante ascensionem in cœlum se prius discipulis apparuit
et ut habet Luc. 24 nō 31. ipse Xpus colloquens in
via cum discipulis evanuit ex oculis eorum.

2o observandum est claritatem seu lucem corpoream
in omnibus corporibus gloriosis futuram esse eiusdem spei
diversam nō perfectionis individualis pro diversitate meri
torum sicut etiam suo mō idem dicit de gloria aiæ ut exponunt

S. 3. pte t° 2. disp. 46 sct. 2 et illud v° et alij. —
3ª dubitatio q. d sit agilitas corporis gloriosi an consistat in aliqua qualitate indita ipsi corpori. —
2° corpori glorioso coit agilitas qua beatus pot facillime et celerrime seipsum movere quocumq. vellit probabilius illam ee perfectam quandam qualitatem corpoream motivam adeo inditam ipsi corpori glorioso. prior pars q. corpori glorioso coiat agilitas e certa ex coi doc trina cum D. th. 3. pte in additionibus q. 84. et 4. sentias D. 44. q. 2. a. 1ª a. 3. ubi alij quos referunt et sequunt S. et Salas infra citandi.
pbr 1° aliquibus testimonijs ss. q. ut sapie 3. no. 7. fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent. isaie 40. no 31. assument pennas sicut aquile current et non deficient. 1. ad corinth. 15. no. 43. seminatur corpus in infirmitate surget in virtute. ex ijs et alijs similibus ss. testimonijs, ta apposite pp. colligit pre dicta agilitas.
2° pbat ex s. pp. id asserentibus ca predicta loca et alibi saepe. id q. speciatim exponunt d. Aug. t° 5. lib. 13 de civitate dei cap. 18. et lib. 22. cap. 11. et d. laurer iustinianus in lib. de disciplina et perfectione monastice conversationis cap. 23. ubi paulo ante finem loquens de corpe glorioso sic ait: tanta agilitate erit preditum ut in momento in omnibus obtemperet imperio spus presidentis et absq. retardatione et sine ulla gravedine eo se divertet quo impetus spus diriget ipa. ratio autem congrua assignat ex perfectione status beatifici cui id e consentaneum.
an vº hec agilitas sit aliqua spalis qualitas motiva indita corpori glorioso dissentiunt autores quorum varias opiniones refert Salas ut t° 1°. tr. 2. disp. 14. sct. 16. et ipse ibi no 156 videtur tenere ptem negantem. ps affirmantem. l. exprimunt. l. signant alij quos citat. S. 3. pte

1°. 2. disp. 46 sect. 4. § confirmatur et in hanc esse videtur
inclinare. Sane est probabilis quia talis qualitas non c̄dim
polis et perfectioni status beatissimi consentaneum est
per illam intrinsece perfici corpus gloriosum sicut etiam con-
cedit perfici per claritatis qualitatem et impassibilita-
tis, neque aliunde aliquam urgens videtur obstare. Quidquid autem
locum habet sive agilitas sit qualitas realiter distincta a sub-
tilitate et impassibilitate sive non.—
notandum autem quod ad hanc agilitatem corporis gloriosi
non requiri carentiam gravitatis quae est humani corporis
proprietas connaturalis. nam licet hanc tolli a corpore glo-
rioso afirment aliqui quos refferunt et impugnant
C. in praedicta sect. 4. in 2a. sententia et Salas in illa sect.
16. n° 148 nullo tamen firmo fundamento ostendi videtur
illam tolli, et sicut conceditur in corpore glorioso per-
manere alias proprietates connaturales naturaliter conse-
quentes humani corporis complexionem et temperamen-
tum, unde potest quae naturaliter postulant soliditatem
densitatem et duritiem nempe omnia non privant
ipsum suis proprietatibus ita suo modo dicimus quod de gravitate
quae etiam illi conducet ad motus deorsum neque impe-
dit alios motus nam propter efficaciam agilitatis et plenam
subiectionem totius corporis ad animam beatam ipsa gravitas
impedietur vel resistat quibuscumque motibus voluerit bea-
tus se ipsum movere.

Disputari solet an beatus possit se ipsum
movere, id est, transire ab uno loco ad alium absque
transitu per medium.

Sententiam negantem tenent aliqui quos refferunt C. in
praedicta sect. 4 § quarto et § alii et Salas in praecitata
sect. 16 n° 150 quod ipsi ibi cum aliis dicunt probabilem esse
sententiam affirmantem quae sane videtur colligi ex dictis SS. PP.
asserentium beatos posse subito et in momento fieri

retardatione moveri quoquomque prius voluerit ut loquunt. D. Laur. Justinian. loco sup. citato. D. Aug. Bernar et alij PP. quorum loca et dicta adducunt S. et Salas proxime citati.

Id autem potest verissimiliter explicari et probari hoc modo Beatus existens in uno loco potest velle cessare a concursu conservante priorem ubi in eo loco et actione simultanea in instanti producere in se aliud ubi per quod se ipsum constituat in alio loco, quin velit producere in se ubi per quod quo existat spatio inter medio, sic autem vere diceretur non quidem motu successivo (quo pacto exponunt aliqui graves authores quibus oppositam sententiam attribui solent) sed simultanea mutatione moveri ab uno loco ad alium in instanti absque transitu per medium. Et si divina virtute fieret ut res existens in uno loco produceret in instanti in alio loco absque eo quod produceret in medio, ad cum numquam quo in misterio eucharistiae prius Deus in instanti producat in alia atque alia hostia distante quin producat in spatio intermedio.

Dubitatio quid sit subtilitas corporis gloriosi an sit specialis qualitas realiter diversa ab agilitate et alijs dotibus.

Sit 1.º corpori glorioso competit subtilitas qua potest alia corpora penetrare, illa autem non videtur specialis qualitas realiter diversa ab agilitate aut alia facultate corporis gloriosi cum assistentia Dei parata ad efficiendam penetrationem ipsius corporis gloriosi cum alio corpore. prior pars quod corpori glorioso competat subtilitas comm. tradit ut certam D. Th. 3. p. in additionibus q. 83. et 4. sententiarum d. 44. q. 2. a. 2. q.ª 1.ª ubi etc. et alibi saepe id docent alij quos citant S. et Salas locis infra referendis. probatur ex cito 1. ad Corint. 15. n.º 44. <u>Seminatur corpus animale surgit corpus spiritale</u>. quae verba per contextum et expositionem PP. et aliorum interpretum ibi ita intelligunt ut corpus dicatur surgere spiritale non quia non sit futurum

verum corpus, s. q.a erit plane subjectum spui nempe aiæ et habebit subtilitatem. unde qd corpus surrecturum sit spirituale solet exponi in duplici sensu prior ille quem exhibet D. th. 4. c.a gent. cap. 86. paulo ante finem ubi ait: tunc corpus dici spirituale q.a erit omnino subiectum spui sit inquit nunc dicitur corpus aiale q.a aialibus passionibus subiacet et indiget alimonia. quem idem etiam sensum habet ex D. Aug. l. 3. in enchiridio cap. 91. D. Anselmo circa illud 1. ad Corinth. 15. no. 44. et alijs ibidem.

alter sensus est ut tunc corpus dicatur speciatim spirituale tum propter subtilitatem qua poterit penetrare alia corpora tum propter analogiam quandam similitudinem cum ea proprietate qua spus potest subintrare et quasi penetrare corpora solent etiam corpora subtilia dici quodammodo spiritualia quo pacto aer et ventus q.a sua subtilitate facile potest subintrare suo modo et quasi penetrare alia corpora dicitur spus juxta illud Joann. 3. no. 8. spus ubi vult spirat juxta atque hinc ac ipso spiritualitatis et subtilitatis potius præfert ipsorum spiritu subtilitatis qd denotat vim penetrandi aut quasi penetrandi ut etiam colligit ex Aris. et alijs lib. 2. de gnõe tex. 10. ubi de corpore tenui et subtili et speciatim notat D. th. 4. Sententiarum d. 44. q. 2. a. 2. q.la 1.a corpore initio ubi dicit: nomen subtilitatis sumptum esse a virtute penetrandi.

in hoc 2o sensu sumpta spiritualitate pro subtilitate penetrante alia corpora speciatim corpus gloriosum dicit spirituale. S. Laur. Justinian. in lib. de disciplina et perfectione monasticæ conversationis cap. 23. paulo ante finem: caro hominis post resurrectionis gloriam spiritualis efficietur, ita ut omne solidum ei sit pervium, nec claustris teneri poterit inclusa, nec vinculis religata, nec restricta custodibus, sed liberam ingrediendi et egrediendi ubique recipiet facultatem.

De controuersia est inter authores an subtilitas corporis gloriosi sit aliqua specialis qualitas realiter diuersa ab agilitate, vel alia facultate ipsius corporis gloriosi. circa quod varias sententias referit et impugnat Salas in 1.2. tr. 2. disp. 14. sect. 19 non existimo autem videtur id quod S. 3. parte to. 2. disp. 48. sect. 5. § hi vero et alij ibi relati asserunt subtilitatem non esse specialem qualitatem qua corpus reddatur aptum ut possit penetrari in alio corpore taliter ut per illam tollatur specialis repugnantia quae naturaliter est inter duas quantitates respectu eiusdem loci.

explicatur et probatur quia repugnantia naturalis ob quam diuersa corpora extensa nequeunt naturaliter penetrari ita ut naturaliter sint in eodem loco prouenit ex quantitate extensa quae naturaliter petit occupare suum proprium locum et naturaliter excludere aliam quantitatem extensam ab eodem loco, nulla autem est qualitas in corpore glorioso quae tollat hanc naturalem repugnantiam quod habet semper in ordine ad vires naturales permanente bene stat quod supernaturalis qualitas motiua corporis gloriosi nempe agilitas aut alia illius facultas cum assistentia dei parata ad praestandum concursum supernaturalem possit efficere penetrationem producendo ubi per quod supernaturaliter non obstante naturali repugnantia quam quantitas extensa habet semper in ordine ad vires naturales) ipsum corpus gloriosum sit penetratiue in eodem loco cum alio corpore. atque hoc modo apte intelligit et salbatur propria subtilitas corporis gloriosi. —

Iuxta hunc sensum recte exponit idem d. th. 4 sententiarum d. 44. q. 2. a. 2. quaestiuncula 2. corpore dicit: per dotem subtilitatis in corpore glorioso non auferri id quod naturaliter impedit ne unum corpus sit in eodem loco cum alio corpore, sed ex opere diuinae virtutis fieri ut possit esse in eodem loco cum alio corpore. atque hoc fere modo exponunt alij quos refferit et sequitur S. ubi supra.

aduertendum autem est id quod d. th. in illo a. 2. quaestiuncula 4. corpore et alij in eadem d. 44. et pluribus locis quos refferunt

et sequuntur Salas, et .J. sua, ei tali dicunt: corpus gloriosum posse penetrari cum alio corpore non glorioso, minime vero cum alio glorioso. ratio autem praedictam doctrinam apte assignatur ex eo quod natura convenientem ordinem beatorum dea non offert concursum ad efficiendam penetrationem non inter corpora gloriosa, sed solum inter corpus gloriosum et non gloriosum. at quod hanc rationem significat D. Th. citatus in ea ad la. 4. corpore dicens: divina virtute fieri posset ut duo corpora gloriosa essent simul in eodem loco, sicut duo non gloriosa sicut gloriosum et non gloriosum, sed tamen non est conveniens quod corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso, tum quia in eis servabitur debitus ordo qui distinctionem requirit, tum quia unum corpus gloriosum non se opponet alteri: simili ratione .J. ubi supra et alij dicunt non posse beatum ullas partes sui corporis intra se penetrare. —

obijcies: quantitas extensa per se ipsam in genere causae formalis expellit aliam quantitatem extensam ne simul cum illa sit penetrative in eodem loco. ergo nec de potentia absoluta fieri potest ut corpus gloriosum cum sua quantitate extensa sit penetrative in eodem loco cum ullo alio corpore extenso. probatur consequentia quia effectus formalis per nullam potentiam potest tolli a forma existente in subiecto ut dicitur communi axiomate.

Respondetur explicando antecedens: quantitas extensa per se ipsam in genere causae formalis expellit naliter aliam quantitatem extensam ita ut actualis expulsio quam in ordine nali petit nisi supernaliter impediatur sit illius effectus formalis secundarius, non vero primarius, nam hic consistit in eo quod subiectum corporeum per quantitatem extensam reddatur formaliter quantum et extensum, qui effectus formalis primarius per nullam potentiam potest tolli a tali forma se ipsam exibente subiecto corporeo; actualis autem expulsio alterius quantitatis est effectus formalis secundarius qui convenit a quantitate extensa dependenter ab hoc quod deus ut

vel ea superiori alijs non potest durat ubi penetrationum alterius quantitatis in eodem loco. Vnde non repugnat impediri talem effectum eorum virtute supernaturali producente huiusmodi ubi penetrationem. atque id supernaturaliter esse possibile receptum est ex communi doct. conformiter ad multa misteria fidei, ita ut oppositum quod asseruit Durandus 4. sententiarum d. 44. q. 6. reijciatur ut omnino falsum et improbabile et praebens occasionem errandi in multis misterijs fidei ut ostendit S. et Salas supra citati.

Simile est quod suo modo in alijs formis quarum effectus formalis connaturaliter petunt potest supernaturaliter impediri v.g. existente in aliquo subiecto calore intenso potest supernaturaliter impediri frigiditatis expulsio quae videtur effectus formalis eius conueniens connaturaliter calori intenso, nisi superiori virtute impediretur. illud autem commune axioma quod effectus formalis per nullam potentiam possit tolli a forma existente in subiecto intelligitur de effectu formali primario respectu subiecti capacis ut exposuimus in nostra [illegible] disp. 11. cap. 1. sect. 3. ad 2. arg. et cap. 6. sect. 1. ad 1. fundamentum.

2a. Dubitatio quid sit incorruptibilitas et impassibilitas corporis gloriosi, an conueniat solum ab extrinseca protectione dei vel ab aliqua perfectione intrinseca.

Assertio corpori glorioso conuenit incorruptibilitas et impassibilitas quae reddit immune a corruptione et quocumque nocumento, illa autem non consistit in sola protectione dei extrinseca, sed in aliqua perfectione intrinseca ipsi corpori glorioso. quod corpori glorioso conueniat incorruptibilitas et impassibilitas certum est ut ostendit communiter cum D. Th. 3. parte in additionibus q. [illegible] 82. et 4. sententiarum d. 44. q. 2. a. 1. q.la 1a et alijs locis infra citandis.

Probatur ex illo 1. ad Corinth. 15. no. 42. Seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptione. et no. 53. opportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. quibus verbis ut constat ex contextu et communi expositione Patrum aliorumque inter praecipuum ubi initiat corpori glorioso concedi incorruptibilitatem et impassibili

tatem. idem q̃ hēt ex alijs locis SS. quibus asserit in statu
beatitudinis excludendum eē omne malum ut Apocalips
21 nō 4. absterget deus omnem lacrimam ab oculis eo-
rum et mors ultra n̄ erit neque luctus neque clamor neque
dolor erit amplius quia priora transierunt. idem etiā
hēt Isaiæ 25. nō 8. et cap 46 nō 10 et alibi sæpe. —
id apte explicat verbis d. laur justiniani in lib de disciplina
et perfectione monastic conversationis cap 21 paulo ante
finem ubi sic ait: caro de cetero immortalitatis induet an
ni deposita corruptibilitate, nullum sui patiet detrimen
tum, nullam ue membrorum diminutionem nec dolorem &a

Difficultas ē an incorruptibilitas et impassibilitas conveniat
corpori glorioso solum ab extrinseca dei protectione impedientis
omne nocumentum an vero ab aliqua perfectione illi
intrinseca. / omissis varijs sententijs quas referunt et impugnant
G.S. pte 4. 2. disp 48 sc 3. et Salas 1 2 t. 1. tr. 2. disp. 14 sc
17. dico videtur idē ipsi ibi cum alijs asserunt illam n̄
convenire solum ab extrinseca protectione dei sed a perfectione
intrinseca per quam corpus gloriosum redditur incapax cuius
cumque nocumenti et lesionis —
declarat et probat 1° qa hoc videtur magis consentaneum aliquibus
SS. et PP aliorumque graviorum authorum testimonijs signi
ficantibus incorruptibilitatem et impassibilitatem eē aliquid in
ditum quo velati induit corpus gloriosum nempe 1a ad Corinth
15. nō 53. dicit: opportet corruptibile hoc induere incorruptionem
et mortale hoc induere immortalitatem. id q̃ de hoc loco
signant multi PP et alij sunt pretes cum dicunt corpus glorio
sum indui incorruptibilitate et immortalitate.
probat d. Aug t. 2. epista 56. que ē ad dioscolum fere ad
medium colum 6. dicit: ex beatitudine aiæ redundare in corpus
gloriosum plenitudinem sanitatis quæ ē incorruptionis vigor.
idem asserit d. th. 1. pte q 97. a. 1. corpore ubi asserit corpus
gloriosum futurum incorruptile per aliquid inherens. qd etiā
docent alij quos referunt et sequuntur ss. et Salas ubi supra

ao pbat roe. q̄ ñ repugnat corpus gloriosum reddi inco
rruptibile et impassibile per aliquam perfectam intrinsecam super
additam. et hanc defacto concedi consentaneum testi
monijs SS. et PP. et doctrinae D. Th. et aliorum locis de
latis. et decet perfectum statum beatitudinis corporalis
quid cur neget...
huius modi autem perfectam intrinsecam aliqui ita explicant ut
dicant illam esse quandam perfectam et indissolubilem
unionem qua tunc aia informabit corpus. ita solus 4 sen
tent. d. 49. q. 4. a. 5. § adde quod. ubi sic ait: non erit aliud
incorruptibilitas quam indissolubilis informatio et
coniunctio aiae cum corpore. et postea subdit: impassibili
tas est perfectissima aiae informatio ad perfectum esse corporis.
habet D. Th. 4. sententiarum d. 44. q. 2. a. 1. q.la 1.a corpore et ad
2. ubi impassibilitatem corporis gloriosi refert ad quendam
modum perfectum quo tunc aia informabit corpus et illi
plene dominabitur.
hanc sententiam impugnant S. in praedicta sec. 3. § superest, et Salas
in praecitata sec. 17. no. 137. sed nihil urgens afferri videtur propter quod
negetur illam esse probabilem, nam in resurrectione corporis non narium
requiritur eadem substantialis unio quae fuit in hac vita ut 4 D. th.
et alijs dictum est supra in hoc casu n. 3. suppone ad finem. id quod fa
tentur etiam S. et Salas ibidem relati. hoc autem supposito verisimilis
dici potest in resurrectione conveniens adeo esse aiam et corpus quan
dam substantialem modum unionis perfectioris quae exigentia sua sit
indissolubilis et perpetua nam id expedit ad finem status
beatifici qui debet esse perfectius. unde apte salvabitur ratio talis
unionis indissolubilis convenire corpori beato incorrup
tibilitatem et impassibilitatem ad eum modum quo dicitur
caelum esse incorruptibile quod habet unionem indissolubilem su
arum partium.
sed verisimile etiam est incorruptibilitatem et impassibilitatem
corporis gloriosi convenire a speciali qualitate indita sive sit
una sive multiplex per quam ipsum corpus habeat vim

resistendi ne possit ab illo agente pati corruptionem aut ullam lesionem quae est illius incapax. huius sententiae sunt Ricardus, Paluda, Capre et alij quos citant et sequuntur Conimbricenses in precita sectione 3. in 6. et ultima sententia; et Salas in illa sectione 1. in 3. opinione.

Queri solet an impassibilitas sit equalis in omnibus beatis.

D. Th. 4. sententiarum d. 44. q. 2. a. 1. a. 1. corpore. Respondet illam secundum privationem seu negationem quam importat non suscipere magis et minus sed esse in omnibus equalem. ceterum secundum suam causam esse maiorem in uno beato quam in alio quia in eo qui perfectius fruitur deo est maior causa impassibilitatis, nempe hoc quod est non admittere ullam passionem corruptivam seu lesivam equale est in omnibus beatis, sed perfectio positiva in qua hec negatio fundatur est in diversis beatis individualiter inequalis sicut et gloria. sicut etiam proximo incorruptibilitas naturalis conveniens celo et Angelis dicitur esse equalis quoad carentiam corruptionis, quamvis positiva ratio in qua hec carentia fundatur sit inequalis perfectionis. ut notant Conimbricenses ubi supra et alij.

ex predicta doctrina et eo quod est posita colligi potest solutio aliquarum obiectionum et dubiorum que possent proponi et ob brevitatem eas omittimus.

5.a Dubitatio an beati sint habituri actus vitales pertinentes ad potentias vegetativas.

Dico beati non esse habituri actus vitales pertinentes ad potentias vegetativas nutriendi augendi et generandi. ita continet in communi D. Tho. 4. sententiarum d. 44 ubi D. Th. q. 1. a. 2 q. 1a. ad 1m et Caietanus lib. 4 contra gentes cap. 83. ubi probat post resurrectionem non esse futurum usum ciborum et Venereorum. Specialiter autem Conimbricenses p. 1. 4. a. 2. disp. 41. sectione 1a probat in corpore Christi domini post resurrectionem non fuisse actus potentias vegetativarum, quamvis certum sit in illo fuisse et esse ipsas potentias vegetativas quae pertinent ad integritatem corporis humani. unde colligit simili ratione idem esse dicendum

in alijs corporibus gloriosis. Probat q.a huius m.i actus nutricionis augmentationis et g.nis, ss. p.r p.rij vitę corruptibilis et animalis sive corruptivę ad illam sustentandam augendam et propagandam, quę omnia n.i ss. consentanea vitę in corruptibili et impassibili qualis ē beatorum.

hentinariam conexionem

obijcies 1.o ipse in ss.a signat beatos ē habituros actum manducandi et bibendi vt luc. 22 n.o 30: ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus Regnum vt edatis et bibatis supra mensam meam in Regno meo. ergo y.a. R. hęc et alia huius m.i verba relata ad aliam vitam intelligunt allegorice de cibo et potu spirituali sub metaphora et similitudine cibi et potus sensibilis vt indicat contextus, et com.r ibi notant ss. P.P. et alij interpretes specialiter et D. th. in prędicto cap. 83. versus finem atq. id etiam explicuimus superius disp. 1.o cap. 6. ad 1.m obiectionem. —

dices: Xpus dominus post suam resurect.m habuit veram actionem manducandi cibum, nam luc. 24 n.o 43. dicit manducasse coram discipulis. et actorum 1.o n.o 4. ergo y.a R. quamuis illa n.i fuerit solum apparens sed vera manducatio quoad act.m qua cibus per os sumit.r et mandit.r vt notant interpretes et multi P.P. in illis et alijs locis quos reffert S. 3. p. t.o 2. disp. 47. se. 3. § Vna tamen. cęterum n.i fuit tunc facta conuersio cibi in substantiam Xpi vt ibidem obseruat S. dicens opp.tam sententiam ducendi videri erroneam. quare vt ait. D. th. in prę citato cap. 83. § prę.ta ad finem Xpus D.nus post resurect.m comedit n.i propter necessitatem sed ad demonstrandam suę resurectionis veritatem vnde inquit cibus ille n.i fuit conuersus in carnem sed resolutus in prę iacentem m.am.

2.o obijcies. in beatis post resurect.m corporum futurę ss. p.tę vitales vegetatiuę quę ex n.a sua ordinant ad actus nutricionis augmentationis et g.nis. ergo in illis etiam futuri ss. tales actus. Prob. cons.a q.a alioqui frustra in illis essent p.tę vegetatiuę, nam vt dicit com.i axiomate frustra ē p.a quę n.i reducit.r ad actum.

R. concedendo ant.s et negando cons.am q.a dcut corpus gloriosum n.i

perfectum et ornatum omnibus membris et facultatibus pertinentibus ad corpus humanum, quamvis facultates vegetativae non sint ibi habiturae suos actus, eo quod non conveniant statui beatifico incorruptibili et impassibili. illud autem commune axioma frustra est potentia quae non reducitur ad actum intelligitur quando potentia non habet actum connaturaliter debitum et congruentem statui in quo est subiectum; et quoniam statui beatifico non sunt congruentes actus facultatum vegetativarum secundum praedictam rationem in 1a assignatam, ideo circo ipsae potentiae vegetativae in beatis quamvis non habeant tales actus non sunt frustra, sed deserviunt ad integritatem et ornatum humani corporis.

Pro hoc notandum est id quod D. Th. 4. Sententiarum d. 44. q. 1. a. 2. q.la 1a. ad 1m dicit: membra corporis posse in ordine ad animam considerari dupliciter, uno modo secundum habitudinem ad formam quae dat eis speciem, et sic, inquit, finis membrorum non est operatio sed perfectum esse speciei, quod etiam post resurrectionem requiritur; alio modo possunt considerari secundum habitudinem instrumenti ad animam quatenus est agens et sic, inquit, illorum finis est operatio, non sequitur tamen quod quando deficit operatio frustra sit instrumentum quia instrumentum non solum servit ad exequendam operationem agentis sed ad ostendendam virtutem illius. unde infert oportere ut in corporibus gloriosis sint omnia membra et virtutes animae vegetativae etiam ad ostendendam integritatem corporis humani et virtutem animae et commendandam divinam sapientiam quamvis potentiae vegetativae non prodeant in actum: similiter docet ibidem ad 2. docet in corporibus gloriosis futura esse intestina sed et alia membra illa autem inquit non erunt vacua sed plena, non turpibus superfluitatibus sed nobilibus humiditatibus.

7. Dubitatio: an beati sint habituri actus pertinentes ad omnes potentias sensitivas internas et externas.

Dicimus est in beatis post resurrectionem corporum futuros esse actus pertinentes ad omnes potentias sensitivas internas et externas. haec est communis conclusio in communi doct. 4 Sententiarum d. 44 ubi D. Th. q. 2. a. 1. q.la 4.

Scotus d. 49. q. 2. 4. a. 5. S. 3. p.te 2a disp. 47. se. 6. Salas 1. 2
to. 1. tt. 2 disp. 14. se. 14. et alij ab illis relati.

Prob. quia nihil obstat quominus pot. sensitivae sive interiores (huius modi sunt sensus interiores nempe sensus communis imaginativa phantasia, et aestimativa et appetitus sensitivus) sive exteriores (quales sunt sensus exteriores s. visus auditus gustus, olfatus et tactus) habeant in corporibus gloriosis proprios actus sibi consentaneos, nihil in tali statui dissonum important sed potius ad plenitudinem perfectionis talis status spectant dico autem actus tali statui consentaneos ut excludantur actus tristitiae, doloris, turpis voluptatis et alij actus includentes aliquod malum quod est alienum a statu beatifico.

Confirmatur ex cogit. d. Lauren. Justinianus in lib. de disciplina et perfectione monasticae conversationis cap. 23. paulo ante finem loquens de carne post resurrectionem gloriosa sic ait: gloria et honore et immortalitate circumamicta per omnes suos sensus multimodis exuberabit delitijs, delectabit oculus in amabili redemptoris aspectu cum videbit regem in decore suo, cum caelum solis, lunae, stellarumque splendore rutilans intuebit, melodica cantica civium supernorum immediocriter mulcebunt auditum, fragrans quoque suavitas caelestium odoramentorum mira liquefactione respergent odoratum incredibilis et dulcedo omnium delectabilium melliflua quadam et iocunda satietate oris saginabit pallatum. Idem etiam colligit ex multis alijs PP. variis locis in quibus signant facultates sensitivas habituras esse suas proprias operationes ut d. Greg. Naz. orat. 10. in laudem Caesarij fratris, d. Anselmus in proslogio cap. 25. et in lib. de similitudinibus cap. 57. d. Prosper lib. 1. de vita contemplativa cap. 4. et alij quos refferunt S. et Salas ubi supra.

Per pecialiter et singulos sensus exteriores notanda sunt aliqua modo exponendo sequentibus punctis.

Primum punctum de sensu visus et quam

Dico praecipuam beatitudinem externam cuiuscumque corporis gloriosi consistere in visione corporea intuente gloriosissimum corpus Christi Domini nempe hic est prestantissimus actus perfecti

ssime post corpore externe ea pulcherrimum obiectum corporeum. id autem relatis locis aliquot patres exponunt. s. in predicta se. 6 § 7. dm. et Salmeron illa se. 14 nõ 109. ad finem.

quare sicut aia beatur spiritali visione intellectiua intuente Deum sm se, ita suo mõ corpus gloriosum beatur visione corporea intuente preclarissimum corpus xpi Dni et ad hoc speciatim cuilibet beato post resurrectionem accommodat ab aliquibus patribus illud isaie 3. 7. nõ 17. Regem in decore suo videbunt oculi eius, et illud Iob. 19. n. 26. in carne mea videbo Deum etc. Que verba quot sensum de visione spirituali trata ad Deum sm se, hinc etiam expositionum aliquorum patrum alium sensum Deuisi corporea trata ad Deum Christum quatenus est homo ut ex D Aug. exposuimus superius d. 2. cap. 7. ad 2. obiectionem. in illo autem cap. probatum est Deum sm se; hoc est sm suam subitam spiritualem nec de facto uideri, nec posse etiam de potentia absoluta uideri oculis corporeis —

Tertio beatitudo corporis per sensum uisus maxime perficitur uisione gloriosorum corporum B. V. et aliorum beatorum. Obseruandum autem est id quod est in hoc cap. dubit. 2. post 1. § notandum ex D. T. et aliis dictum est, corpora gloriosa posse uideri sm omnes suas partes etiam internas, quia ad instar purissimi chrystalli sunt perspicua; et ut ibidem post dub. 2. § contra expositum est pro eximia claritas corporis gloriosi non ledit. id de mulier uisum, et ut uideat modo proportionato debet oculus corporeus corroborari aliqua uirtute seu dote supernaturali ut ibi ad obiectionem explicuimus: ubi etiam quod sit in potestate beati occultare

claritatem sui corporis ne videat.

Ulterius perficietur beatitudo corporis per visum corporeum clara visione coelorum, solis, lunae, reliquarumque stellarum et aliarum rerum visibilium, inter quas Salas sup. q. 1 in illa d. 14. n. 113. et alii dicunt probabile esse a beatis videndos esse Angelos in corporibus assumptis, nempe quia ex aere formabunt quaedam pulcherrima corpora in quibus boni Angeli apparebunt beatis, sicut et Daemones sub horrendis corporibus bestiarum et serpentium apparebunt damnatis.

Obijcies: saltem beati existentes in coelo empyreo, aut in alio loco remoto, non poterunt videre obiecta visibilia distantia, quia ibi non datur aer neque aliud medium per quod diffundantur species intentionales, prout requirit ad producendam visionem.

Respondetur ipsum coelum et corpora gloriosa quia sunt diaphana esse medium aptum per illud possint diffundi species intentionales, ut notant Salas in praecitato d. 14. n. 110 et alii: quare quodcumque visibile fuerit intra sphaeram talis medii cum propinquitate proportionata potentiae visivae, poterit videri, et diffundet species per huiusmodi medium.

Si autem obiectum visibile sit remotum a praedicto medio, v.g. si existat extra coelum, neque ab eo loco in quo est usque ad potentiam visivam sit aliquod medium reale per quod diffundantur species, tunc ita distinguendum est: si sermo sit de corpore glorioso illud ex communi lege saltem per potentiam obedientialem cum assistentia Dei quae est communi ordine

dus realem ad id parata, potest producere speciem sui immediate in potentia visiva alterius distantis; ac proinde illud ad quancunque distantiam poterit videri a beato: nam id contrarium est fundamentis quae de confusione corporis gloriosi tradunt a Christo doctrinam tum tanquam patrum et aliorum gravium authorum, idque speciatim advertunt Hz. in praefata d. 6. § de quarto, et Salas in praedicta d. 14. n. 110 et 111, afferuntque eorum exemplum in sententia asserente unum spiritum posse spiritualiter alloqui alium distantem imprimendo illi speciem sui conceptus absque medio: unde simile proportione dicunt unum corpus gloriosum posse videri ab alio corpore glorioso distante producente speciem sui in potentia visiva alterius absque medio

Si vero sermo sit de alio obiecto visibili quod non sit corpus gloriosum, sustinendum est illud ex communi lege non posse producere speciem sui immediate in potentia visiva alterius distantis absque medio nullo enim sufficienti fundamento ostenditur illi convenire talem perfectionem producendi eam ut notant Hz. et Salas proxime citati unde consequenter dicendum est illud non posse a communi lege etiam a beato oculis corporeis videri quando non fuerit aliquod medium reale per quod ab illo diffundant species intentionales usque ad potentiam visivam

Speciatim vero de Christo domino probabile est quod oculis corporeis videre poterit quaecunque obiecta visibilia ad quancunque distantiam etiam si ab illis non diffundantur species intentionales docent Hz. et Salas ubi supra. quia humanitas Christi domini habet singularem quandam dispositionem participationem, ex qua sit instrumentum ~~[illegible]~~

iunctum Verbi divi, pot aut producere in sua pòa visiva speciem intentionalem cuiusvis obiti visibilis quantumvis distantis; aut sine spe intentionali efficere intellectus visionem

2 punctum est de sensu auditus qui etiam in corpore glorioso habebit suum actum audiendi voces et alios sonos spontaneum est pfectioni status beatifici neque aliunde quidquam obstat, ac tale quod tradit ut certum loquitur in citatis initio huius dubitationis pot autem beatorum corpora faucibus, ore, lingua, labijs et alijs vocalibus organis ad hoc accommodatis, formare vocem, loquutionem, cantum et alios sonos ac proinde esse mutuo alloquentes et suavissimis cantibus mirabili musicae concentu divinas laudes canent. ad hoc autem accommodari solet illud psalmi 149. n. 5 et 6. exultabunt Sancti in gloria etc. exaltationes dei in faucibus eorum. iuxta expositionem D. Theodoreti Basilij et aliorum PP. quos refferunt q. in praedicta sc. 6. quod dices adloquutum et Salas in illa sc. 14. citata ac 3.

Si dictas d. quomodo beati possint formare voces et sonos, nam ad id requiritur aer qui impellat et repercutiat, in caelo autem ubi sunt beati non est aer. Resp. ya.

ad hoc varios dicendi modos reffert et impugnat Salas proxime citatus probabilior autem videtur ille quem ipse ibi et S. in praedicto loco sequitur doct. D Thom. 2. Sententiarum d. 2. q. 2. a. 2. ad 1. sequuntur ita ut dicat in beatis ad formandas voces et alios sonos non esse necessarium aerem externum sed sufficere internum quem habent in pulmonibus et alijs partibus corporis, nam propter plenum dominium quod in totum suum corpus et omnia quae in eo continent et propter perfectissimam scientiam directivam expeditamque omnium membrorum usum poss internum aerem per asperam arteriam ad os deducere et illum lingua labijs et alijs vocalibus instris repercutere quod ut opus est

ad formandas voces et sonos, ne autem educto aere a partibus internis relinquat in illis aliquod vacuum ra refactis partes aeris in illis permanentes, ut proinde nihil vacuum relinquunt, aer vero qui extra est emittit ad ipsum corpus redduent.

Poss. etiam beati mira arte et dexteritate suas voces et sonos formare tali modo ut imitent varia genera musicorum ins trumentorum, atque ita ibi non opus erit externis instrumentis ut exponunt Salas in praedicta sectione 14 numero 104 et alij. Poss. etiam imitari suavissimos cantus avium nam si etiam in hac vita aliqui homines aliqua expte suis vocibus et sonis alijsque instris id efficiunt, longe meliori modo po terunt efficere beati.

Dices: ut sonus et vox audiat requirit aliquod medium per ipsum per quod deferat ad auditum, nam medio a ere defert. Sed in caelo ubi sunt beati non aliquod medium reperiretur per quod sonus et vox deferat ad illorum auditum, ergo non poss. illum audire.

Resp. non esse necessarium ut sonus et vox talis hoc modo sum cum est tale defferat ad auditum sed satis est ut in ipso auditu producant illius species intentionalis, has autem quilibet beatus pot. producere etiam sine medio, ut suo modo de speciebus visibilibus diximus sup.ra in hac dubitatione quarti autem, atque id etiam cum alijs observant S. et Salas locis proxime relatis.

Quaeri solet qua lingua seu idiomate loquuturi sint beati.

Aliqui quos refert Salas in praedicta sectione 14 numero 106 dicunt beatos omnes loquuturos esse lingua hebraica, sed ipse ibi id reijcit, et sane nullo sufficienti fundamento videtur probari. Ve risimile autem est id quod ibidem asserit illos habituros esse aliam quandam specialem linguam aliquis omnibus elegantio rem et suaviorem, nam decet caelestis patriae cives propriam

Linguam Jesu Christi ac proinde elegantissimam et felicissimam habere. Ad hoc autem aliqui accommodant illud Sophoniae 3. no. 8 expecta me in die resurrectionis meae et no. 9 tunc reddam populis labium electum, quamvis hic locus habeat alium sensum de electa doctrina verae religionis quae per Christum omnino erat inducenda, ut ibi exponunt Ribera et alij.

pro dicti sensus favet id quod D. Bernardus in meditationibus cap. 4 de praemio patriae coelestis post medium ait: una erit omnium beatorum lingua. notandum tamen id quod Salas citatus et alij observant posse etiam beatos [illegible] loqui varijs linguis quia habebunt donum linguarum per scientiam infusam et propria etiam industria facile etiam possunt illas addiscere. proinde specialiter Salas in illa sectione 14 no. 109 exponit varia beatorum exercitia per usum linguae ita ut suavissime loquantur de divinis mysterijs et varijs [illegible] praestitis et factis et orbis ac dialogos soluta dictione et metro de laudibus dei recitent, et cantent himnos psalmos et varia poemata etc. ut in dicatur in illo psalmi 149 no. 5 exultabunt sancti in gloria etc. exaltationes dei in faucibus eorum; et Apocalypsis 4 no. 8 de illis 4or mysteriosis animalibus in coelo visis ita dicitur: requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens etc. et no. 10 subdit: viginti 4or seniores procidebant dicentes dignus es domine deus noster accipere gloriam etc.

3. punctum de sensibus olfactus gustus et tactus quietis in corporibus gloriosis habebunt suum proprium actum. ut continet in eis doctrina locis supra relatis in initio huius dubitationis et probat ratio ibi proposita

quare olfactus recreabitur suavissimo odore quem in se habebunt ipsa corpora gloriosa nam si in hac vita

multe res sensibiles tali aut talis portionato qualita tum temperamento dispositę. Sic odoros[?] multo ma gis in alia vita beatorum corpa aptissima et in corruptibili qualitatum temperie disposita suavissimum odorem in se habebunt cuius aliquod indicium aliquo diminutius datur in reliquiis sanctorum corporum quę apud nos mirabili quodam odore fragrant. Scotus in 4. sentiarum d. 44. q. 2. a. 1. et in 4. ad 5. in corporibus inquit glo riosis erit odor in ultima sui perfectione, et in eadem q. a. 4. corporis et 3. parte in additionibus q. 82. a. 4. corporis ad id accommodat illud quod ecclesia canit: odor suavissimus erunt corpora sanctorum etc. praeterea ab aliis ad id applicatur illud quod etiam canit ecclesia: sancti tui domine florebunt sicut lilium et sicut odor balsami erunt ante te. Ut cum aliis notat Salas ubi supra unde convenienter intelligitur corporibus gloriosis inesse varia suavissimorum odorum genera quę emitant et longe superent odores quibus in hoc mundo fragrant diversa florum fructuum pigmentorum et aliorum odoramentorum genera. —

gustus etiam gloriosi corporis suavissimum saporem percipiet in eum poterit in optimo et sapido humore linguę sicut et odor in aliis etiam partibus corporis ut exponunt Scotus 4. sentiarum d. 49. q. 4. a. 5. ad 5. et alii ibi. et S. in praedicta se. 6. § 4. de gustu et tactu, et Salas in praescripta se. 11. n. 117. unde con venienter intelligitur omnem saporis suavitatem tali humori convenire longe meliori modo ac manna quod Sapientię 16. n. 20. dicitur habuisse in se omne delectamentum et omnem sapo ris suavitatem. quare non solum spiritaliter et allegorice ad spiritalem beatorum gustum sed etiam suo modo sensibiliter ad sensum gustus corporis gloriosi referri potest illud Apoca lipsis 2. n. 17. vincenti dabo manna absconditum et illud psalmi 35. n. 9. inebriabuntur ab ubertate domus tuę et torrente voluptatis tuę potabis eos.

Iuxta hoc D. Anselm. in lib. de similitudinibus cap. 57.
paulo ante f. sic ait: in illa futura vita delectatio quae
dam ineffabilis bonos inebriabit et inestimabili dul
cedine sui totos eos inenarrabili abundantia satiabit. et
subdit: oculi aures nares, os, manus, guttur, cor, ie
cur, pulmo, ossa, medulla, exta etiam ipsa et cuncta si
gillatim singula quae membra eorum in eis tam mirabi
li delectationis et dulcedinis sensu replebuntur ut vere
totus homo torrente voluptatis dei potetur et ab uber
tate domus eius inebrietur, verum inquit e contrario
credimus de iniusto: in illo autem casu praemissis ac to
tum corpus iniusti et singula illius membra omnesque
sensus torqueri in inani cruciatu. et cap. 58. ait.
sicut ferrum ignitum omni sui parte continet ignem
sic ipse boni voluptatem, mali vero ipse sentient an
xietatem.
denique et sensus tactus in quolibet corpore glorioso
habebit suum proprium actum sentiendi cum magna vo
luptate qualitates tangibiles tum in se ipso, tum etiam
in aliis corporibus tangibilibus ut etiam ostendunt fundis
cap. doctrine supra adductis et specialiter exponunt S.
ubi supra et Salas in praedicta sect. 14. n. 18. notan
dum autem est idque ipse Salas ibi et alii observant iuxta
sententiam quod sub obiecto sensus tactus contineat quodlibet
corpus utcumque lene aut asperum etiam si non sit affectum
4or primis qualitatibus consequenter dici etiam caelum po
sse a quolibet corpore glorioso per sensum tactus suavissima
sensatione tangi et palpari.
caeterum iuxta aliam sententiam quod obiectum tactus sit solum
illud corpus quod est affectum 4or primis qualitatibus con
sequenter negandum est posse etiam a corpore glorioso per sen
sum tactus tangi et palpari caelum atque hanc sen
tentiam signat D. Th. 3 parte q. 54. ar. ad 2. ubi dicit
caelum quia caret praedictis qualitatibus non esse palpabile.

et subdit corpus Xpi post resurrectionem quia fuit vere ex elementis compositum habens sibi tangibiles qualitates prout requirit natura corporis humani, quamvis tunc post gloriam corporis esset incorruptibile, nihilominus erat naturaliter palpabile. Idem quod notant alij ibi et circa illud Lucae no 24 no 39: <u>palpate et videte</u> &c. Unde colligitur similiter quod cumque aliud corpus gloriosum esse tangibile et palpabile.

Obijcies: ad sensationem per sensum tactus olphatus et gustus requirit aliqua realis et materialis immutatio seu alteratio organi per qualitates elementares. Sed haec alteratio non habet locum in corpore glorioso, nam hoc cum sit impassibile non patitur huiusmodi alterationem materialem. Ergo.

Resp. ans. ut plurimum habere locum in ordine naturali corporis passibilis, alia vero ratio est in ordine supernaturali corporis impassibilis qualis est corpus gloriosum cuius perfectioni consentaneum est habere actum tactus olphatus ac gustus sine immutatione aut alteratione materiali cum sola immutatione intentionali per species intentionales sufficientes ad tales sensationes quibus adiungunt honestas delectationes excitantes nimirum animi ardorem ad dei laudem et obsequium.

§. Dubitatio quis sit locus beatis designatus et quo ordine collocant.

Dicitur: locus beatis designatus est caelum supremum quod dicitur empireum immobile. hic autem continet diversas partes habentes diversos gradus altitudinis, a quo exponendo. Prior pars quod locus beatis designatus sit caelum est contra [illegible] et probat testimonijs SS. conciliorum ac PP. quibus caelum dicitur sedes dei tunc specialiter ratione quod ibi ut in loco beatis designato ipsum illis ostendit. ut psalmo 102 no 19: <u>Dominus in caelo paravit sedem suam</u>. mathei 5 no 34: <u>caelum thronus dei est</u>: et cap 23 no 22 et alibi saepe.

Confirmat quia locus beatorum est ille ad quem Xpus ascendit

nam ipse Joa. 12 nu. 26. dixit: ubi sum ego illic et mi
nister meus erit. at xpus ascendit in celum ut constat
marci 16 nu. 19 assumptus est in celum et sedit a dextris
Dei qd etiam habetur pluribus locis SS. que afferuntur in disp
de ascensione xpi in celos 3. pte. art. 57. 58 ubi late S. disp
51. sect. 1 § omnia et Belarmin. to. 1. contro. 2 grali lib
3. de carne xpi siue de incarnatione cap. 12. § at catholici,
preterea in concilio florentino (quod dicitur 8. synodus
gralis et habetur to. 4. conciliorum) in se ultima in litteris
unionis paulo ante finem dicit iustos in celum recipi et
in quadam extravaganti Benedicti 12. quam ad verbum
refert Castro lib. 3. adversus hereses verbo beatitudo
heresi 6. [illegible] asserit illos esse in celo cum xpo. qd etiam alibi
sepe diffinitur a concilijs et DD.
2a pars qd locus beatis designatus sit supremum celum videtur
etiam certa ex coi doct. et pbr. quia ostendimus xpum dnum ascendisse
ad celum supremum ut habetur ex illo ad ephesios. 4. nu. 10. qui
ascendit supra omnes celos et ex pluribus testimonijs que addu
cuntur 3. pte. q. 57. a. 4. ubi d. th. et alij id probant. specialiter
S. in predicta disp 51. sect. 1a § 3. dicendum quare cum idem
celum in quo est xpus sit etiam locus alijs beatis designatus ut
ostensum est in priori pte aiunt colligi inde id esse supremum
celum atque hoc etiam constat coi concessione et congrua
rone, quia debet locum perfectissimi status gralis et beatissimus
esse supremum et nobilissimum
3. pars qd hoc celum sit empyreum et immobile non ita
certa est ut due precedentes; nam aliqui ex quibus est Cajet. circa
illud 2. ad Corinth. 12. nu. 2. raptum usque ad 3. celum
negant celum empyreum, sed hoc esse concedendum
habetur ex coi sententia cum d. th. 1. pte q. 66. a. 3. ubi ordinarie
in lib. de opere sex dierum disp. 3. § in eadem sententia ait
non esse qd quis hodie celum empyreum negare audeat. hoc
autem celum empyreum mathi intelligunt per illud

3. cœlum ad quod D. Paulus loco citato dicit esse raptus.
inde fa. philosophi SS. distinxit triplex cœlum. 1m vocant
aereum quod est tota sphæra aeris usque ad concavum lunæ
et sic eam in 4a dicit aues cœli seu volatilia cœli ex
ponunt, nam cœli ibi intelligi aerem in quo aues vo
lant. 2m appellant cœlum sydereum qua appellatione
lata comprehendunt totum aggregatum cum omni
bus alijs mobilibus. 3. vocant cœlum empyreum quod di
cunt esse immobile et proprium beatorum locum qui
in dicatur in prædictis verbis quibus D. Paulus dicit se
fuisse raptum ad 3 cœlum atque huius sententiæ fuerunt D. Da
mascenus lib. 2 fidei cap. 6. et alij PP. quos refert
Molina in prædicta disp. 3. § cœlum empyreum.
hoc autem supremum cœlum dicitur empyreum quod nomen
græcum est idem sonans latine ac ignitum seu igneum
lex ut notat D. Th. 1. pte q. 66. a. 3. corpore dicit igneum
non ab ardore sed a splendore, nempe quia est splendi
dissimum sua claritate et nobilitate reliquos cœlos
superans sicut ignis alia elementa, est autem immobile
et semper quietum, et notant D. Th. et alij in illo
art. corpore et ad 1m nempe ita expedit ut sit locus
et domicilium beatorum.
de istud vero cœlum inquiri solet 1° an sit omnino
rotundum
aliqui ut refert Molina in præcitata disp. 3. § 2. existimo (?)
probabiliter asserunt illud non esse omni ex parte rotundum
sed secundum partem conuexam esse quadratum quia hæc figu
ra est accommodata ad beatorum locum, sed hoc nu
llo firmo fundamento ostenditur, ac proinde ut notat D. 3. pte
1° 2. q. 57. a. 5. in commentario art. columna 3.
§ quapropter nihil in hac re temere asserendum est

nec negat communis conceptio quod hic locus sit rotun-
dus etiam quoad superficiem estimamus, nam licet
in quantum hoc ex motu colligi non possit cum hoc celum
empyreum sit immobile tamen videtur consentaneum
reliquis celestis corporibus, neque est cur aliquid novum sine
magno fundamento fingamus. —

2o inquiri solet quomodo bea-
torum corpora sint futura in celo
empyreo an intra illud ita ut circum-
dentur ipso celo ad eum modum quo corpora
que apud nos sunt intra aerem aut aquam cir-
cundantur aere aut aqua, an vero supra convexum
ipsius celi empyrei pedibus illa tangentia.

Non nulli asserunt illa futura esse intra celum predicto
modo. Quod contra Sententia card. D. Thomae 4 contra gentes cap
87 et 88, et 3 parte affirmat illa esse futura supra
ipsum celum empyreum in convexa illius superficie
que sententia videtur verisimilior ut notat S. 3 parte
tomo 2 disp. 51 sect. 1a, quibus nobis autem modis probat
quia videtur conformior tum doctrine P. quo sibi re-
fert S., tum etiam modo loquendi SS. quo dicitur Christum
dominum ascendisse super omnes celos ut habetur ad Ephe-
sios 4 n. 10 et canit ecclesia. Unde magis probabiliter
colligitur Christum dominum esse supra omne celum ac proinde
supra convexum supremi celi empyrei, et conse-
quenter idem etiam esse dicendum de aliis beatis. Quod in
hac re nihil nobis certo constat notandum est
id quod D. Aug. tomo 3 in lib. de fide et symbolo cap
6 post quam initio dixit credimus Christum in ce-
lum ascendisse quem beatitudinis locum etiam no-

Beis praemissit, postea paulo ante finem subdit. Id ubi aut quomodo sit in caelo curiosissimum et superuacaneum est quaerere tantummodo in caelo esse credendum est. etc. et fragilitatis nostrae caelorum secreta discutere. Id autem fidei de dominici corporis dignitate sublimia et honesta sapere. —

praeterea notandum est id quod S. Th. pte 1.a 2.e q. 5. 7. a. 1. in commentario ait columna 3. § qua ... obseruat id quod dicit beatorum sedes et loca esse supra conuexum caeli empirei non sic intelligi quasi sint loca fixa et immobilia, ita ut neque ipsi ab eis moueri, neque ipsa ab alijs occupari possint etenim beati sua subtilitate et ~~agilitate~~ agilitate poss. et penetrare caelum et ascendere ad superius spatium manere extra caelum et descendere ad terras et ad diuersa loca moueri varijs motibus de quibus D. Aug. t. 5. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 30. paulo post initium ait: qui motus illic talium corporum sint futuri temere diffinire non audeo ... et motus et status sicut ipsa species decens erit quicumque erit ubi quod non decebit non erit certe ubi volet spiritus ibi protinus erit corpus nec volet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere nec corpus.

2.o quaeri solet quo ordine sint collocandi beati in caelo.

... certum est beatos esse in caelo collocandos secundum ordinem suae dignitatis ita ut digniori detur locus dignior

Et ita est quod d. th. 3. p. te q. 57. a. 5. corpore sic ait:
tanto altiori rei debetur altior locus quanto est no
bilior, sive debeatur ei locus per modum contac
tus corporalis, sicut corporibus, sive per mo
dum contactus spiritualis, sicut spiritualibus substan
tiis et inde colligit corpori Christi Domini propter exce
llentissimam dignitatem unionis cum divino
verbo deberi locum altiorem supra omnem
creaturam etiam spiritualem.
predicta ratio si refferatur ad dignitatem glorie ita
intelligitur quod quilibet beatus pro ut meritis et sancti
tate est dignior ita habet maiorem gloriam
et propterea hunc sensum Christus dicitur habere dignissimum
locum ita ut sedeat ad dexteram dei Patris; qua
phrasi metaphorice accommodata (nam Pater
eternus cum sit purissimus spiritus non habet pro
prie dexteram) significatur Christo convenire maximam
gloriam ad eum modum quo inter homines dici solet
maximam dignitatem esse sedere ad dexteram
Regis. sic d. th. 3. p. q. 58. a. 1. ad. 1m. ex d. damasceno
ait: cum dicimus Christum sedere ad dexteram Pa
tris non localem dexteram dicimus sed gloriam et
honorem. idem quod notant ibi [illegible] et alij exposi
tores.
si autem predicta ratio refferatur ad locum corporeum
difficultas est quo modo beatis conveniat diversitas in dig
nitate loci nam omnibus convenit supremus locus
corporeus qui est convexum celi empyrei quod
cum sit omnino rotundum et uniforme

n̄ hēt unam p̄tem altiorem et digniorem alia.

R̄f. in c̄ęlo dignitatem moralem loci corporei attendi ex habitudine maioris propinquitatis ad dignitatem personę nam ut recte notat S. T. p̄te 3. q. 57. a. 5. in commentario ad̄ columna 3. § tandem. interdum locus censet̄ dignior potius p̄pt̄ dignitatem eius qui existit in loco quam p̄pt̄ aliam ipsius loci eminentiam et hoc in quit modo locus xp̄i in c̄ęlo ē eminentissimus n̄ tam eminentia situs quam dignitatis, nam seclusa hac dignitate vix pot intelligi cur sm̄ localem situm unus locus sit altior alio, locus ergo in quo ē xp̄us p̄pt̄ dignitatem personę ē supremus et dignissimus moralit̄ reliqua vero loca eo erunt digniora quo xp̄o propinquiora.

preter ea ibidem. S. subdit quamvis beati n̄ semper sint in eisdem locis tñ quo fuerint sanctiores eo habebunt ius magis appropinquandi xp̄o et ut alij ipsis cedant qn̄o voluerint in proprijs locis ac sedibus constitui. pot autẽ hoc suo mō exponi exemplo in humanis ubi moraliter dignissimus locus censet̄ ille in quo ē rex, alia vero loca eo reputant̄ digniora quo sunt illi propinquiora et singulę personę quo sunt digniores habent ius ad locum propinquiorem Regi. haetenus de tota hac materia ad

Dei laudem et gloriam sub correctio
ne Sanctę matris Ecclesię.
Per Reverendissimum Patrem
Joannem Baptistam Lanzabecche
Societatis Jesu ~~Du~~ theologię Publi
cum professorem anno 1613
mensis martii die 2.

17.

Super quaestionem 17 ex 2a 2æ D. Thomæ de spe, Commentaria

Hanc quaestionem D. Thomas diuidit in 8 articulos. articulo 1 docet spem esse uirtutem. art. 2 eius principale obiectum esse aeternam beatitudinem. art. 3 posse quemlibet non solum sibi sed etiam alijs beatitudinem aeternam sperare. art. 4 non posse aliquem licite sperare in aliquo homine, tanquam in causa primaria et principali beatitudinis, bene tamen tanquam in caussa secundaria et instrumentali. art. 5 spem esse uirtutem Theologicam. art. 6 illam esse distinctam ab alijs uirtutibus Theologicis. art. 7 eam non esse priorem fide. art. 8 illam ordine generationis esse priorem caritate non tamen ordine perfectionis.

Ad exponendam D. Thomæ doctrinam in hac materia instituendæ sunt disputationes quas ad fieri possit accommodare ad ipsius D. Thomæ ordinem habita ratione connexionis claritatis ac plenitudinis eorum quæ discutienda sunt ac proinde multa quæ D. Thomas in uarijs locis sparsim attingit reducentur in quaslibet disp. ad plenam illius tractationem

Disputatio 1 De ratione Virtutis conuenientis spei Theologicæ.

Caput 1. an spes Theologica siue formata siue informis habeat propriè rationem Virtutis

Supponendum est nomen spei habere in duas acceptiones. 1a
est latissima pro expectatione cuiuslibet eventus sive bo
ni sive mali et hoc modo etiam malum dicitur sperari iux
ta illud Virgilij eneidos 4: Hunc ego si potui tantum spera
re dolorem. Et C. lib. 6. 1a epistola ad Atticum interdum
etiam late appellat spem mali. sicut notat D. Aug.
To. 3. in enchiridio c. 8 fere initio ubi ait dicitur ma
lum timeri quam sperari, et addit: non nullos in arte gr
ammatica ostendere in praedicto versu Virgilij verbum
sperare pro timere sumi improprie. Item in dictionario
calepini verbo sperare ex servio advertitur sperare
pro timere accipi abusive, cum proprie speremus bona,
timeamus adversa. praeterea D. Thomas 1. 2ae q. 40 art.
1 corpore dicit: spem proprie esse de bono timorem vero de
malo.

Secunda acceptio strictior et propria est pro expectatione
boni et sic Cicero lib. 4 Tusculanarum quaestionum paulo
ante finem: spes inquit est expectatio boni, mali autem expecta
tio est metus: sic etiam D. Aug. To. 3 in enchiridio c. 8
fere ad medium loquens de spe proprie sumpta ait: spes
non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, nempe saltem
existimatione, ita ut existimentur aliquo modo bona et fu
tura. Inde autem colligit in eo qui certus est rem aliquam esse
futuram non posse esse proprium actum spei, quo dicatur proprie
illam sperare, ut amplius ostendetur infra suo loco. sic etiam
D. Thomas 1. 2ae q. 40 art. 1 corpore ait: spes proprie lo
quendo non est nisi de bono futuro.

Ulterius spes relata ad bonum sumitur in genere late prout se extendit etiam ad appetitum sensitivum conveniens etiam brutis et sic D. Thomas in praedicta q. 40 art. 3 asserit etiam brutis convenire spem. ultimo sumitur stricte prout spectat ad appetitum rationalem qui est voluntas.

insuper accipitur spes aut pro spe formali aut pro obiectiva spes formalis est actus vel habitus quo speramus actus vel habitus; spes vero obiectiva dicitur ipsum obiectum quod speramus sic ipsa gloria sive ipsa speranda dici solet spes ut psalmo 90 no. 9 quoniam tu es domine spes mea, psalmo 141 no. 6 tu es spes mea, ad Rom. 8 no. 24 spes quae videtur non est spes, ad Titum 2 no. 13 spectantes beatam spem. in quibus et alijs locis S.S. constat spem sumi pro obiecto spei quod speratur, similiter et pro nomine beatitudinis, quod aliquando sumitur pro beatitudine formali, aliquando vero pro obiectiva ut ostendimus in materia de beatitudine disp. 1a cap. 1o.

2o suppono quod in hac materia agitur de habitu infuso spei theologicae, et de illius actibus atque obiecto formali et materiali, ad explicandam autem naturam huius habitus oportet exponere ea quae sunt illi communia cum habitibus aliarum virtutum, nempe an habeat propriam rationem virtutis. item an virtutis theologicae vel moralis; an supernaturalis, vel naturalis, et quomodo sit specie virtus ab alijs diversa. quoniam vero habitus spei sit etiam quidam obiectum virtutis, primum loquendi theologorum dicitur formatus quod est cum charitate, informatus vero quod est sine illa ut infra declarabitur. ideirco ad tollendam confusionem diversa puncta quae solent misceri et confundi oportet ad libere ...

1a sententia asserit spem sive formata sit sive informis non esse virtutem stricte sed large. ita Durand. Sententiarum

d. 26. q. 1. n.o 7. ubi ait: spes est virtus large non
accipiendo virtutem sicut prius fuit dictum de fide
nempe ipse superius in eodem lib. 3. d. 23. q. 1. n.o
5. fidem esse virtutem large non stricte et n.o 7.
ait: fides non magis vel minus virtus charitate existente
in voluntate vel non existente.
2a sententia affirmat spem quae est per charitatem formata esse
simpliciter et stricte virtutem, non vero quae informis, ita
Caiet. 2.2. q. 17. a. 1. initio ubi explicat quod dicit spem
infusam esse simpliciter et stricte virtutem, sermonem esse
de spe formata. Vasq. autem eadem genere eandem esse n.
nostri ait: sine charitate nulla virtus est simpliciter et
proprie virtus in statu naturae lapsae, sed subdit quod d. Th. in
hoc a. diffinit spem esse virtutem non opus est dicere quod lo
quitur de spe formata, sed loquitur de spe in propriam rationem
sui actus et obiecti unde habet speciem formae virtutis. q
terum inquit prius supponenda sunt quae ad rationem vir
tutis pertinent sine quibus quamvis alia habitus specie
haberet eadem non tamen haberet rationem virtutis in actu.
Sed circa hanc rem videtur apud multos dissensio in modo lo
quendi, sed puto quod aliqui loquantur de virtute in sensu physi
co in ordine intrinsecam ex essentiali ordine naturali ad suum actum
et obiectum alii vero loquantur de virtute in sensu morali
in statum perfectum quem dicit habitudinem quae est in
subiecto non aversio ab ultimo fine deo sed simpliciter ad
illum bene ordinato, cuius non est habitus praeter virtus charitatis
quare plerique authores videntur posse quoad rem con
ciliari per distinctionem omnis sequentes.
esse habitus spei theologicae semper sive sit per charitatem
formatus sive informis habet propriam rationem virtutis physicae
loquendo in ordine intrinsecam ex naturali ordine essentiali ad
suum actum et obiectum quamvis quae est informis non dicat mo

ralit loqdo virtus simpliciter non statum perfectum.
prior pars ita explicat et probat ratio propria virtutis phisice loqdo est perfectio habitualis inclinans in actum bonum suae rectae regulae conformem. sed haec ratio semper propria convenit habitui spei theologicae. ergo talis habitus semper sive sit per charitatem formatus sive informis habet propriam rationem virtutis phisice loqdo consequentia patet.
maior probatur quia eo ipso quod aliqua sit perfectio habitualis inclinans in actum bonum suae rectae regulae conformem intelligitur illi propria convenire id quod phisice loqdo requiritur ad propriam rationem intrinsecam virtutis ut ostenditur tum in inductione v.g. in misericordia iustitia temperantia et aliis qualitatibus quae communi consensu conceduntur habere propriam rationem intrinsecam virtutis, tum etiam ex diffinitionibus quae assignari solent virtuti; nam ex Aris lib. 2º ethicorum ad nichomacum cap. 6: initio ita diffinitur virtus est habitus qui et ipsum cuius est virtus bene affectum reddit et opus eius bene efficit. in idem quoque recidit diffinitio quam divus Thomas in hac q. 16. a. 1. corpore sic exhibet: virtus est quae bonum facit habentem et opus eius bonum reddit, nempe facit bonum in ea specie bonitatis in qua est virtus secundum suam rationem idem etiam continetur in diffinitione quam divus Augustinus lib. 4. contra julian cap. 3. fere ad mentem assignat hoc modo. virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus.
minor vero sic probatur habitus spei theologicae secundum suam rationem intrinsecam semper sive sit formatus sive informis est perfectio habitualis inclinans in actum bonum suae rectae regulae conformem quales est actus sperandi bonum adeo quod semper sive sit formatus sive informis habet propriam rationem virtutis phisice loquendo secundum rationem intrinsecam ex ordine tali ad suum actum et obiectum.
hic sensus continetur in doctrina divi Thomae in hac q. 17. a. 1. corpore

Ubi absolute absq. restrictione ad spem statam asserit et pbat spem ee virtutem, q.a facit actum hois bonum et debitam regulam attingentem - idem etz contendunt alij authores asserentes etz sine Charitate spem et fidem alias q. virtutes existentes in peccatore habere ppriam roem virtutis nempe phisice loqdo rem intricam ex ordine ad suum actum et obum ut videre e apd Scotum d. sen. tas d. 36. q. unica gabrielem et alios ibidem.

Afirmat q.a ratio intrica et essalis spei theologice phisice loqdo e semper eadem siue sit per Charitatem stata siue n, etenim per hoc solum qd Charitas sit aut n sit in subo n mutat ratio phisica intrica et essalis ipsius spei theologe siquidem permanet rem eandem entitatem sibi intricam ut pat. Z phisice loquendo rem suam roem intricam si e ppria virtus qdo e stata per Charitatem erit etz qdo e in ipsis q.a retinet eandem phisicam roem intricam et sit variatio quoad statum extricum ex pñtia l. absentia Charitatis que dicit fia moralis virtutum.

2a vero pars predicte aius sei exponit et pbat. simpliciter loquendo quoad esum moralem qdo aliqua dicit simpliciter virtus n solum attendit phisica ratio illi intrica et essalis ex ordine ad suum actum et obum bonum sd etz attendit status moralis subi simpliciter bene ordinati ad ultimum finem scit quoniam hic perfectus status n dat sine Charitate id circo spes et fides et quicumq. alius bonus habitus qdo e in subto n habente Charitatem sd simpliciter per peccatum aversum ab ulto fine n dicit morali esu simpliciter virtus sd dicit se hre quasi qd mortuum et informe hoc e n statum Charitate que appellat fia virtutum moralit n vero phisica. nam alij habitus boni n habent phisica statit a Cha

ritate suas intrinsecas et essentiales non quia has habent per suas
entitates valde conexitas ab ipsa Charitate neque hec
sua phisica illis intrinsece unita et sublata charitate perma
nent in peccatore fides et spes in eandem intrinsecam et spe
cificam entitatem quam antea erat et sic intelligitur id quod in
Tridentino sessione 6. de iustificatione canone 28. diffinitur: in peccatore
manere veram fidem, et in eadem sessione capite 6. dicit:
peccatores erigi in spem, atque hec plenius explicuimus in
materia de charitate disp. 1. cap. 4. ubi quarto charitas dicatur
forma virtutum non phisica sed moralis.

Obiectiones ad versus eam.

1° obijcit: virtus est dispositio perfecti ad optimum ut habetur
ex Aristotele lib. 7. phisicorum tex. 17. sed habitus spei theologice est
dispositio imperfecti nempe eius qui non dum habet id quod sperat.
ergo non est virtus.

ad hoc d. th. in hac q. 17. a. 1. ad 3. Rt et explicando mino
rem licet ille qui sperat dicatur imperfectus in comparatione
ad id quod sperat obtinere quod non dum habet est tamen perfectus
quoad hoc quod iam attingit propriam regulam scilicet deum
cuius auxilio nititur.

notandum est 1° id quod in maiori dicit virtutem esse dispositionem
perfecti ad optimum ita aptè velit exponi ut virtus di
catur dispositio perfecti quoad esse nisi quia cum sit aliquid superadditum
non praesupponit subiectum iam perfectum quoad naturam dicit
autem virtus dispositio ad optimum hoc est suo modo quasi
habitualis perfectio disponit ad ultimum finem quod est bo
num optimum in quod ordinat subiectum item disponit ad
optimum unum specificum attingendi obiectum sub ea ratione nota
qua pertinet ad talem virtutem quare non oportet ut
quaelibet virtus per se ipsam immediate inclinet in ae
ternum absolute et simpliciter optimum hoc est quin omni
no quaesit optimus sic enim non daretur nisi unica virtus

nempe illa sola cuius actus esset absolute omnino ex bonus.

Ad notandum est aliud dictum quod D. Th. in hac 2.2. q. 23. a. 7. in 1° arg. refert ex D. Aug. quod nullus male utitur virtute. Habetur autem ex ipso D. Aug. t. 1. lib. 2. de libero arbitrio cap. 19. in hoc 2 conveniunt scilicet ut significari quod nullus per se ex vi ipsius virtutis inclinat in malum usum, si autem aliquis alio pravo affectu actum virtutis referat ad malum finem et usum id respectu virtutis est per accidens. Praeterea aliud dictum quod etiam D. Th. in eodem a. in 2. arg. adducit ex eodem D. Aug. quod nulla virtus procedat ex meritis quia deus illam in nobis sine nobis operatur. Exponitur de habituali virtute infusa non quoad suum augmentum (hoc enim saepe datur ex meritis bonorum operum procedentium ex gratia) sed quoad suam productionem quae supernaturalis est adeo ut neque nisi meritis de condigno nempe cum deus gratiam infundit simul gratiam et virtutes supernaturales eam comitantes.

2° obijcit. saltem spes quae est informis (hoc est quae non est per charitatem formata) non habet rationem virtutis. Sed non semper habet spes theologica est virtus. antecedens probatur ex D. Aug. t. 10. lib. 4. contra julianum cap. 3. columna 3. ubi sic ait: absit ut sit in aliquo vera virtus nisi sit iustus. quibus verbis significat in loqui per charitatem et gratiam non iustus nullam esse veram virtutem et postea subdit: si veram iustitiam non habent impij profecto neque alias virtutes et addit: si quas habent non veras habent, ac per hoc nec continentia sive pudicitia vera virtus est in impiis. idemque docet alibi saepe ut t. 1°. lib. 1. retractationum cap. 3. et t. 5. lib. 9 de ciuitate dei cap. 25. item etiam D. Hieronimus super illud ad galatas 5. fructus autem spiritus est charitas; et D. Ambrosius, ex quo magister

sententiis in 3. d. 23. litera. c. refferit hoc dictum. Charitas mater est omnium virtutum quae omnes informat sine qua nulla vera virtus est.

2° probatur ex. d. th. 1. 2q. q. 65. a. 4 corpore paulo ante finem ubi scilicet ait: fides et spes possunt esse sine Charitate. Sed sine Charitate proprie loquendo virtutes non sunt.

Resp. distinguendo ant. si sensus sit spem quae est in fris non habere veram rationem virtutis physice loquendo rationem intrinsecam ex ordine ad suum actum et obiectum bonum sine gaudium ut constat ex dictis in priori parte ... verum loquendo de virtute in sensu morali denotante perfectum statum subiecti bene ordinati simpliciter ad ultimum finem non dicit hoc modo simpliciter vera virtus nisi quod est formata per Charitatem ut explicatum est in posteriori parte ... atque in hoc sensu intelligitur illud dictum quod in 1 et 2. probationibus spositis obiectionis opponitur ex d. Aug. et d. th. et aliis PP. nam ab illis contendendi hunc sensum colligitur ex eorum contextu et doct.

Hoc autem specialiter ex doct. d. th. ostenditur nam 1. 2q. q. 65. a. 4. corpore versus medium ait: fides et spes sine Charitate possunt quidem aliqualiter esse perfectam autem virtutis rationem sine charitatem habent et subdit: fides est quidem sine Charitate non perfecta virtus. quibus verbis ut patet cum limitatione dicit sine Charitate non esse perfectam virtutem et non habere rationem virtutis perfectae.

praeterea 2q. q. 23. a. 7. corpore initio premittit virtutem ordinari ad bonum et distinguit aliud esse bonum ultimum et illud quod est ultimus finis quiescens hominis est fruitio dei, aliud vero esse proximum bonum et particulare et subdit: virtus vera simpliciter est illa quae ordinatur ad finale bonum hominis et sic nulla vera virtus potest esse sine Charitate. et addit: si accipiatur virtus rationem quod est in ordine ad aliquem finem in particulari sic potest aliqua virtus dici sine Charitate

ni quantum ordinat ad aliqd particulare bonum.
ex his verbis constat mentem D. thq eē qd sine Charitate
nulla eē vera virtus simpliciter seu statum perfectum
qui denotari solet l. moralem usum quo virtus sim
pliciter dicit qdo e in usu simpliciter bene ordinato ad
ultimum finem, qui sensus n excludit alium quo ipse
D. th in predictis verbis asserit si accipiat virtus seu qd
e in ordine ad aliquem finem particularem sic posse
aliquam virtutem dici sine charitate hoc autm e qd
caute addita limitoē in mia ac dictum D. spi thelogi
et qdo e in suis cuire ppriam roem virtutis phisice
loqdo seu roem intrilicam ex ordine essali ad humanum
et obum quamvis tunc n dicat moralit loqdo virtus
simpliciter seu statum perfectum atq in hoc etz sensu
intelligunt D. Aug D. hieroni et Ambro ssl cita ti
item et alij P P et alij graves authores qdo dicunt
sine Charitate et gra nullam eē virtutem. —
hoc rite quamvis alit in mo loqdi explicat Vanez rq
a. 17. dil. 5 § e aug ubi ad aug quo mo possit in
peccatore fideli permanere spis seu eandem roem spiscam
si in ido n het roem spis qd e virtus ita Rct. hoc no
men virtus dupliciter accipit uno mo ut signat abso
lute quandam mentis bonam qualitatem qua nullus
male utit et hc e essia nuda virtutis, altero mo sumit
virtus seu quandam connotatm q̄ ut importat mum
perfectum et statum virtutis quendam l. qd quis promp
te et delectabilit operet attingendo perfecte mensu
ram rōis et finis. et subdit: prio mo dum manet
habitus manet essa virtutis et sic hetz roem spis. at 2mo
pot manere habitus dem et n in statu virtutis seu
illam connotatm seu quam n e spis ad spem n. ad spem
perfectam; et addit exemplum sī in fans dicit eiusdem

speciei cum viro, alterum vir acquirit rationem connotatam perfectae aetatis et potentiae.

Denique id quod aliis verbis exponit valor. 1. 2. disp. 5. 8. 7. puncto 2. in medio, cum sic: quamquam a theologis qui perfectam virtutem metiuntur ex valore ad finem ultimum supernaturalem consequendum non censeantur ulli habitus esse simpliciter virtutes si sint sine gratia iuxta illum loquendi modum S.S. 1 ad Corinth 13. no 3. si tradidero corpus meum ita ut ardeam charitatem autem non habuero nihil sum. ceterum si quis sicut apostolus excepit virtutes consideret etiam sine gratia et charitate vere censebuntur virtutes perfectam suam essentiam. et subdit: in hunc modum concordari posse varias sententias tum patrum aliorumque qui videntur contrarii. denique dere docent Cajet. 1. 2. q. 65. a. 2. Medina et alii ibidem.

Dices: qui habet veras virtutes est bonus simpliciter sed homo sine charitate non est bonus simpliciter immo est simpliciter malus quia est aversus ab ultimo fine deo. ergo non possunt esse ullae verae virtutes sine charitate.

Respondeo negando antecedens quia ut morali usu bonus simpliciter dicitur ille qui est simpliciter bene ordinatus in ultimum finem deum ad quod ex communi lege requiritur charitas et gratia iustificans sine hac tamen possunt esse aliqui boni habitus qui sint verae virtutes physice loquendo ratione suam rationem intrinsecam ex ordine ad suum actum et obiectum ut probatum est supra in priori parte quaestionis, et ad 2. obiectum. Notandum autem est id quod D. Aug. t. 1. in lib. de decem Chategoriis cap. 12. paulo post medium dicit: ex nominibus abstractis aliquarum qualitatum non desumi concretum eiusdem nominis si quis a virtute non dicitur virtuosus. nempe id assero latinos non est in usu ex quo attenditur regula in modo loquendi.

Caput. 2. an Spes per se infusa sit virtus theologica taliter ut deum sub aliqua ratione habeat pro obiecto immediato.

quamvis omnes authores consentiant spem per se infusam (de qua in praesenti est sermo nam alia ratio est de spe acquisita ex bona oreata) esse aliquo modo virtutem theologicam est tamen dissensio an taliter sit virtus theologica ut habeat deum pro obiecto immediato sententiam negantem tenent durandus 3. sententiarum d. 26. q. 2. nō. 6. ubi ait: cum virtus theologica dicatur quae habet deum pro obiecto hoc potest intelligi dupliciter, uno modo de obiecto immediato, alio modo de obiecto principali quamvis mediato et subdit si sermo sit de obiecto immediato sic spes non est virtus theologica quia immediatum obiectum spei non est ipse deus sed beatitudo formalis quae est quid creatum et nō 7. addit: si loquamur de obiecto principali sed non immediato sic deus est obiectum spei et spes est virtus theologica.

Sit ergo spes per se infusa est virtus theologica taliter ut deum sub aliqua ratione habeat pro obiecto immediato: haec continet duo puncta quorum unum est conclusio.

1m punctum quod spes per se infusa sit virtus theologica absolute loquendo et abstrahendo ab hoc quod habeat deum pro obiecto mediato aut immediato tradit communiter ut certum in omni sententia ut notant Aragon et alii 2a 2ae q. 17. a. 5. ubi d. Th. simpliciter asserit: spem esse virtutem theologicam colligit ex illo 1. ad Corinth. 13. nō. 13. nunc autem manent fides spes charitas ubi inter virtutes circa deum versantes quas proinde dicunt theologicas huius mi[nis]t[erii] fides et charitas connumerat etiam spes. ratio au[tem]

in assignanda ex iis quae dicentur puncto sequenti
2um vero punctum quod spes per se infusa sit
talis virtus theologica ut habeat sub aliqua ratione deum
pro obiecto immediato quamvis negent Aduarando ubi supra
tradit ab aliis 2a 2ae q. 17 a. 1 ubi Caiet. Va
nes. Aragon et Valen. disp. 2 q. 1 puncto 1 et
alii
Explicat et probat per spem infusam non solum spera
mus beatitudinem formalem quae est actus creatus visi
onis et fruitionis attingentis deum sed etiam speramus bea
titudinem obiectivam quae est summum bonum increa
tum. unde hac ratione deus dicitur nostra spes obiectiva iuxta
illud psalmi 90 nº 9: quoniam tu es domine spes
mea. ergo spes infusa habet aliqua ratione deum pro obiecto
immediato. probatur consequentia, quia illud est aliqua ratione obiectum
immediatum alicuius actus quod ratione sui attingit per eum
actum quamvis simul etiam attingat aliquid aliud v.g. quando
dicimus videmus simul attingimus lucem et colorem non solum
color sed etiam lux est immediatum obiectum talis actus.
Confirmatur quia si spes infusa non haberet aliqua ratione
deum pro obiecto immediato vere non esset proprie virtus
theologica nam haec ex sua propria ratione condistinguitur ab aliis
virtutibus quae pro immediato obiecto non habent deum sed ali
quam honestatem creatam quamvis ordinatam in
deum ut in finem v.g. virtus religionis non est theologica
quia non habet pro obiecto deum sed cultum ipsius dei ut constat ex
D. Doct. 2a quam. D. Th. 2a 2ae q. 81 a. 5 corpore ait: religio affert
deo debitum cultum et ipse cultus se habet per modum obiecti
ad religionem. et subdit: affert deo debitus cultus in quan
tum actus quidam quibus deus colitur fiunt in reverentiam
dei: deinde addit: deus non comparatur ad virtutem reli
gionis sicut obiectum sed sicut finis et ideo religio non est virtus
theologica cuius obiectum est ultimus finis. si igitur spes infusa

nulla ratione attingeret deum tanquam obiectum immediatum verum non esset propria virtus theologica sed neque religio. probatur D. Th. 1.2. q. 62. a. 1. corpore agens in communi de virtutibus theologicis docet illas habere pro obiecto deum et sic condistingui ab aliis virtutibus. et a. 3. hac ratione ostendit fidem spem et charitatem esse veras virtutes theologicas et q. 67. a. 4. ad 3. ait: spes in quantum est virtus theologica obiectum est deus non autem aliquod bonum creatum. ubi loquitur de obiecto primario et formali nam ipsa spes quae est virtus theologica sicut et fides et charitas habet etiam pro obiecto secundario et materiali aliquod bonum creatum ut constat. item in disputatione sancti Thomae unica de virtutibus in communi a. 12. corpore paulo ante finem virtutes inquit theologicae dicuntur quae deum habent non solum pro fine sed etiam pro obiecto et subdit illas esse tres nempe fidem spem et charitatem.

argumenta ad veri sancio. num.

1m argumentum. spes pertinet ad amorem concupiscentiae sed deus non potest esse obiectum immediatum amoris concupiscentiae. ergo neque potest esse immediatum spei; ac proinde spes non potest esse virtus theologica taliter ut habeat deum pro obiecto immediato. consequentia patet. maior autem probatur, tum ex communi doctrina qua spes condistinguitur a charitate quae est amor amicitiae, unde infertur ipsam spem pertinere solum ad amorem concupiscentiae. tum etiam ratione, quia in peccatore fideli destructa charitate pertinente ad amorem amicitiae erga deum permanet spes pertinens solum ad amorem concupiscentiae. / minor vero sic probatur. quia id quod est obiectum immediatum amoris concupiscentiae non diligimus propter se sed propter nos quasi bonum nostrum nobis commodum aut delectabile, unde illud inferimus ad nos tanquam ad finem sed deus non potest licite diligi nisi propter se, neque potest referri ad aliud, imo

omnia in illum tanquam in finem ultimum sunt refferenda.
ergo deus non potest esse obiectum immediatum amoris concupis
centiae, et consequenter neque spei.
Confirmatur ex D. Aug. pot. lib. 1. de doctrina christiana cap.
3. initio ubi dicit: aliae esse res quibus est fruendum, aliae
vero quibus utendum et cap. 4. subdit: frui est amore ali
cui rei inhaerere propter se ipsam: et deinde cap. 5. infert: res
igitur quibus fruendum est Pater et filius et Spiritus Sanctus
quae est trinitas una res deus: quam doctrinam tradunt
etiam communiter scholastici cum magistro 1. sententiarum d. 1. Ex quo inde
colligitur deum non posse esse licite obiectum immediatum amo
ris concupiscentiae, et consequenter neque spei, siquidem
in antecedenti supponitur deum esse diligendum ea dilectione
qua dicimur frui re cui amore inhaeremus propter se
ipsam, talis autem est solus amor amicitiae. —
Ad argumentum respondeo concedendo maiorem et negando mino
rem, ad illius vero probationem respondeo in primis explicando maio
rem, quamvis idem sit obiectum amoris concupiscentiae ne
gamus diligamus propter se hoc est per talem actum non dili
gamus illum gratia sui, praecisa ut finali obiecto ratione boni nobis
commodi et delectabilis, sed dicamur illud diligere propter
nos quatenus pro obiecto finali habemus rationem boni nobis
commodi aut delectabilis, non autem vult verum est amore quod
obiectum amoris concupiscentiae diligimus propter nos tali modo
ut refferatur ad nos tanquam ad finem ultimum, nam
etiam ad amorem merae concupiscentiae condistinctam ab
amore amicitiae saltem diligitur ut bonum nostrum
propter rationem finalem boni nobis commodi aut delecta
bilis quamvis illud non refferamus ad nos tanquam
ad finem ultimum. hac non ratione vere intelligitur et sal
vatur ratio amoris etiam merae concupiscentiae condistincti
ab amore amicitiae diligente aliquid propter se et gratia

sui et non habeat pro obiecto formali rationem boni nobis commodi aut delectabilis etc.

quare vellit loqui negandum esse ad amorem concupiscentiae requiri ut id quod nobis concupiscimus referamus ad nos tanquam ad finem ultimum quamvis illud diligamus nobis contra hoc loquum habet id quod Caiet. in h. ar. q. 17. a. 5. § et hinc incipit. advertit bene posse aliquid esse concupitum alteri quamvis non ordinet ad illum ut finem, possum ergo concupiscere mihi et amico meo finem ultimum propter quem sumus absque illius fine derogatione, quae interveniret si ipse finis ordinaretur in me vel amicum ut in finem. ubi subdit: aliud esse concupiscere aliquid mihi, aliud vero concupiscere propter me quasi propter finem, et recte posse dari primum sine hoc 2o. quamvis verum etiam sit de eo concupito posse 2m quod dici quod sit propter eum cui concupiscit nempe non quia simpliciter et absolute sit propter eum quasi propter finem sed quia diligit ut bonum illi commodum aut delectabile.

hoc etiam colligitur ex doctr. D. Tho. in h. ar. q. 17. a. 8 corpore ubi dicit charitatem esse amorem perfectum quo deus per se amatur, spem vero esse amorem imperfectum quo ipse deus amatur quasi bonum nobis conveniens sicut homo amat rem quam concupiscit. et 1. 2. q. 26. a. 4. corpore loquens in eo de amore concupiscentiae ait: per illum amari aliquid ut bonum alteri. hoc autem plenius exponemus infra in disp. propria de obiecto formali proprio spei et de modo quo actus ipsius spei differt ab amore charitatis.

ad illud vero quod in praedicta probatione minoris addit: deum non posse licite diligi nisi propter se, neque posse referri ad aliud sed omnia in illum tanquam in finem ultimum esse referenda. Respondetur id distinguendo, aliud est diligere deum propter se ut aiunt positive, aliud vero diligere propter se negative hoc est non propter aliud quasi propter finem ultimum. quamvis igitur verum sit deum non posse diligi licite nisi propter se negative hoc est non esse licitum illum referre ad aliumquasi ad ultimum finem ut constat in D. Th. inde sequitur

narium est ut quicumque actus amoris erga deum diligat illum propter se proxime eo modo quo Charitas diligit cum diligere hoc est gratia sui non habendo respectum ad aliquod bonum nobis commodum aut delectabile; nam quamvis non sit ita perfectus non tamen est illicitus actus amoris quo diligamus deum ut summum bonum nostrum nobis commodum et delectabile non referendo illud ad aliud tanquam ad finem ulteriorem neque per talem actum amplectendo aliquid turpe.

Per talem autem actum quo diligitur deus ut summum bonum nostrum diligit etiam ipse deus diligi aliquo modo ut ultimus finis amabilis amore concupiscentiae; quia diligitur ut summum bonum nostrum nobis commodum aut delectabile ad quod solum est amabile amore concupiscentiae diligit etiam talis actus saltem implicite referre alia, quamvis quia non praefert deum ut amabilem amore amicitiae omnibus aliis rebus, et potest esse in subiecto habente peccatum mortale non diligit absolute diligere deum ut ultimum finem, nam solus amor Charitatis qua summa appretiatione amicitiae praefert deum omnibus aliis rebus diligit simpliciter et absolute diligere per se deum ut ultimum finem et in illum ordinare omnia alia.

Ad confirmationem Respondeo in illis verbis quibus divus Aug. dixit alias esse res quibus est fruendum, alias vero quibus est utendum, sensus est, aliud esse id quod est amandum tanquam ultimus finis quo simpliciter dicimur frui et in quo quasi ultimo termino quiescendum est, aliud vero id quod est amandum tanquam medium ad talem finem conducens et utile quo proinde dicimur uti, quia hunc autem modum dixit solo deo fruendum esse aliis vero rebus esse utendum, quia solus deus licite potest amari tanquam finis ultimus simpliciter in quo quiescamus, aliis autem rebus utendum est quia illa diligenda sunt quasi media utilia ad talem finem.

Ceterum haec verba frui et uti habent etiam alias acceptiones latiores secundum quas interdum dicimus creaturis non solum uti sed etiam aliquo modo frui, et deo non solum frui sed etiam aliquo modo uti, unde etiam magister sententiarum in 1. d. 1. c. notandum

obserbat hec verba frui et uti varijs in suis acceptionibus apud D. Aug. cuius loca ibi refferunt ipsi et alij, specialiter autem authores de fruitione videri possunt aliqua que exposui in materia de beatitudine disp. 3. cap. 8 in 1. etc. supposito ubi etiam posui a n. 1 in nulla de amore amicitie et concupiscentie.

2m arg. Spes hec pro obiecto immediato illud idem quod in beatis est obiectum immediatum fruitionis seu delectationis. Sed obiectum immediatum delectationis in beatis non est beatitudo obiectiva que est deus sed beatitudo formalis consistens in ipsius dei visione. ergo hec etiam est obiectum immediatum spei non vero deus ac perinde spes non est virtus theologica saltem ut habeat deum pro obiecto immediato; maior constat, tum ex communi consensu; tum etiam ratione quia in via speramus illud quod de quo in patria est futura delectatio quia erit presens sensus illud quod sperabat absens.

minor autem ita probatur, quia fruitio seu delectatio est de obiecto quatenus est bonum nostrum nobis iocundum et delectabile. Sed res a nobis supposito distans non est bonum nostrum immediate perse ipsam sed solum mediante aliquo actu quo nobis coniungit v.g. cibus non est bonum nostrum nisi mediante actu quo illum manducamus et gustamus, ac proinde delectatio est immediate de nostro actu manducandi et gustandi cibum ergo cum deus sit nobis supposito distans non est bonum nostrum immediate perse ipsum sed solum mediante actu quo nobis coniungitur semper in patria mediante beatitudine formali, ac perinde delectatio non est immediate de solo deo et consequenter neque spes.

R. concessa maiori nego minorem ad illius probationem R. nego etiam minorem, nam etiam res a nobis supposito distans est bonum nostrum per nostrum obiectum quod perse ipsum habet rationem boni nobis commodi iocundi et delectabilis quamvis debeat intervenire aliquis actus noster quo nobis coniungatur ut etiam patet in illo exemplo de cibo nam vere cibus perse ipsum

et immediatum obiectum appetitus quamvis intervenire debeat actus manducationis, ut illud gustemus; ut est ad hoc propositum de fruitione seu delectatione beatifica osten dendo illam esse non solum immediate per visionem dei sed de ipso deo exposuimus in materia de beatitudine disp. 3. cap. 6. n. 2. et ad 2. atque idem indicat in aliquibus locis SS. significantibus gaudium esse de ipso deo ut Isaiae 61. n. 10. gaudens gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo. et Abacuc 3. n. 18. ego autem in domino gaudebo, et exultabo in deo Iesu meo. similiter est saepe in SS. dicitur spes nostra esse in deo et de deo ut psalmo 7. n. 2. domine deus meus in te speravi; psalmo 30 n. 2. in te domine speravi. psalmo 90. n. 9. quoniam tu es domine spes mea.
Pro hoc notandum est id quod recte docuit in hac 2. 2. q. 17. a. 5. ad eandem. applicans quo pacto deus sit obiectum immediatum spei ostendit esse id quod est proprie dictum esse bonum alterius quod in se habet vim finalizandi et terminandi appetitum quamvis interveniat aliquis actus. ad id autem suo modo facit exemplum quod ibi adducit in genere causae efficientis ubi id quod est proprie dictum absolute producens dicitur agens immediatum quod ex virtute quam in se habet producit effectum quamvis interveniat actio et passio quod etiam eodem modo observant Vazquez, Aragon et alii.
3. arguitur quod spes habet pro obiecto finali aliquid creatum ergo non est virtus theologica. consequentia probatur quia ista virtus attendit ex obiecto finali; hoc autem in virtute theologica debet esse aliquid divinum et increatum non vero creatum. antecedens autem ita ostenditur quia obiectum finale est id cui innititur actus spei innititur auxilio dei ut docet D. Th. in hac 2. 2. q. 17. a. 1. corpore paulo ante finem, ubi sic ait: spes nostra attingit ad ipsum deum cuius auxilio innititur. sed cum auxilium dei aliquid creatum sequitur indicat obiectum finale cui

initit spes ee aliqd creatum ac proinde ipsam spem non e
virtutem theologicam.
aliqui concedunt spem hoc obto finali inadequato
aliqd creatum nihilominus tn afferunt illam e
virtutem theologicam q^a ad hanc n requirint sufficit
qd obum finale adequatum et totale n sit aliqd
creatum sd includat aliqd divinum et increatum.
Sd qd qd sit de hac solutione que examinandae
infra suo loco ubi de obto finali adequato spei interim
x^a coem sententiam qd finale obum adequatum cuiuslibet
virtutis theologicae sit aliqd divinum et increatum: Rx
nego ans predicti arg ad illius vero pbatm Rx exponendo
maiorem obum finale e id cui innititur actus n utcum
qd sit tanquam motiuo obtivo primario et finali specifi
candi ipsum actum neq sistendum est in eo de modo
loquendi Catiari qui quem aliqdo dici solet actum in
initi aliquibus alijs requisitis que sehabent ut conditiones
aut quasi motiua extrinseca et materia. ad id vero qd in minori
ait spem inniti auxilio dei Rx distendo, si noe auxilij dei
intelligat auxilium creatum qd procedit a deo, sic negandum est
spem inniti tali auxilio tanquam obto finali, neq s. d. th in hoc
sensu illud asserit; si tn noe auxilij dei intelligat divina
potestas que dat auxilium in actu e paratum ad fun
dum auxilium in actu 2- sic verum e spem theologicam
inniti auxilio dei id autm e inniti obo finali increato.
x^a hoc variis in hac q. 17. a. 1. ad 2. arg qd contendebat
spem inniti auxilio dei Respondet distendo
ita ut spes quasi obto finali innitat auxilio dei prout e
potestas dei que e ipse deus, n vero prout e aliquis effectus dei.
hoc autm colligit ex doct. d. th. in eadem q. 17. a. 6 in corpore
ubi initio sic ait: virtus aliqua dicit theologica ex hoc qd
habet deum pro obto cui inhaeret, et postea subdit chari

tas facit hoiem inhaerere deo, sp. s. ipsum, spes autem et fides faciunt hoiem inhaerere deo ut quidam prio ex quo aliqua nobis proveniunt. deinde ad finem spes inquit facit deo adhaerere ut est in nobis prium perfecte beatitudinis et bonitatis in quantum per spem divino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam. et ibidem ad 3. ait: spes facit tendere in deum ut in quoddam bonum finale adipiscendum, et ut in quoddam adiutorium efficax ad subveniendum. ex quibus verbis ostenditur xa doctrinam constituit d. th. spem theologicam habere pro obto formali deum, et nomine auxilij dei cui dicit in niti spem intelligit divinam potestatem siquidem ipse d. th. aserit dici virtutem theologicam ex eo qd het deum pro obto cui spes inhaeret ut cuidam prio ex quo nobis provenit beatitudo et asserit ipsam spem tendere in deum ut in quoddam bonum finale adipiscendum et ut in quoddam adiutorium efficax ad subveniendum y a

Cap. 3. An spes theologica sit specialis virtus distincta ab alijs virtutibus tum theologicis tum etiam moralibus. Ubi an sit idem qd fiducia seu confidentia in deo.

multi haeretici solent confundere fidem cum spe et fiducia ita ut dicant fidem quam vocant iustificantem non esse habitum aut actum intellectus sed fiduciam in misericordia dei quos haereticos late refferunt et impugnant Bellar. to. 3. in prioribus editione at in posteriori to. 4. controversia 3. generali lib. 1. de iustificatione cap. 4. 5. et 6. Valentia 2a 2ae disp. 1. q. 1a. puncto 1.° subtitulo separam fidem habitum esse intellectus Vetus lib. 2. de nata et gra cap. 5. et 6. Vasq. 2a 2ae q. 17. a. 6. et alij. sit ergo spes theologica est specialis virtus realiter et specie distincta ab alijs virtutibus tum theologicis, tum etiam moralibus. hec co. contra tradit ut certa cum d. th. in hoc

17. a. 6. ubi Caiet. Vazq. Aragon. Valen. disp. 2. q.
2. p. 2. et alij. explicatur et probatur. in primis qd spes
theologica distat realiter et specie a virtutibus morali
bus constat, qa virtutes morales a theologicis condis
tinctae sunt illae quae habent pro obiecto formali aliquam hones
tatem creatam non vero deum seu aliquam rationem
divinam, sed qualem pro obiecto formali habent fides spes et
Charitas quae sunt virtutes theologicae ut in cap. de vir
tutibus theologicis ostenditur. 1. 2. q. 62. a. 1. et 3. specia
Confirmatur quia hoc etiam specialiter de his medijs colligitur ex varijs locis SS. nempe de fide infusa Joan. 6. no 29. hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit Matth. 16. no 17. beatus es Simon Bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui in caelis est. ad Ephe. 2. no 8. gratia estis salvati per fidem et hoc non ex vobis dei enim donum est. de Charitate autem infusa ad Rom. 5. no 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum ad Ephe. 6 no. 24. Charitas cum fide a deo patre, et domino iesu. 1a Joan. 4. no 7. Charitas ex deo est sub praedictis vero locis subintelligitur etiam spes infusa quae connexionem habet cum fide et Charitate infusa et peculiariter etiam de ipsa spe infusa facit illud psalmi 4. no 10. quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me et psalmo 118 no 49. in quo mihi spem dedisti ad Rom. 8. no 24. spe salvi facti sumus. 2a ad thessalonicenses 2o no. 16. deus qui dilexit nos et dedit spem bonam in gratia et in concilio tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 6. diffinitur in iustificatione infundi fidem spem et Charitatem.

Ex his et pluribus alijs SS. locis certo constat dari fidem spem et Charitatem infusam quae sunt gratuita dei dona ac proinde aliqua ratione supernalia. quod autem sint supernalia non solum respectu accidentis sed etiam respectu substantiae convenienter infertur ex eo quod dentur quasi media proportionata ad gratiam iustificantem et vitam aeternam

3. unde deducit illa zm. se cē perfectionis speciei superioris ac diversę a perfectione n. aliquę n. improportionata ad talem finem conse finalem. quaudn illa dona cē supernaliā n. solum zm. mum quetzm substiam atq. haec insert ex co. in concilijs et dicit ipsam fidem spem et Charitatem quę ad iustificatm ehitam q. nam requirit n. posse heri per solas vires n. ut ostendit ex doctrina concilij tridentini et arausicani locis sup. citatis post cē in. 1.° puncto

preter dicta conueniunt infert ex doctrina s. PP. cē locas ss. relata in precedenti confirmnē et pluribus alijs locis quos verba ob breuitatem remittimus apd illos videnda pe culiarit autr. habent epista concilij cartaginensis ad inocentium Papam et rescriptum ipsius inocentij et aliæ epistolæ quę habent t.° 1. conciliorum bini editione coloniens anni 1s 17. a pagina 341.7 et concilium africanum sub bonifacio. 1.° cap. 79. et 8. q. concilium het et in eodem t.° 1. eiusdem editionis. item. d. Augst. 2. ab epista 90. usq. ad. 95. et t.° 7. in lib. de nât et grâ a cap. 4. et lib. 1. de grâ Xpi a capite 3. et lib. de præ destinoē S.torum a cap. 2.° Ambrosius t.° 2. lib. 1.° de voca tione gentium a cap. 6. usq. ad. 9. hiero t.° 9. in illud ad ephes. 2.° grâ salui facti estis; fulgentius lib. de incar noē et grâ Xpi a cap. 17.

3. fundum ex co q. nullus mus satisfaciens ostendat quo defendat oppta sentia asserens fidem spem et Chari tatem infusam cē sup.nalem n. zm. suam substiam q. solum zm. acalem mum nam aut talis mus acalis aliqd extricum ipsi entitati fidei spei et Charitatis in fusę aut aliqd illi intricum q. neutrum cum satisfac tione dici pot ly negq. et cum satisfactione dici pot ip sam fidem spem et Charitatem infusam cē supralem solum zm. mum acalem. mar. pat qa omnis mus

seu qdlibet praedicatum alicui rei conveniens aut est ali
qd extrinsecum entitati illius rei aut intrinsecum siquidem
int haec extrema non pot dari medium nam eo ipso qd
praedicatum aliqd non sit intrinsecum entitati rei est illi
extrinsecum.

mi[n] vero quoad priorem ptem nempe illum modum
non ee aliqd extrinsecum probat impugnando varias ex
plicationes quibus id solet exponi ab adversarijs. Expli
catio est aliquorum asserentium illum modum consistere in extrinseca
dei acceptatione qua entitas fidei spei et Charitatis, quamvis con
totum id qd habet intrinsecum sit nalis acceptat ad finem supnalem
grae iustificantis ac gloriae. Pro hoc reijcit 1.o qa inde sequeret
ad talem actum credendi sperandi et diligendi prout oportet
ad iustificatam et vitam aeternam non ee necessarium, ullum auxi
lium supernale et Spus Sti illustratam et inspiratam qd
est 2a diffinitio Concilij Tridentini et Arausicani locis supe
rius citatis prob ee contra in 1.o puncto, ut hic ee item alia
testimonia SS.PP. adducta prob. 2m punctum et confirmat
sequella autem ita pbr. ad solam extrinsecam dei acceptatm
siquidem nihil supernale intrinsecum neque quoad entitatem
neque quoad influxum deribat in actum non est necessarium
ullum supernale auxilium et illustratio atque inspira
tio Spus Sti siquidem supponit id qd est intrinsecum tali
actui tam quoad entitatem quam quoad influxum ee
nale per solas ... vires ... elicitum, qd si id non supponat
iam ille modus non consistet in sola acceptatione extrinseca
ut constat.

2o ad eliciendum talem actum credendi sperandi
et diligendi prout oportet ad iustificatam et vitam aeter
nam requirit ex parte auxilij efficientis aliqd supnale
siquidem talis actus prout oportet non pot fieri per so
las vires nales ut constat ex diffinitione Concilij et alijs testi
monijs in praedictis locis. Et cum auxilijs efficientibus sup
nalis dat aliqd supernale per modum influxus seu

seu actionis sit intrinsecum tali actui; alioqui talis actus solum procederet ex facultate nali sine auxilio supernali: ergo ille modus non consistit in sola acceptatione extrinseca nihil influente in actum.

3. aut ad hoc quod talis actus acceptetur adeo ad finem supernalem iustificationis et vitae aeternae requirit supponit in ipso actu aliquid supernale proportionatum ad talem finem aut non. Si eatenus solum dicitur actus supernalis quia acceptatur adeo ad finem supernalem: si dicatur 1um iam conceditur in tali actu aliquid supernale intrinsecum unde sequitur illius supernalitatem non consistere in sola acceptatione extrinseca: si vero dicatur 2um sequitur inde talem actum non fieri ab anima ex vi alicuius auxilij supernalis, ratione sola acceptatio extrinseca dei non est aliquid quod ab anima fiat ex vi eius auxilij ut patet. praeterea talis actus credendi sperandi et diligendi finem oporteret non aliter se haberet quam quicumque alius actus mere nalis etiam sine auxilio supernali elicitus si acceptaretur adeo ad finem supernalem quod dici non potest. ut ostenditur, tum ex supra dictis tum etiam ex dicendis.

4o. actus credendi per fidem infusam habet modum tendendi certum proportionatum obiecto formali supernali divinae authoritatis revelantis cui innititur et actus sperandi et diligendi per virtutem spei et Charitatis infusae habet modum tendendi cum aestimatione appretiativa proportionata divinae bonitati supernali cui innititur. talis autem modus tendendi proportionatus est aliquid intrinsecum his actibus imo et de illorum substantia et essentia ut infra in 4. puncto ostendetur. ergo supernaturalitas horum actuum non consistit in sola acceptatione extrinseca

2a explicatio aliorum affirantium illum modum supernalem extrinsecum consistere in morali inspiratione extrinseca qua fides spes et charitas infusa dicitur inspirari gratia iustificante et ab illa habere moralem dignitatem et rationem meriti in actibus. Sed hoc refellitur 1°. quia supernalis habitus fidei et spei infusae datur in peccatore fideli sine gratia iustificante. ut constat ex Tridentino sessione. 6. de iustificatione cap. 6. ubi dicit peccatores divina gratia excitatos concipere fidem et erigi in spem. et canone 28 diffinitur amissa per peccatum gratia manere fidem licet non sit viva. et sessione 14. de sacramento poenitentiae cap. 14. dicit in peccatore esse attritionem cum spe veniae ex impulsu spiritus sancti.

2° etiam quando fides et spes infusa moraliter inspirantur gratia praeter hanc moralem rationem quae veluti in genere causae finalis provenit a gratia iustificante concedendum est in ipso habitu et actu fidei et spei infusae sicut et charitatis supponi aliquid supernale proveniens in genere causae efficientis a principio supernali siquidem talis habitus et actus non potest efficienter produci a solo principio naturali ut ex dictis conciliis et aliis testimoniis ostensum est supra, in adversariorum explicatione in 1a. et 2a illius impugnatione quae necnon et 3. ac 4. impugnatio ibidem proposita habet etiam vim contra hanc 2am explicationem et quamcumque aliam quae asserat fidem spem et charitatem infusam sive habitualem sive actualem non esse supernalem nisi per modum extrinsecum.

2a autem pars minoris sententiae propositae in 3. puncto nimirum quod dici nequeat fidem spem et charitatem infusam esse solum supernalem per modum aeque alium intrinsecum probatur inquirendo in quo consistat talis modus intrinsecus accidentalis. 1° aliqui dicunt illum consistere in quodam speciali gradu intensionis. Sed hoc confutatur, quia ad fidem spem et

Charitatem ordinis infusi, quot oportet ad iustificationem et vitam aeternam non est designatus aliquis specialis gradus intensionis, sed quicumque etiam minor et minimus talis ordinis sufficit, nam in SS. conciliis et PP. promittitur simpliciter gratia et gloria iis qui ad deum per fidem spem et Charitatem ordinis gratuiti convertuntur neque exigitur ullus determinatus gradus intensionis aut determinata duratio tanta vel tanta vel tantae extensionis ut explicuimus in materia de poenitentia disp. 5. cap. 1. ex communi doctrina. Ex qua videri potest S. 3. parte 1a 2ae. disp. 4. sect. 4.

Affirmatur autem talis gradus intensionis est eiusdem ordinis et rationis cum aliis qui sunt secundum suam substantiam ordinis naturalis aut non sed est alterius ordinis et rationis superioris secundum suam substantiam supernaturalis. Si dicatur hoc secundum iam ibi conceditur aliquid supernaturale non solum quoad modum accidentalem sed etiam quoad suam substantiam: si vero dicatur primum idem reicitur quia talis gradus intensionis non est ex sua ratione magis proportionatus ad gratiam iustificantem et vitam aeternam quam alii gradus qui sunt eiusdem rationis in ordine naturali ut supponitur. praeterea id amplius impugnabitur ex 4. fundamento et aliis infra dicendis.

2o alii docent illum supernaturalem modum intrinsecum et accidentalem consistere in actione seu influxu supernaturali quo deus ut author supernaturalis concurrit ad producendum habitum et actum fidei spei et Charitatis infusae quamvis talis habitus et actus secundum suam substantiam sit naturalis ad eum modum quo visus caeco restitutus est naturalis secundum totam suam substantiam.

Sed hoc refellitur quia a deo ad habitum et actum fidei spei et Charitatis quot oportet ad iustificationem et vitam aeternam concurrit deus ut author supernaturalis actione et influxu supernaturali quia talis habitus et actus est propter suam excellentiam est medium proportionatum ad finem supernaturalem ipsius iustificationis et vitae aeternae. quod non convenit ulli habitui et actui ex his qui secundum suam substantiam sunt naturales per solas vires naturae

acquisibiles, siquidem fides spes et charitas proportionatur ad iustificationem et vitam aeternam superat vires naturae ita ut per illas solas nequeat fieri sed naturae praerequisitae habilitatis auxilium supernaturale spiritus sancti illustrationem ut constat ex his quae ex conciliis et SS. Patribus dicta sunt. Confirmatur et citatis in hoc 3. puncto § minor vero. Et probatur etiam et influxum supernaturalem datur in tali habitu et actu aliquid supernaturale quod ex sua propria ratione postulet actionem et influxum Dei ut authoris supernaturalis; et propterea talis habitus et actus dicitur ordinis per se infusi et distinguitur essentialiter specifice a quocumque habitu et actu connaturali substantiae naturali.

4.m et Ultimum fundamentum est non repugnat habitus et actus ordinis per se infusi qui respectu omnis substantiae sint supernaturales diversae ac superioris speciei a quocumque habitu et actu connaturali substantiae naturali per solas naturae vires acquisibili; et quod defacto dentur tales habitus et actus inter quos sint fides spes et charitas prout oportet ad iustificationem et vitam aeternam est consentaneum doctrinae SS. conciliorum et PP. et gravium theologorum et propria ratione ordinis gratiae. Sed non est cur id negetur.

Maior probatur quia nulla firma ratio repugnantiae seu contradictionis in eo assignatur et in omni sententia apud Catholicos certum est de facto in beatis habitum luminis gloriae et actum visionis beatae esse ordinis per se infusi respectu suam substantiam supernaturalis saltem in hoc sensu quod supra sit suam facultatem eius libet non quae defacto sit creata et quae in eodem ordine non sit creabilis quod quod sit an etiam sit supernaturalis in alio sensu respectu cuiusque creabilis ita ut neque de potentia absoluta possit creari vel substantia diversi ordinis cui connaturaliter debeatur ut dictum est supra in 2. puncto in probatione antecedentis; in praesenti autem praecipue contendit habitus et actus ordinis per se infusi respectu

substiam supernalis in fricari sensus et notatum
I suspensus in 2º puncto post eum quaerere confundant.
 In vero phatae sua in 1º et 2º puncto, et ratio
congrua ut ex hypothesi quod creata intellectualis e
ad eo cuncta ad supernalem ordinem gratiae et gloriae
sapientissimum et suavem divinae providentiae ordinem
condant etiam in via habitus et actus fidei, spei et chari
tatis ordinis gratuiti per se infusi versus substiam
supernalis quibus modo proportionato tendat ad finem
supernalem.

Confirmatur quia in his habitibus per se infusis fidei spei et
Charitatis absolute salbatur et intelligitur supernalitas
substiam seu essentiam specificam per hoc quod talis habitus fidei
per se infusus ex sua propria ratione ordinatur ad actum cre
dendi propter veracitatem dei ut authoris supernalis obs
curae revelantis firmissima quadam certitudine fini
supernali proportionata superante naturae facultatem
ac proinde superioris et diversae perfectionis speciei ab
ea quae per solas vires naturae fieri potest. item habitus spei et
Charitatis per se infusi ex propria sua ratione ordinant ad
actus dilectionis propter bonitatem dei ut authoris supernalis ap
pretiatione voluntaria per se et proportionata fini supernali et su
perante facultatem naturae atque adeo etiam diversae ac superioris
perfectionis speciei ab ea quae per solas vires naturae fieri potest
ut amplius exponetur ex infra dicendis.

Difficultates et obiectiones contra dicta.

2ª difficultas ex authoritate SS. conciliorum et PP.

1º obijcitur authoritas SS. Conciliorum et PP. signans fidem spem
et Charitatem infusam esse supernalem absolute intelligi et ex
poni de supernaturalitate quoad aliquem modum accidentalem
quod ex illa non habetur fundamentum sufficiens ad asserendum tales habitus
et illorum actus esse supernales quoad substiam.

quo modo in... gatur actum... spei et Charit... ut opposita ad ... ...alem et entem q... non posse heri per ... viresnaturae.

ans. Pr. 1º q.a in ipsismet Scilijs addit quedam limitatio qua
dicit neminem posse sine preueniente Spus Sti inspiratione
et eius adiutorio credere sperare et diligere sit oportet ut
iustificationis gra conferat ut constat ex verbis concilij
tridentini et Arausicani quæ relata sunt sup. post am. m. 1. p.
hec autem limitatio sit oportet denotare videt aliquem
tantum acalem n v ipsam substiam credendi sperandi et
diligendi.
2º Prob. q.a concilia et PP loquunt. g.a errorem Pelagij
qui asserebat hoem per solas vires nris sine auxilio super
nali posse credere sperare et diligere ch Prot oportet ad
iustificatm et vitam ætnam. & solum intendunt g.a talem
errorem statuere necessitatem auxilij supernalis ad cre
dendum sperandum et diligendum sit ut oportet ad ius
tificatm et uitam ætnam. hec autem veritas stare pot
concessa aliqua supernalitate 2m modum acalem n v
2m substiam taliam actuum et habituum.
Rx nego ans. si sermo sit n solum de sensu qui directe per
se. 1º et immediate in illis locis diffinit sed etiam de alio sensu
qui conueniunt ex illis inferte. nam ut ostensum est
sup. m. 1º et 2º puncto quamuis in illis n diffiniat sensus
de supernalitate illorum actuum 2m substiam tamen con
ueniente ex illis colligit. quare notandum est, aliud esse
attendere id qd in illis locis diffinit directe per se. 1º et im
mediate quasi fide, aliud vero id qd conueniunt omnibus
inspectis per eam infert. si solum attendat. m. sci in
illis diffinit hec veritas qd per solas vires nris sine super
nali auxilio nullus pot credere sperare et diligere sit opor
tet ad iustificatm et uitam ætnam. que veritas abstra
hit ab hoc qd tales actus sint supernales 2m substiam
aut solum 2m aliquem modum acalem. et in hoc sensu
diffinita est hec veritas g errorem pelagij; at qd et illa
limitatio sit oportet si referat ad id qd 2m fidem diffinit
neque denotat qd tales actus sint supernales 2m substiam neque

qd solum communem ac talem sed de trat quasi de fide asserendum esse tales actus ea ratione qua sunt requisiti ad iustificationem et vitam aeternam posse fieri per solas vires nec sine auxilio supernali sive id sit supra eorum substantiam aut supra aliquem modum supernalem; qd neutrum de trat ut de fide

si vero attendatur id qd convenienter ex illis locis infertur sive dimanet omnibus inspectis secundum verba et contextum et subiecta et ex celentiam rei de qua agitur et debitam proportionem me diorum cum fine supernali convenienter colligi praedictos habitus et illorum actus esse supernales cum suam substantiam ut probatum est in n. 1. 2. 3. et 4. subiecto.

dices in doctrina conciliorum et PP non solum de actu fidei spei et caritatis sed etiam de actu poenitentiae asserit illum sicut oportet ad iustificationem non posse fieri per solas vires nec sine auxilio supernali sed inde non infertur virtutem moralem poenitentiae aut illius actum esse supernalem cum substantiam. ergo similiter dici potest neque ex illis locis inferri virtutes theologicas fidei spei et caritatis et illarum actus esse supernales cum suam substantiam. probatur consequentia quia eadem videtur ratio. maior autem probatur ex concilio trid sessione. 6. de iustificatione canone 3. ubi eodem tenore verborum numeratur etiam actus poenitentiae nam ibi ita dicit: si quis dixerit sine praeveniente spiritus sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere sperare diligere aut poenitere posse sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur anathema sit.

minor vero probatur quia inter theologos non constat virtutes morales ex quibus est poenitentia esse supernales cum substantiam aut cum modum; immo illas neque per accidens esse infusas. docent Duran. 3. sententiarum d. 33. q. 6. n. 7. et 8. scotus ibidem d. 36. q. unica art. 3. et deinde henrici quodlibeto. 6. q. 12. et alii.

respondeo 1o negando minorem nam convenienter dicitur ex doct conciliorum et PP etiam inferri virtutem moralem poenitentiae et illius

actuum ordinis per se infusi et supernalis 2m substantiam;
et quamvis quaedam sententia cum Duran. Scoto et Henrico
supra citatis neget, tamen probabilior sententia concedens
non solum virtutes theologicas sed etiam morales infundi
simul cum gratia et tales virtutes per se et sua propria ratione
specifica esse ordinis supernalis per se infusi. quae sententia
iam communi consensu recepta est. D. Th. 1.2. q. 63. a. 3. ubi
Caiet. Conradus, Medina et Vaz. disp. 86. cap. 1.
Valen. disp. 5. q. 6. puncto 1o et alij ab illis citati.
ratio autem congrua est; quia rectus ordo providentiae
supernalis et perfectionis gratiae apte intelligitur petere ut
simul cum gratia iustificante quasi cum radice supernali
infundantur virtutes etiam morales quae essentiali modo super
nali ad regulam supernalem proportionato dirigant
hominem in finem supernalem quod per se nequeunt prae
stare virtutes naturales quae sunt perfectionis naturalis inferio
ris et minus proportionatae ad finem supernalem ut ostendit
ex his quae diximus partim superius in hoc capite
partim vero in materia de virtutibus in com. 1.2. q. 6a. q.
55. disp. 7. cap. 3. et 2a in materia de charitate, et 3. parte
in materia de incarnatione et alibi. Contra hoc Suarez 3. parte tomo 4.
disp. 3. sect. 6. num. 10. in 2a solutione asserit probabilius
esse dari virtutes morales per se infusas in quibus etiam
potest assignari obiectum formale supernale ex conformitate ad
supernalem rationem seu legem in qua fundantur proprij actus
harum virtutum, ut apparet in virtute religionis quae
respicit deum ut finem supernalem et cultum proportiona
tum illi tribuit.
Ad 2m omissa minori nego consequentiam nam etiam in sententia asse
rente neque virtutem moralem paenitentiae neque ullam
aliam virtutem moralem condistinctam a theologicis esse in
fusam aut per se aut per accidens concedendum est vir
tutes theologicas infusas fidei spei et charitatis, quia prius
habent speciale fundamentum ex doctrina SS. Conciliorum et Patrum
ut constat ex locis adductis superius in hoc cap. post 2m

fundum in illius sermone, et specialiter in concilio tri
ibidem citato diffinitum est, in iustificatione infundi fidem
spem et Charitatem; nec quod haec veritas de virtutibus theolo
gicis infusis etiam quoad habitum potest negari sine censura
erroris aut temeritatis, ut expositum est supra in hac disp.
cap. 4. ratio autem in specialis est, quia cum virtutes theo
logicae versentur immediate circa deum ultimum finem
expedit in ordine gratiae hominem erectum ad supernaturalem
finem infundi saltem huius modi virtutes theologicas
proportionatas quasi primas dispositiones ordi
nis supernaturalis ad talem finem, quae ratio locum
habet etiam pro virtutes morales, quia sunt dispositiones
remotiores non infunderentur ut contendunt autho
res negantes harum virtutum infusionem.
consequenter autem in sententia negante virtutes morales
per se infusas. ad illud quod in obiectione adductum est ex Conci
lio Tridentino numerante actum poenitentiae cum actu
credendi sperandi et diligendi sub eodem verborum
tenore exigente dei adiutorium et spiritus sancti inspirationem.
respondere potest nomine poenitentiae ibi sicut etiam pluribus aliis
locis SS. et PP. intelligi quendam actum detestandi pe
ccatum propter deum summe dilectum hoc est propter sum
mam illius bonitatem gratia sui amabilem, qui actus est
elicitus a Charitate cum innitatur illius obiecto formali ac
proinde de isto actu supernaturali est eadem ratio ob quam
sit supernaturalis etiam in suam substantiam sicut et actus cre
dendi sperandi et diligendi ordinis per se infusi; atque
hoc locum habet etiam in sententia non concedente virtutem
moralem poenitentiae ordinis per se infusi.
Ad hoc observandum est, id quod in materia de poenitentia disp.
4. cap. 1o sect. 2a explicuimus vocem poenitentiae et con
tritionis sumi uno modo latius pro actu detestandi pe
ccatum ex quocumque formali motivo honesto, et quoniam

per ipsum motivum spale charitatis, atque ideo magis
disponit ad remissionem peccati. circa ea ipsa SS. et PP.
plerumque nomine contritionis et poenitentiae disponentis
ad remissionem peccati denotatur talis actus detestandi
peccatum ex charitate. alio modo sumi solet strictius
pro actu detestandi peccatum propter spale motivum ho-
nestatis creatae ad resarciendum ius divinum offen-
sum seu laesum et sic pertinet ad spalem virtutem
moralem poenitentiae, quae ut in eodem casu dictum est ex-
posuimus est quaedam religiosa iustitia respiciens
ius divinum ut conservandum illaesum et resarcien-
dum laesum. cum igitur in SS. et PP. signatur actum
poenitentiae seu contritionis prout oportet ad iustificationem esse super-
naturalem sicut actum fidei spei et charitatis et in omni sententia apud
Catholicos locum habet de poenitentia seu contritione priori modo sump-
ta quidquid sit an detur etiam spalis virtus moralis poenitentiae or-
dinis per se infusi.
Ita hoc S. 3. p. t. 4. disp. 3. sec. 6. no. 10. asserit in rigore ad doc-
trinam fidei defendendam et intelligendam differentiam conci-
lii Tridentini satis esse si supernaturalitas a SS.a Conciliis et PP.
tributa poenitentia eo modo ac fidei spei et charitati intelligatur
de actu detestandi peccatum ex charitate, nam quando, inquit,
Concilia loquuntur de poenitentia non tractant de virtute
illa spali quam vocamus iustitiam ad Deum quia non detur
talis virtus non pertinet ad doctrinam fidei sed tractant de
poenitentia absolute pro detestatione peccati, et praesertim
de illa quae ad remissionem peccatorum disponit ad quod
maxime confert detestatio ex charitate.
Ceterum ibidem subdit probabilius esse dari etiam virtutis morales
per se infusas ex quatenus non est poenitentia supernaturalis con-
distincta a charitate. atque hoc tenendum est ut explicavimus
superius in hac difficultate in priori solutione obiectionis
propositae.
Ex dictis ex auctoritate D. Thomae, quo pacto diligere
Deum credere et sperare dicatur spale quantum ad habitus

stantiam actus.

in hac re objicit auth. s. d. th. 1. 2. q. 109. a. 2. ad 1. ubi sic ait: omne donum gratiae hominem elevat ad aliquid quod est supra naturam quod quidem potest esse dupliciter uno modo quantum ad substantiam actus alio modo quantum ad modum actus non autem quantum ad substantiam ipsius est diligere deum et cognoscere eum in speculo creaturarum. et ad hoc requiritur donum gratiae habitualis. ergo sentit dilectionem dei etiam ex dono gratiae nempe ex charitate supernali non esse supernalem secundum substantiam sed solum secundum aliquem modum accidentalem unde infertur idem esse dicendum de supernali fide et spe.

Respondeo contra; quia dicendum quod d. th. ibi asserit diligere deum non esse supernale quantum ad substantiam actus sed quantum ad modum intelligitur de dilectione dei quantum ad substantiam naturalem actus in genere hoc est secundum rationem genericam; non vero quantum ad substantiam specialem in specie tali hoc est secundum specialem rationem essentialem specificam convenientem ex charitate ordinis perfecte infusi: sic Medina 1. 2. q. 62. a. 2. ad 1. [illegible] explicans s. d. th. ait: loquitur d. th. de dilectione dei in genere possumus enim diligere deum per facultatem naturae. caeterum diligere deum per regulas supernales superat facultatem naturae et quantum ad substantiam et quantum ad modum.

similiter exposuit dere quamvis alio loquendi modo tradit Vasquez 1. 2. q. 24. a. 2. versus finem ubi ait: nullus actus est ita supernalis a virtute infusa ut non possit homo circa idem obiectum materialiter consideratum habere aliquem alium actum ex viribus naturae. et subdit: ita intelligo d. th. quando dixit quod habitus infusus dabat ad illos actus quorum similes poterat homo habere quantum ad substantiam loquitur enim de identitate obiecti quantum ad substantiam materialem ut patet in exemplo ipsius ibidem apposito scilicet diligere deum et cognoscere illum in speculo creaturarum.

hoc etiam aliis verbis exponit 1. 2. 2. disp. 187. cap. 2. ubi asserit cum d. th. et alii dicunt credere diligere et sperare esse actiones naturales secundum substantiam et supernales secundum modum ita intelligi ut lo

quant de substia harum operationum quatenus eã aliis quis obti fralis versant, nempe eã obtum motiuum na turale, q̃ª fieri pot ut aliquis assensus fidei sit. nalis ordinis et aliqua dilectio dei et aliqua spes nõ tñ loquant de his operationibus quatenus eã obum supernale versant. nempe hoc dcere coincidit cum prędicta explicatione de actu quantum ad substiam nalem seu in grē sub alia roē frali specifica.

prędictam actri explicationem eē cõª mentem d. thę os tendit. 1º q̃ª illius verba et contextus eo loco citato in ob iectione tid. mittunt talem sensum, neq; affert quid quam quo pbet excludi. ut etiã exipsis thomistis expo nunt medina et vanes in prędictis locis. 2º q̃ª ipse met d. th. in alijs locis suª adductis in hoc casu post eaᵐ eãª 2ᵐ punctum q collegit est. asserit fidem spem et cha ritatem ordinis gratuiti eē habitus per se infusos ordi natos ad actus superioris ac diversę speciei ab ijs qui per solas vires nãe heri possunt. unde infert idē q̃d alias dicit dilectm dei nõ eē supernalem quantum ad substiam actus intelligi de substia actus nalit seu in grē sumpta mõ exposito in solutione ad prędictam obiectni. et videatur expo nenda sst plura fere similia testa ipsius d. thę in alijs locis nempe de veritate. q. 10. a. 10. ad. 1ᵐ, et qdlibeto. 1. q. 2. a. 2. et in 1. sentiarum d. 17. q. 1. a. 4. et alibi.

eodem etiã mõ intelligit idē caiet 1. 2ę q. 109. a. 4. § obiat. 2º. ait: etiã pręcepta virtutum theologalium fidei spei et chari tatis posse ab hoē per sua nalia impleri quantum ad sub stantiam operum ita qd siquis etiã credere sperare dili gere deum confiteri iesum xpum pot hõ per sua nalia quan tum ad substiam operum adimplere et nõ in qū ansum implent spe et fide et charitate. nempe sensus ē hoīm per vires nãe posse quidem aliquo actu nali imperfecto et ēdũtam supernalem imp portionato credere sperare et diligere nõ tñ actu pportionato eius perfectionis

specie que provenit a fide spe et Charitate ordinis perfecti in fusis, ut etiam ipse Cavit exponit in alijs locis pro relatis in hoc casu post cumque cum 2. parentum idem etiam.
Idem sensus peculiariter notandus in Doctrina Molinæ contra quem aliqui immerito in hac materia ferunt censuram nam ipse in concordia (editionis Antverpiensis anni 1595.) q. 14. a. 13. disp. 17. initio exponens de viribus liberi arbitrij circa actum credendi sperandi et diligendi quantum ad substantiam actus cum pro numero loquendi multorum gravium authorum dixisset hominem posse ministeria fidei sibi ... posita credere aliquo actu per vires naturæ elicito postea in ... nostram sententiam, exponens ait: neque nos alium assensum intendimus hoc loco probare posse elici viribus liberi arbitrij et concursu generali dei circa ea quæ ad fidem pertinent quam opinionem fidem ve humanam quæ actus sit naturalis ex ... proprio humano et viribus humanis elicitus distinctus quoque specie a ... assensu qui circa eadem obtinetur per affulgentem spiritus sancti ... fidei infusus elicitur.
Q.ª difficultas ex eo quod habitus etiam infusus non videatur concurrere ad substantiam actus, ubi obiter an sine habitibus possint fieri vel habitus supernaturales sperandi credendi et diligendi. et an ex his actibus fieri debeat habitus.
hinc ita arguit habitus non concurrit ad substantiam actus sed solum ad aliquem illius modum. sed etiam habitus supernaturalis spei fidei et charitatis non concurrit ad aliquam substantiam actus supernaturalis sed solum ad aliquem modum supernaturalem ac proinde nullus actus quoad substantiam supernaturalis elicitur ex ... habitus spei fidei et Charitatis, quod ut patet bene infertur supposito ... si illud concedat esse ... verum

ans autem probab.r 10. ex axiomate quo dici solet habitum deservire non ad simpliciter posse sed ad facilius. quae verba denotant habitum deservire ad hoc quod facilius et promptius eliciat actus, facilitas autem seu promptitudo non est substantia actus sed modus quolibet. 2° quia habitus debet distingui a potentia, sed potentia dat simpliciter posse quoad substantiam actus quem efficit. ergo habitus non efficit ipsam substantiam actus siquidem supponit potentiam cui convenit simpliciter posse, alioquin habitus etiam esset potentia.

circa ans. argumenti propositi est differentia inter authores an illud sit vtile, verum de omni habitu sive nali sive supernali loquendo autem de habitu nali aliqui ut Scotus, Capreolus, Durandus et alii quos refert et sequitur Vazquez 1.2. t. 1. disp. 89. cap. 1. et 2. asserunt illum non concurrere ad substantiam actus sed solum ad aliquem eius modum. verum probabilior videtur opposita sententia asserens illum etiam concurrere ad substantiam actus ut tenent alii quos retulimus in disp. de habitibus, nam si habitus nalis producit aliquid in actu ergo quod illud sit non ostendit esse in re distinctum ab ipsa substantia actus quam totam simul produci a potentia et habitu per modum unius causae adequate influentis nullum est inconveniens sed potius apte intelligi et salvari potest et consentaneum tum naturae rei, tum experientiae, tum etiam exemplis in aliis materiis quamvis etiam sine ipso tamen habitus nalis influens possit actus nalis produci a sola potentia nali supposito requisito ut explicuimus in illa disp. de habitibus.

quare loquendo etiam de habitu nali negandum est illud ans quod dicit habitum non concurrere ad substantiam actus. ad in vero probationem dicendum illud commune axioma ita intelligi ut habitus nalis dicatur deservire non ad simpliciter posse sed ad facilius. quia sine ipso habitu nali potest quis per potentiam nalis produci actus quamvis non ita facile et prompte

qd autem producat facilius et promptius simul cum
habitu non consistit in eo qd quilibet habitus producat solum
in actu aliquis mus quisit facilitas seu promptitudo
sed consistit in hoc qd concurrente habitu nali tota
substantia habitus nalis et quilibet mus cum illa identi
ficatus producit facilius et promptius quam alias p
duceret a sola pota per concursum habitus adiuvantis
liberat a maiori connatu quem ex sua parte deberet
adhibere si non iuvaret ab habitu atq id promo explicat exem
plo hominis qui ab alio adiutus portat facilius aliqd pondus
qa adiutorio alterius liberat a maiori connatu quem ex sua
parte deberet adhibere si solus illud portaret.
ad 2m probatum dis negando coam qa bene stat habitum nalem simul
cum ipsa pota efficere substantiam actus nalis, quamvis pota
sine habitu posset simpliciter illum producere, sicut vius ho posset
simpliciter portare aliqd pondus ad qd non portandum adiu
batur ab alio. et adhuc stat potam distingui ab habitu, qa pota v.g.
intus et voluntatis e proprietas debita et nario connexa
et e primum esse in distorens ad varios actus diversae speciei
qd non coit habitui.
Loquendo autem de habitu supernali per se infuso a fortiori negandum
est e illud ans predicti arg; quo asserit habitum non concurrere
ad substantiam actus. quin potius est in mo loquendi a theologis
recepto dia solet habitum per se infusum non deservire solum ad
facilius posse sed ad simpliciter posse, nempe, qa sola pota sine
habitu per se infuso aut aliquo speciali auxilio gratuito supplente
vicem ipsius habitus non pot producere talem actum specificum
ordinis supernalis v.g. credendi sperandi et diligendi propor
tionate ad finem supernalem, atq id continet in doctrina
D. Thomae et aliorum quos retulimus supra in hoc casu post ca...
punctum & colligit y.o. probat qd fundamentis ibi adductis.
Specialiter vero hoc facit ... t.i. conciliorum milevi
tano cap. 5. et in Arausicano 2° cap. 9. item in Triden

sess. 6. de iustificatione canone 2. etc. dicitur: gratiam dei non dari solum ad hoc quod homo facilius possit iuste vivere et implere divina mandata et credere sperare ac diligere prout oportet quasi ipse homo difficulter aut in quo re sine auxilio gratiae possit haec efficere. quod dictum refertur tum ad omnia mandata etiam naturalia collective, tum ad singula mandata supernaturalia etiam divisive, nam homo in statu naturae lapsae per solas vires naturae sine aliquo auxilio gratuito non potest saltem morali potentia servare longo tempore omnia mandata naturalia collective ut explicuimus in materia de gratia disp. 2a. cap. 4. sect. 2a. neque etiam potentia physica ullum mandatum supernaturale divisive ut ex posuimus ibidem disp. 3. cap. 4. unde infertur talem substantiam specificam actus ordinis per se infusi non posse produci per solas vires naturae. atque hunc sensum denotat cum dicit habitum per se infusum dari ut nostra potentia simpliciter possit talem actum producere et non solum ut facilius possit.

Dubitari solet 1o. an per potentiam absolutam fieri possit ut nostra potentia sine habitu infuso spei aut alia qualitate per modum principii intrinseci superaddita elevetur speciali auxilio supernaturali ad producendum actum supernaturalem spei

Similis difficultas in alijs varijs materijs disputatur de alijs actibus supernaturalibus v.g. fidei charitatis visionis beatae etc. quare remissa disputatione latiori ad alia loca nunc solum breviter attingendum est quod ad praesens institutum deservit.

Sententiam negantem tenent aliqui ex quibus Vasquez 1. 2. q. 23. a. 2. dub. 2. ubi specialiter de actu charitatis. fundamentum autem, quod in quiunt de ratione actus vitalis est ut producatur a principio intrinseco vitali proportionato. et cum nostra potentia ex se non sit principium vitale proportionatum ad actum vitalem supernaturalem fieri non potest ut ad illum producendum elevetur nisi illi infundatur habitus aut alia supernaturalis qualitas per modum principii intrinseci vitalis

proportionati ad talem actum.

Pro secunda sententia affirmans, quam amplectuntur Aragon 1a 2ae q. 23. ar. 2. dub. 1o § his suppositis, Val. 1a pte. to. 1o. disp. 46. cap. 2. vbi peculiarit. de visione beata, et ibi refert alios quos etiam adducunt et sequuntur Suarez et Salas loco infra citando.

Probatur hoc vnico fundamento. Deus potest supplere quamcunque efficientiam, vt ostenditur tum ex Theologicis, tum etiam ratione, quia deus emi nenter continet quamlibet virtutem cuiuscunque efficientis, ac producit quemlibet illius effectum, et haec ratione con uincit illum in alijs effectibus posse supplere efficientiam virtu tis creatae. Ergo etiam in praesenti cum aliunde non afferatur specialis ratio repugnandi vrgens, cui aperte satisfieri nequeat, dicendum illum posse supplere virtutem habitus infusi; aut cuius uis alterius qualitatis superadditae quae deberet efficienter concurrere ad actum. non. n. pertinet ad ipsum actum in genere entis specialis, quia non est aliquid speciale in illo influxu praeter solum principium efficientium, simul cum natura potentia in fluens in actum vt constat attendendo naturam rei de qua agitur. hoc amplius ostendi potest ex his quae simi mili diximus in materia de Charitate disp. 3. cap. 4. sect. 2a et in materia de beatitudine disp. 2a. cap. 3. diffic. 1a post medium § praeterea in aliis. et vbi etiam alij quos referunt Suarez et Salas ibi citati.

Ad fundamentum autem oppositae sententiae respondeo explicando ans. si sermo sit de actu vitali naturali verum quidem est illum ex sua ratione speciali or dine petere vt producatur a principio intrinseco vitali speciali proportio nato, siquidem actus vitalis naturalis ex natura rei praesupponit in agente vitali principium intrinsecum vitale sufficiens in ordine vitali naturali; supernaturalis tamen non ostendit repugnare ipsam entitatem actus vitalis quae est qualitas vitalis posse produci a solo deo sine concursu principij vitalis creati vt probatum est in materia de beatitudine disp. 1a. cap. 5. diffic. 2a

si vero sermo sit de actu vitali supernali negandum illum ex sua ratione petere, ut procreatur a principio intrinseco vitali speciali et proportionato, quin potius eo ipso quod actus sit [illegible] supernalis substantiam supernalis ex sua propria ratione petit esse supra facultatem neque ac proinde in parte supponit in agente vitali creato principium intrinsecum speciale et proportionatum quod potentiam obedientialem quae ad producendum actum vitalem supernalem potest elevari adeo aut per aliquem habitum supernalem infusum, aut per speciale auxilium supernale supplens vicem habitus. unde nostra potentia vitalis quantum est ex sua parte respectu actus supernalis se habet ut ea instrumentalis ut explicuimus in nostra de beatitudine disp. 1a cap. 8. sectione 1a. post 2m obicitur § dubitari autem solet et disp. 2a cap. 8. sectione 1a. § eiusdem auctoris visionis, et in nostra de charitate disp. 3. cap. 4. sect. 2a

2° dubitari solet an habitus per se infusus spei per actus supernalis sperandi producatur et augeatur efficienter physice; an vero solum moraliter dispositive et meritorie.

hanc et in simili de habitu per se infuso charitatis exposuimus in nostra de charitate disp. 3. cap. 2° 4a doctrinam auctoris ibi traditam nunc breviter in hac re dicendum habitum per se infusum spei per actus supernalis sperandi non produci neque augeri efficienter physice sed moraliter dispositive ac meritorie. ita communis sententia authorum quos ibi retulimus.

colligitur ex ea diffinitione, quae specialiter pro virtute ordinis infusi proponitur a divo thoma 1a 2ae q. 55. a. 4. initio in 1° argumento in hunc modum: virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. quam diffinitionem divus thomas ibi in corpore [illegible] dicit colligi ex doctrina divi augustini in corpore art. paulo ante finem asserit. illam esse diffinitionem virtutis infusae. et ad 6 ait. virtus infusa causatur in nobis a deo sine nobis agentibus

n. ttm sine nobis consentientibus, nempe in adultis est q. prius consentiens illa autem verba sine nobis agentibus denotant habitum virtutis infusae efficienter physicum in sua productione, tum etiam in augmento fieri a Deo non a nobis. et ipse D. Th. 1. sentent. d. 17. q. 2. a. 3. corpore dicit: nostros actus Charitatis ordinari ad habitum Charitatis per modum dispositionis et meriti. et subdit: non ordinantur ad habendam vel augendam Charitatem per modum efficientis sicut actus naturales ordinantur ad habitus acquisitos.
ratio congrua est, quia habitus per se infusi cum non praesupponant in subiecto potentiam aliquam proportionatam ad actus supernaturales habent se quasi potentia quoad hoc quod sicut potentia in ordine naturali non praesupponunt sufficientem sui effectivum actuum, quo dant ad simpliciter posse, ita similiter habitus per se infusi in ordine supernaturali ac similiter de talibus habitibus ad differentiam habituum naturalium dicunt deservire non ad facilius posse, sed ad simpliciter posse, ut ex communi doctrina diximus supra in hoc casu disputatione 3a § Loquendo autem ergo, quod etiam ex testimoniis Conciliorum colligi exposuimus ibidem § specialiter ergo, in ea autem convenientia infert, quod sicut potentia in ordine naturali non solent fieri neque augeri efficienter ab actibus naturalibus, ita similiter in ordine supernaturali habitus per se infusi non solent fieri neque augeri efficienter physice ab actibus supernaturalibus.
ad finem tamen supernaturalem huiusmodi exspedit habitus per se infusos in adultis suppositis actibus moraliter dispositivis ac meritoriis (sive de congruo sive de condigno, ut fuerint requisita) se habentibus produci et augeri per physicam efficientiam a Deo ut auctore supernaturali: et sic D. Th. 1. sentent. d. 17. q. 2. a. 3. corpore dicit: nostros actus Charitatis ad habendum et augendum habitum Charitatis ordinari per modum dispositionis et meriti non vero per modum efficientis. idemque exponunt communiter authores 2. 2. q. 24. a. 2. ubi Aragon dub. 2. et Vasquez a. 6. dub. 1. et alii. atque hoc explicuimus in materia de Charitate disputatione 3.

objicies: actus supernalis v.g. sperandi non est minus proportionatus ad habitum supernalem quam actus nalis ad habitum nalem, [struck] actus nalis habet vim ad producendum et augendum efficienter phisice habitum nalem, ergo similiter actus supernalis ad habitum supernalem. siquidem in hoc est similis ratio et proportio

Respondeo explicando maiorem si sensus sit illum non esse minus proportionatum in esse entis seu entitative antecedens, si vero sensus sit illum non esse minus proportionatum in ordine productivi seu negandum est, dat. non ratio discriminis quod habitus supernalis superius habet per modum potentiae, quoad hoc quod non dat ad facilius posse sed ad simpliciter posse. ac proinde actus supernalis ex natura rei non habet respectu illius proportionem in ordine productivi sicut neque actus nalis respectu supernalis ut exposuimus supra. multa autem sunt etiam in aliis rerum generibus quae licet in esse entis non sint inter se minus proportionata quam alia non tamen habent proportionem in ordine productivi v.g. una materia non est entis non est minus proportionata alteri materiae quam una forma ignis alteri formae ignis. item una anima rationalis respectu alterius, et unus Angelus respectu alterius etc. et tamen in ordine productivi una materia non est proportionata alteri materiae, neque una anima rationalis aut unus Angelus respectu alterius animae rationalis aut Angeli; et hoc etiam modo propter specialem rationem praedictam actus supernalis non est in ordine productivi proportionatus ut phisice efficienter producat habitum ordinis supernaturalis quamvis ad eius perfectam obedientiam possit elevari.

non nulli asserunt per actus supernales spei fidei et charitatis produci phisice efficienter quosdam habitus nales seu acquisitos spei fidei et charitatis nalis. Sed hoc reijciunt Arag 2a. 2ae q. 24 a. 2. dub. 1. § hoc Tamen et alij ibi. quibus contrariatur est doctrina D. Thom. 1a. 2ae q. 51. a. 4. ad 3um ubi sic ait: actus qui producunt ex habitu infuso non causant aliquem habitum.

Sane nullo solido fundamento gravis authoritatis aut

rois p[ro]bari, videt[ur] actus supernalis ordinis posse substituere
vim con[natura]lem p[ro]ducendi h[abi]tus n[atura]lis q[uo]d est alterius
ordinis essentialis; Et cum h[abi]tus sit habitualis conservatio
eius dem [ra]tionis tendentiæ specificæ, qua actus tendit in obiectum
videt[ur] consentaneum rationi non esse diversa ab actibus dissi
milis tendentiæ, qua p[ro]pt[er] via solet h[abi]tum inclinare nisi
in actus similes ijs a quibus p[ro]ducit[ur]

4. Difficultas est co q[uo]d nullum obiectum et formale
sit attingibile per actum et h[abi]tum supernalem spe
randi credendi et diligendi, q[uo]d non sit etiam attingi
bile per actum et h[abi]tum n[atura]lem. Ubi quo facto
dat[ur] spes fides et Charitas naturalis.

Ex hac diffi[cultate] p[ro]ponit[ur] huius arg[umentum]: nullum obiectum et formale attin
gibile per actum et h[abi]tum supernalem sperandi credendi et
diligendi q[uo]d non sit etiam attingibile per actum et h[abi]tum n[atura]lem,
ergo actus et h[abi]tus supernalis spei fidei et Charitatis non distinguuntur
in sua substantia diversitate spei ab actu et h[abi]tu n[atura]li. conseq[uentia]
p[ro]bat[ur]: q[ui]a distinctio specifica actuum et habituum attenditur ex di
versitate obiecti formalis ut dicit[ur] co[mmun]i axiomate. ergo si nullum
obiectum et formale est attingibile per tales actus et h[abi]tus super
n[atura]lis, ergo etiam non sit attingibile per actus et h[abi]tus n[atura]lis. Sequit[ur]
inde illos non distingui specie ab ipsis. an[teceden]s autem ita p[ro]bat[ur]: q[ui]a
circa q[uo]dcumq[ue] obiectum formale et finale q[uo]d fuerit p[ro]positum pot[est] facultas
n[ost]ri intellectus et voluntatis versari aliquo actu n[atura]li siquidem est
pot[enti]a utilis intra cuius ambitum continet[ur] tota latitudo entis.

Resp[ondetur] distinguendo an[tecedens]: si sermo sit de obiecto formali ut aiunt
tanquam q[uo]d aut tanquam quo hoc est de ratione formali obiectiva que
per actum attingit[ur] sic omittendum est an[tecedens]: cæterum loquendo
de obiecto formali sub quo hoc est per ut est attingibili sub ratione seu ca[usa] determinante
specificum modum tendendi actus, sic semper actus n[atura]lis h[abe]t
obiectum formale sub quo diversum ab eo q[uo]d h[abe]t actus supernalis
ordinis per te suppositi; q[ui]a a[n]i[m]us co[mmun]e professio in obiecto formali vocant
tanquam q[uo]d et ut tanquam quo nempe semper actus

naturalis sive habeat pro obiecto aliquod naturale sive supernaturale versatur circa illud prout est attingibile cum principio seu circa determinatis specificum modum tendendi naturalem; at vero actus in substantiam supernaturalis semper sive pro obiecto attingat aliquod supernaturale sive naturale versatur circa illud prout est attingibile cum principio seu circa determinatis specificum modum tendendi in se supernaturalem ac proinde semper actus naturalis distinguitur specie ab actu in substantiam supernaturali ex diverso obiecto formali sub quo etiam si contingere possit respectu utriusque actus idem esse obiectum formale quod et quo, ita ut nulla ratio formalis obiectiva attingatur ab uno actu quae non attingatur etiam ab alio cum diverso tamen modo specifico tendendi talibus actibus essentiali.

quare ad id quod in argumento proposito in probatione dicitur distinctionem specificam actuum et habituum attendi ex diversitate obiecti formalis. Respondetur id intelligi de diversitate obiecti formalis sub quo hoc est prout est attingibile sub principio seu causa determinante diversum modum specificum tendendi in actum. haec autem diversitas stare potest etiam si ratio formalis obiectiva quae attingitur eadem sit ita ut nihil ex parte obiecti attingatur ab ullo actu quod non attingatur etiam ab alio cum diverso specifico modo tendendi ut dictum est in praecedenti solutione. quod melius explicuimus in materia de incarnatione disp 24 cap 2. diff. 4. et in materia de beatitudine disp 2.ª cap 4 diff. 5.ª § ulterius ita.

inde colligitur hoc quod est actum esse in se naturalem aut supernaturalem non debere attendi ex eo quod obiectum formale quod aut quo sit naturale aut supernaturale hoc est ex eo solum quod ratio formalis quae ex parte obiecti attingitur sit naturalis aut supernaturalis; siquidem ratio obiectiva supernaturalis potest attingi actu supernaturali ex causa seu principio naturali determinante potentiam ad quendam actum naturalem quo imperfecte et imperfecto proportionate attingat ipsa ratio formalis obiectiva supernaturalis; ac etiam ratio obiectiva supernaturalis potest attingi actu supernaturali ex causa supernaturali determinante potentiam ad actum per quem modo superiori et supernaturali attingat

ipsa

4. ipsaratio obiiua nalis.

Ex dictis soluenda ē obit illa Q. quę ab aliquibus hic disputari solet an dari possit spes fides et Charitas nalis seu ordinis acquisiti, qua nalit attingat etiam diuinum obum super nale.

Resp. affirmatiue, ita qd poa nri intellectus et voluntatis si illi proponatur obum etiam supernale fidei spei et Charitatis potest aliquo actu nali et improportionato illud attingere cum sit poa vllis ad omnia contenta sub latitudine entis seu intelligibilis et appetibilis, quare qd homo possit mysterijs supernalibus fidei sibi propositis assentiri per vires nales aliquo actu imperfecto nali et improportionato colligit ex D. th. vo. Q. 5. a. 3. corpore et ad 1m. ēquę docent plerique ibi et pluribus locis quos retulimus in nrâ de grâ disp. 1. cap. 3. sect. 2. vbi et explicuimus.

præterea. qd nra voluntas si illi proponatur diuina bonitas etiam ordinis supernalis possit per vires nales illam amare quadam dilectione nali imperfecta et improportionata ex doct. plurium grauium auctorum ostendimus in eadem nrâ de grâ disp. 2. cap. 2. et in nrâ de Charitate disp. 2. cap. 3. vnde infert similiter suo modo dicendum eē de spe nali.

hoc autem de re quamuis alio loquendi modo continetur in doctrina eorum qui dicunt præcepta etiam supernalia fidei spei et Charitatis posse ab homine per sua nalia impleri quoad substiam operis, non tamen prout implentur per fidem spem et Charitatem ordinis per se infusi; quo loquendi modo vtuntur Caiet. et alij supra relati in hoc cap. difficultate 2a. nempe vt ibi expositum ē contendunt cū ipsa obta quę per fidem spem et Charitatem ordinis per se infusi attinguntur actu supernali et proportionato posse per vires nales attingere aliquos actus nales et improportionatos ac proinde diuersæ et inferioris speciei.

Caput 6. an Virtus Spei ordine ori ginis et dignitatis seu grationis et perfectionis

sit prior vel posterior fide et Charitate.
Ubi quinam actus fidei praerequiratur ad
actum Spei

suppositum est facta comparatione inter virtutes theologicas fidei
spei et Charitatis disputari quisnam sit inter illas ordo prioris et pos
terioris. duplex autem distinguitur ordo, unus dicitur ordo generationis,
seu originis vel executionis: alter ordo perfectionis seu dignitatis.
circa modum vero exponendi hunc utrumque ordinem est difficultas, prae
sertim in doctrina D. thomae qui 1a 2ae q. 62. a. 4. corpore sic ait:
duplex est ordo s. generationis et perfectionis, ordine genera
tionis materia est prior forma et imperfectum est prius perfecto. et 1a 2ae
q. 17. a. 8. corpore initio duplex, inquit, est ordo unus quidem
secundum viam generationis et est secundum quem imperfectum prius est
perfecto; alius autem est ordo perfectionis et est secundum quem
perfectum naturaliter est prius imperfecto. huic etiam doctrinae
consonat commune axioma quod dici solet id est quod est generatione
prius esse perfectione posterius seu imperfectius.

circa hoc inquam est difficultas quia anima et quaecumque forma substantialis
est generatione prior proprietatibus eam consequentibus, et tamen
non est perfectione posterior seu imperfectior ut patet. item
visio beata est generatione prior amore et delectatione eam
commitante, et tamen non est perfectione posterior seu imper
fectior sed potius perfectior, et in illa consistit essentia beati
tudinis formalis, ut explicuimus in materia de beatitudine disp.
1a cap. 9. ergo falsum est id quod in praedicta doctrina asserit
prius generatione esse imperfectius.

ad hoc ferrara lib. 3. contra gent. cap. 26. § ne existimes respon
det illud axioma ita intelligi ut hunc prius generatione sit imper
fectius quando est tantum prius generatione, caeterum, inquit, quod aliquid
non est tantum generatione, sed etiam causalitate efficiente aut finali
prius hunc est perfectius; et subdit sic est de visione quae
est prior generatione et causalitate quam delectatio, et anima
dicitur suis propriis prior, et subiectum suis propriis passionibus.

eodem etiam mo praedictum axioma exponunt Ara
gon 1.2 q. 12. a. 6 ad finem et alij. —
Sane in coi loqdo hoc qd est cu gra prius alio abstrahit ab
eo qd sit imperfectius aut perfectius et ideo aliqui in sensu
illi negant illud dictum. Ideo attendendo sensum illum
in rigore logico seu metaphisico illud sit negandum tn ppt
grauem auctoritatem D. thę et aliorum vsurpantium illud
dictum in aliquo sensu vero sub intellecta aliqua limitatione
adhiberi pot explicatio ita vt illud locum habeat qdo aliqd
est prius per mum mę seu dispositionis ad fam aut per
mum medij ad finem pręcipuum; atq hic sensus indicari vi
detur in eo qd D. th vbi sup.a eam prioritatem zm ordinem gnis
appellat prioritatem quasi mę ad fam, et imperfecti ad per
fectum at vero prioritatem zm ordinem perfectionis vocat
prioritatem fię et perfecti ad imperfectum. ad hunc etiā sensum
intelligitur id qd dici solet nam ordine gnis et exequutionis
procedere ab imperfectioribus ad perfectiora. ordine vero
intentionis id qd est prius in intentione eē pr dignius quan
vis in exequutione sit posterius: quo pacto finis dici solet eē
primum in intentione et vltimum in exequutione.
qd ad rem attinet prius zm gnem .l. exequutionem siue sit
imperfectius siue perfectius dicitur illud qd in exequutione prę
supponitur quasi id a quo pendet exequutio alterius; si au
tem inter vtrumq extremum fuerit in exequutione mu
tua dependentia erit inter illa etiā zm gnem mutua
prioritas vt aiunt a quo, quę stare pot cum simultate
quam vocant in quo: si vero vnum duntaxat extremum
fuerit in exequutione pendens ab alio et n e contra, tunc
id qd est in exequutione independens ab alio dependenti
ab ipso erit absolute prius prioritate a quo et in quorum
ordinem qd qd sit de prioritate temporis seu durationis

nempe etiam si in eodem instanti vel numquam producatur: quod plenius explicuimus suo loco in disput. de ratione prioritatis et posterioritatis a quo et in quo. Prius autem ordine perfectionis et dignitatis est illud quod in se est perfectius et dignius alio sive sit etiam genere prius sive non. in

in praesenti igitur ordo tum generis seu originis et executionis tum etiam perfectionis et dignitatis inter virtutes theologicas fidei spei et charitatis explicandus est, pro quo subijciendas conclusiones.

1.a sint virtutes theologicas ratione suorum actuum ordine generis seu originis et executionis 1.a est fides 2.a spes 3.a charitas. ita communis cum D. Th. 1.2. q. 62. a. 4. et 2.2. q. 17. a. 7. et 8. ubi Vasquez Aragon et alij notandum autem est hanc conclusionem caute a nobis expositam addita limitatione de his virtutibus ratione suorum actuum ut signat D. Th. in praecitata q. 62. a. 4. corpore initio ubi sic: ordine generationis fides praecedit spem et spes charitatem secundum actus. nam habitus simul infunduntur. quod dictum D. Th. exponit expressa dicendis praesertim difficultate 1.a.

Probatur 1.o ex locis scripturae quibus inter has virtutes signatur praedictus ordo originis nempe 1.a ad Corint. 13. num. etiam 13. nunc autem manent fides spes charitas. quae verba numerantia has virtutes tali ordine ut primum locum tribuant fidei 2.m spei 3. charitati apte admitti hunc sensum de tali ordine originis inter illas ratione suorum actuum, nam hic sensus est consentaneus ipsis verbis et contextui et praecipue et alijs locis scripturae et communi expositione Patrum et scholasticorum.

praeterea ad hebreos 11 num. 1.o fides dicit sperandarum substantia rerum ubi per substantiam convenienter intelligit fundum quod substat spei et denotat actum fidei praesuppositum veluti fundum substans actui sperandi, et in Tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 8. paulo post initium: fides dicit humanae salutis initium et fundamentum.

item ad Rom. 10 num. 14. quomodo hi invocabunt in quem

di crediderunt: quibus verbis indicat ad nos eandem
deum per orationem quae dici solet spei interpres et nuntia
sive explicans id quod impetrare speramus praerequiri fidem
in deum. Unde D. Aug. to. 3. in enchiridio cap. 8. initio quod
inquit sperari potest quod non creditur.
2o probatur ratione, quia ut voluntas eliciat actum supernaturalem spei
theologicae praerequirit ex parte intellectus aliquod iudicium super
naturale quod modo supernaturali et proportionato proponat bonum super
naturaliter sperandum quod tale iudicium pertinet ad fidem
nam per hanc in ista vita proponuntur nobis supernaturaliter
bona speranda. et idcirco fides dicitur sperandarum rerum
substantia hoc est fundamentum ut dictum est in 1a probatione.
Ergo fides ratione sui actus est ordine generationis seu originis prior quam
spes. quod est dicere aliquem actum fidei esse saltem natura priorem
actu spei. quod autem spes ratione sui actus sit 2a in ordine generationis
prior charitate ita explicatur et probatur: actus spei solet
saltem ut plurimum per modum dispositionis praecedere actum
charitatis, nam naturae imperfectioni consentaneum est modus
procedendi ab imperfectioribus et facilioribus quibus
disponimus ad perfectiora et difficiliora affectus autem
spei cum respiciat deum ut bonum nostrum nobis amabile amore
concupiscentiae est imperfectior et facilior quam affectus charita
tis quo amatur deus propter se amore amicitiae ac proinde actus spei
saltem ut plurimum per modum dispositionis est generatione prior
quam actus charitatis et sic intelligitur id quod D. Th. hic q. 17. a.
8. corpore dicit: hominem ex imperfecto amore spei introduci
ad perfectum amorem charitatis. ex parte igitur propter hunc or
dinem qui saltem ut plurimum intervenire solet dicitur spem
ratione sui actus esse via generationis seu originis priorem charitate
quod dictum communiter a theologis receptum, intelligitur ita ut locum
habeat de, ut plurimum, quo etiam modo intelligitur ordo ae
num qui in iustificatione adultorum describit intradin

pte. 6. daviss lib. cap. 6. Ubi prius ponit actus fidei: deinde spei, postmodum dilectionis dei.

Superest dicendum de ordine perfectionis et dignitatis inter praedictas virtutes fidei spei et Charitatis. de quo apud auctores est dissensio respectu fidei et spei; nam de Charitate quod sit nobilior et dignior saltem in gratiae moris certum est in omni sententia ut et patebit infra conclusione 2a.

1a sententia absolute asserit fidem esse digniorem spe, ita Vasquez 1a 2ae disp. 4. a. 1. dub. 1. n. 2a ubi sic ait: excepta charitate fides est dignissima ac per consequens 1a dignitate inter alias virtutes. Medina 1a 2ae q. 62. a. 4. post medium. Videtur mihi quod non sit probabile quod fides est perfectior spe.

2a sententia est absolute affirmat spem esse digniorem fide. ita Valencia 1a 2ae disp. 2. q. 1. puncto 2. § quod autem, ubi ait spem tum ordine originis, tum ordine dignitatis esse mediam inter fidem et Charitatem. et § ordine autem asserit in eo quod 1a ad Corinth. 13. n. 13. spes numeratur media inter fidem et Charitatem insinuari illam esse mediam non solum origine sed etiam dignitate. idem etiam tenent alii recentiores.

2a conclusio theologicarum virtutum fidei spei et Charitatis ordine perfectionis et dignitatis 1a est nobilissima est Charitas 2a spes, quae licet sit inferior Charitate est tamen saltem moraliter nobilior fide. colligitur ex D. Thoma 1a 2ae q. 62. a. 4. corpore et 2a 2ae q. 17. a. 8. corpore quatenus circa ordinem harum virtutum distinguens ordinem generationis et perfectionis supponit id quod est ordine generationis prius esse imperfectius et subdit ordine generationis fidem esse priorem spe, spem vero Charitate. unde attento eo quod supponit prius generatione esse imperfectius colligitur fidem esse imperfectiorem spe et Charitate ac proinde ipsam spem esse perfectiorem fide minus tamen perfectam quam sit Charitas quae est ordine generationis ultima ordine vero perfectionis 1a et nobilissima. probatur asser

diusem disputatis &c. 5. de virtutibus cardinalibus art. cor
pore paulo post medium sic ait: virtutes theologicæ
quarum obiectum deus sunt aliis potiores inter quas in
Charitas est maior quia propinquius deo coniungit, et spes
est maior quam fides quia aliqualiter mouet affectum in
deum.
explicat Abbat. inprimis quod ordine perfectionis et dignitatis
saltem moraliter seu in genere moris charitas sit nobilior
fide et spe certum est ex illo 1a ad Corin. 13. nº 13 maior
autem horum est Charitas quæ verba denotant in ali
quo sensu Charitatem esse maiorem fide et spe. Porro quo
niam aliquid dici potest maius alio aut moraliter seu in genere moris
aut phisice seu, ut aiunt, in genere rei l. naturæ l. in ratione entis, quamuis
certum charitatem esse saltem moraliter seu in genere moris ma
iorem fide et spe hoc est iuxta prudentem regulam moralis æsti
mationis esse præferendam, non tamen certum est illam esse maiorem
phisice seu in genere rei l. naturæ aut in ratione entis; quin potius eam esse
phisice imperfectiorem fide docent aliqui ex quibus est Vasq. 1a
2æ tº 1. disp. 11. cap. 2. ad 3. ubi præmissa distinctione de præstan
tia in genere rei et in genere moris asserit quamlibet operationem
intellectus ac proinde etiam actum fidei esse in genere rei præstantiorem
quacumque operatione voluntatis et consequenter etiam actu cha
ritatis, licet in genere moris præstantior sit operatio voluntatis
ergo ex voluntate tanquam ex primo fonte oriatur totum
genus moris quod est fundamentum meriti et hac in quit ratione
Paulus comparauit Charitatem cum fide.
quare caute in materia de Charitate disp. 1. cap. 3. expositionis
id quod plerique auctores absolute asserunt aut supponunt certum
esse quod Charitas sit excellentior fide et spe debere intelligi de ex
cellentia in genere moris, ita ut quoad hunc sensum moralem in
omni sententia dicendum sit id certum esse; quamuis in sensu
phisico seu in genere rei non sit certum quod Charitas sit perfectior
fide, sententia tamen asserens illam esse etiam phisice perfectiorem

ꝯ probabilis sequenda ut ibidem explicavimus eamque inter alios recentiores tenent Petrus de Lorca in 1a 2ae m. 44 de virtutibus disp. 24 § Sed verius existimo.

Quod vero facta comparatione inter spem et fidem spes sit saltem moraliter seu in genere moris nobilior fide probatur 1o ex D. Th. loco supra citato in ad 2um in illa q. 1. de virtutibus cardinalibus a. 3 corpore ubi dicit spem esse maiorem fide, quod dictum intelligitur saltem de prestantia in genere moris.

2o probatur quia spes attingit deum sub ratione summi boni ultimi finis et proximius nos disponit et excitat ad amandum illum per charitatem. nam ut ait D. Th. 1a 2ae q. 17. a. 8. corpore: spes introducit ad charitatem in quantum aliquis sperans remunerari adeo accendit ad amandum deum et servandum precepta eius. Sed hoc sufficit ut spes in genere moris preferatur fidei. Utrum an vero sit etiam phisice in genere rei perfectior non constat pro illa parte aut affirmante aut negante quicquam ex gravi auctoritate aut ratione urgenti praeponderans.

Difficultates et obiectiones circa dicta.

1a difficultas ex authoritate D. Th. quo pacto habitus fidei spei et charitatis infundantur simul et sint inter se connexi aut separabiles.

Dicit 1o D. Th. 1a 2ae q. 62. a. 4. corpore sic ait: fides precedit spem et spes charitatem in actibus, nam habitus simul infunduntur. Quod existimat inter habitum fidei spei et charitatis nullum esse ordinem prioris et posterioris, siquidem dicit illos simul infundi.

Rx hoc dictum D. Th. ita intelligi, quod habitus fidei spei et charitatis simul infunduntur tempore quantum est ex se nisi aliunde aliquid obstet ut exponunt Caiet. et alij in eo loco. item ipsi habitus posse ratione sui immediate inhaerent via gratias ordinem prioris et posterioris; cum quibus non stat quod ratione suorum actuum dicant habere eum ordinem, qui expositio D. Th. expositus supra ad 1a. unde inter alios Medina 1a 2ae q. 62. a. 4. § Sed

gerit ait: via gro[ati]nis n[on] e[st] ordo prioris et posterioris
immediate int[er] ess[entiali]s hitus, s[e]d r[ati]one actuum ad quos ordinant[ur].
p[ro] hoc aut[em] notandum e[st] q[uo]d q[uo]d D. Th. 3. sent. dist. 23. q. 2.
a. 3. corpore sic ait: quamvis virtutes infundantur simul
tempore, t[ame]n s[ecundu]m naturam illarum ordo pensandus ex acti
bus, sic et ordo potentiarum quae simul in a[n]i[m]a concreantur.
nempe sic intellectus r[ati]one sui actus praerequisiti ad actum
voluntatis dicit ordinem q[uo]d prior voluntate, ita suo m[od]o
~~fides~~ fides respectu spei et ch[arit]a[tis] ut expositum e[st].
q[uo]d vero attinet ad simultaneam infusionem virtu
tum supernalium, illarum q[ue] connexionem aut separa
bilitatem observandum e[st]; aliud e[ss]e loqui de his virtuti
bus habitualibus s[ecundu]m suum statum perfectum; aliud v[er]o
loqui de illis absolute s[ecundu]m suam entitatem absq[ue] statu
perfecto. cum igit[ur] graves auctores dicunt omnes vir
tutes sup[er]nales infundi simul et int[er] se connecti, hoc dic
tum ita intelligendum e[st] ut locum habeat q[uan]do tales vir
tutes infundunt[ur] et conservant[ur] s[ecundu]m suum statum perfe
ctum cum sua radice gr[ati]ae, cuius sunt proprietates: in hoc n.
sensu cum sint in suo statu perfecto dicunt[ur] here con
nexionem int[er] se et cum gr[ati]a.
ceterum loquendo de his virtutibus absolute s[ecundu]m suam enti
tatem, quamvis stante gr[ati]a et charitate stent [illegible] reli
quae virtutes supernales omnes, quae ex co[mmun]i lege ordinis sup[er]
nalis concedunt[ur], t[ame]n aliquae ex his virtutibus aliq[uan]do in
fundunt[ur] aut conservant[ur] sine gr[ati]a et charitate et absq[ue]
illa dicunt[ur] informes, ut exponemus sub. in hac diss[ertatione]
cas[u] 1.o v.g. si aliquis gentilis adultus audita praedicatio
ne fidei ex auxiliis su[pe]rnalibus sibi oblatis eliciat actum
fidei et spei su[pe]rnalis prius tempore quam habeat alias
dispo[siti]o[n]es sufficientes ad gr[ati]am et charitatem infundit[ur] illi habitus
fidei et spei absq[ue] gr[ati]a et charitate ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

4. a. 7. ubi specialiter Aragon dub. ultimo, et 3. idque explicavimus prima de gratia disp. 12. cap. 9. § 3. dicendum. Unde etiam colligitur quod si aliquis adultus gentilis ad fidem accedens haberet sufficientem dispositionem ad habitum fidei per actum credendi prius tempore quam per actum sperandi sit sufficienter dispositus ad habitum spei, tunc illi infunderetur habitus fidei sine habitu spei ut exponunt docti recentiores.

Hinc constat non esse necessariam connexionem inter fidem spem et charitatem talem ut nunquam detur fides sine spe aut utraque sine charitate et gratia. Caeterum quotiescumque infunditur gratia in subiecto non prius habente habitualem fidem neque spem tunc simul cum gratia infunditur habitualis fides spes et charitas ut in parvulis per baptismum. Item etiam in adultis non baptizatis si contingat hos in eodem instanti in quo habent sufficientem dispositionem ad habitum fidei esse etiam sufficienter dispositos ad habitum spei et charitatis tunc haec omnia simul infunduntur, secus vero quando contingit illos habere dispositionem sufficientem ad infusionem habitus fidei et spei prius tempore quam illam habeant ad infusionem habitus charitatis et gratiae ut dictum est. Contra dices in concilio Tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 7. post medium asserit in ista iustificatione cum remissione peccatorum simul infundi fidem spem et charitatem etc.

Respondeo ita intelligi quod haec omnia simul cum gratia infunduntur quantum est ex parte gratiae, quando aliunde non praesupponitur aliquod horum prius infusum ut exponunt Aragon ubi supra et alii. Potest autem contingere ut prius tempore infundatur adultis habitualis fides et spes si prius tempore ad illas sint dispositi ut dictum est in proposito exemplo de adulto gentili quod est prius dispositus ad fidem quam ad charitatem. Item in adulto fideli quod post lapsum in peccato mortali per perfectam penitentiam iustificatur non infunditur tunc absolute habitus fidei

et spei, qª iam illam prehabebat, n. n. amittit fides et
spes per qdcumq̃ peccatum mortale per qd amittit grã
et Charitas ut diffinit in predicta sessione. 6. Concilij Tri
dentini Canone 28 qd plenius explicuimus partim in
mã de Charitate disp. 1. cap. 2. partim vero in mã de
peccatis disp. 5. cap. 4.

2a disp. cap. qd actus fidei n̄ sit nario pre
requisitus ad actum spei, ubi quia roe prere
quirat iudicium de bono futuro saltem sub
conditione

ex hac diffe sic arguit. actus fidei infusæ n̄ ē nario prerequi
situs ad actum spei infusæ, ergo fides infusa roe seu actus n̄
ē gra sive origine prior quam spes infusa. ans pbat qª
ad actum spei prerequirit ex pte intellectus iudicium de
bono futuro saltem 2m existimationem n. n̄ sperat
nisi bonum qd existimat futurum. unde spes dicit ex
spectatio boni futuri ut dictum ē supª in hac disp. cap.
1º. § 2a acceptio. sed iudicium quo aliquis credit, seu exsti
mat futurum ut sibi proveniat bonum bonum beatitu
dinis æternæ n̄ ē actus fidei infusæ a.
minor pbat qª quilibet actus fidei infusæ ē certus ppt au
toritatem dei ut constat, sed hõ in hac via 7 coem legem
n̄ ē certus certitudine fidei divinæ qd sibi perventurum
sit bonum futurum beatitudinis æternæ, nam id pen
det ex libera cooperõe suæ voluntatis fragilis de qua
pot formidare et timere. unde in Tridentino sessione
6. de iustificõe cap. 9. ad finem dicit: quamvis nemo
de dei misericordia, de xsti merito, de sacramentorum vir
tute et efficatia dubitare debeat, tñ quilibet dum se
ipsum suamq̃ ppriam infirmitatem respicit, de sua grã
formidare et timere pot cum nullus scire valeat certi

tiki divinae fidei cui n̄ pot subesse falsum sic gratiam dei ac consequentur. Et ego.

R. nego ans., nam ut voluntas eliciat actum supernalem spei praerequiritur ex parte intellectus aliquod iudicium supernale, quod modo supernali proportionat illi bonum supernaliter sperandum; tale autem iudicium pertinet ad fidem infusam ut probatum est supra cc. 1.a, atque fundamentis ibi propositis contra communem sententiam reijciendum est id quod Almainus lib. 2. moralium cap. 2. et in 3. sententiarum d. 26. q. unica, et alij asserunt, scilicet signanter ad actum spei infusae n̄ praerequiri actum fidei infusae sed sufficere actum fidei humanae.

notandum autem est cum aliud sit absolute dicere ad actum spei infusae praerequiri aliquem actum fidei infusae; aliud vero dicere talem actum fidei praerequiri quotiescumque elicitur actus spei: 1.um contra communem doctrinam cc. 1.a propositam debet concedi, quamvis hoc 2.um n̄ sit necessarium concedere contra sententiam multorum, qui dicere possunt postquam aliquis habuit aliquando actum fidei infusae n̄ necessario requiri ut postea quotiescumque vult ex habitu spei fidei infusae elicere actum habeat iterum actum fidei, sed satis esse si recordetur se aliquando credidisse, idque solet exponi exemplo, quo mali in logica asserunt postquam aliquis habuit aliquando assensum praemissarum ex quo intulit conclusionem permanente habitu eius n̄ esse necessarium ut postea quotiescumque per illum vult elicere conclusionem habeat iterum assensum praemissarum sed satis esse si recordetur se aliquando habuisse illarum assensum. pro hoc est quodam modo facit id quod in materia de gratia disp. 10. cap. 4. cc. 2. ex multis auctoribus ibi relatis exposuimus quemlibet fidelem postquam aliquando habuit praeviam gratiam actualem excitantem per internas illustrationes et inspirationes n̄ necessario ad elicien-

d os singulos actus supernaturales proportionatos habitus
sibi infusis in eligere alia simili grã actuali excitante
pro quo videri pot Belar to. 3. in priori editione, in pos-
teriori vero t°. 4. controversia 3. grãli lib. 3. de grã
et libero arbitrio cap. 11. Sentia. 11.
ad illud vero qd ua pbatur antis in difficultate pposita
dicitur ad actum spei prerequiri exste intellectus iudicium
de bono futuro saltem in existimationem. R. ad expo-
nendo, si sensus sit requiri tale iudicium de bono futuro
absolute nulla sub intellecta conditione sic negandum
e, nam ad actum spei sufficit iudicium previum de bono
futuro sub conditione si hõ suppositis auxiliis sibi oblatis
faciat id qd debet, quamvis igitur ex ea lege n sit certus
certitudine fidei diuinae iudicio absoluto se consequutu-
rum ee beatitudinem, tn certus e iudicio conditionato
qd si cum auxiliis grã sibi oblatis faciat id qd debet con-
sequetur beatitudinem. atqz hoc iudicium fidei infusae
sufficit ad actum spei infusae. unde in trid. sessione 6.
de iustificatione canone 26. apposita simili conditione
dicitur iustos debere sperare aeternam retributionem a deo
per eius misericordiam et ipsius meritum si bene a-
gendo, et divina mandata custodiendo usque in finem
perseveraverint. hoc autem exponetur infra suo loco in
q. propria de mo quo spes requirit certitudinem aut
absolutam aut conditionatam. interim notandum e
cum predicto iudicio certo de futuro bono sub conditione, si
hõ faciat id qd debet ut possit sperare requiri etiam ut n sit
certus sibi defuturam ee talem conditionem cuius defectu
certo cognito certus etiam sit illud bonum quamvis sit absolute
possibile tn ex suppõe defectus conditionis n ee consequendum
unde impeditur animus ne possit erigi in spem talis boni

qd certo sciat non esse futurum ut ex infra dicendis suis locis osten detur.

q.a difficultas qd spes non sit ordine generationis prior sed posterior charitate.

ex hac difficultate est 1m arg ex authoritate D. Ambrosij lib 6. in lucam in titulo de virtute fidei per comparatam ad granum synapis circa illud Lucae 6. no. 6. si habueritis fidem sicut granum synapis, fere ad medium ubi sic ait: ex fide charitas ex charitate spes. quibus verbis signat spem oriri ex charitate, ac proinde esse posteriorem illa: qd est contra id qd in 1a esse dictum est spem esse generatione priorem charitate.
ad hoc D. th. hic q. 17. a. 8. corp.o ad finem ita respondet: adveniente charitate spes perfectior redditur, quia de amicis maxime speramus: et hoc modo dicit Ambro. qd spes est ex charitate. hoc ita exponitur ut eatenus dicatur spes esse ex charitate quatenus ex ipsa charitate excitatur voluntas ad ferventiores actus spei siquidem ut ibi dicitur D. th. de amicis maxime speramus. et ad 2m ait: non omnis spes provenit a charitate sed solum motus spei formatae.
similiter fere sensu explicatur aliud dictum qd D. th. in eadem q. 17. a. 7. in 1o arg refert ex glosa Casiodori circa illud psalmi spera in domino asserentis spem esse introitum fidei. nempe ex spe excitatur homo ad maiorem connatum ut actu penetrantes mysteria fidei. quam expositionem D. th. ibi ad primi solutionem exhibet, cum asserit spem esse dici introitum fidei, quia per eam homo intrat ad hoc quod stabiliatur et perficiatur in fide. aliter etiam ibi declarat spem dici introitum fidei hoc est rei creditae quia per spem intratur ad videndum id qd creditur.
2m arg est. actus amoris praecedit actum spei, nam ideo speramus aliqd quia illud amamus ut ait D. th. hic q. 1. a. 4. corpore: praeterea omnis motus appetitus ex amore derivatur. et 1a 2ae q. 25. a. 2. corp.e docet: est amorem esse 1m passionem

appetitus et q. 28. a. 1. asserit amorem esse causam omnium
que ab agente fiunt. Ergo aliquis amor supernalis precedit spem
supernalem. Sed talis amor supernalis condistinctus ab
spe pertinet ad Charitatem siquidem nulla alia virtus su
pernalis assignatur ad quam pertineat. Ergo Charitas precedit
spem.

D. Th. hic q. 17. a. 8. ad 2. concedit spem et quemcumque alium
motum appetitivum provenire ex aliquo amore quo aliquis
amat bonum spectatum et subdit non omnem spem pro
venire a Charitate sed solum motum spei formate. at non ex
plicat ex quo amore proveniat motus spei precedentis Chari
tatem. Vanez ibi in commento art. inquirens quisnam
sit ille amor quem D. Th. dicit via generationis precedere spem res
pondet illum posse esse amorem naturalem alterum ex auxilio
supernali provenire quod ex tali amore moveatur aliquis ad
sperandum. Sed restat difficultas quod sit tale auxilium supernale
et quo pacto ex illo moveatur voluntas ad actum supernalem
spei. item si moveatur a tali auxilio quare non locum habeat
illud quod supponit motum spei provenire ab amore: et
cur ille non sit aliquis amor supernalis proportionatus
ad excitandum actum spei supernaturalis.

R. igitur concesso antecedenti quod aliquis actus amoris precedat ac
tum spei iuxta illud dictum et doctrinam D. Th. esse conce
dendum etiam consequens quod aliquis amor supernalis precedat
actum spei supernalis, negandum autem id quod ibi sub
ditur talem amorem pertinere ad Charitatem; nam ille
excitat actum spei supernalis precedentis actum Chari
tatis ut supponimus. quare dicendum est illum esse quendam
actum imperfecti amoris supernalis concupiscentie quo
suppositis auxiliis supernalibus diligere possumus supernalem
Deum ut bonum nostrum. et modo proportionati excitamur
ad actum supernalem sperandi illum quia fit nostrum ultimum

finem, qui est alius actus supernalis saltem individualiter con distinctus cui peculiariter tribuitur nam spei ut plenius constabit ex infra dicendis ubi de diversitate actuum circa deum ut bonum nostrum qua ratione pertinet ad virtutem quae licet denominetur spes ex ordine ad actum sperandi habet tamen plures alios actus sub eadem ratione formali specifica circa deum ut bonum nostrum.

Quaeres ergo. si alicui per fidem proponatur deus ut summum bonum propter se amandum amore amicitiae nihil obstat quominus ille statim suppositis auxilijs supernalibus possit elicere actum charitatis erga ipsum deum prius quam eliciat actum spei cum etiam contingere possit ut tunc nondum illi sit propositus deus sub ratione boni nostri sperandi. ergo actus charitatis potest esse via generationis prior actu spei. sed hoc est contra id quod in 1a conclusione dictum est spem ratione sui actus esse via generationis priorem charitate. ergo ya.

Respondeo concedendo antecedens ut ibi probatur. unde etiam concedenda est consequentia in hoc sensu, quod aliquando potest contingere ut actus charitatis sit via generationis prior actu spei, hoc autem non est contra id quod diximus in 1a conclusione. nam ut ibi caute exposuimus ratione illud dictum divi thomae et aliorum theologorum asserentium spem ratione sui actus esse via generationis priorem charitate, locum habet ut plurimum propter communem ordinem quo procedere solemus ab imperfectioribus et facilioribus ad perfectiora et difficiliora. cui doctrinae non obstat quod aliquando suppositis requisitis possimus aliter procedere.

4a difficultas quod fides sit praestantior spe et charitate.

Pro hac difficultatem est 1a obiectio ex varijs locis scripturae in quibus fides maxime commendatur illi quod tribuuntur nostra iustificatio et alia excellentissima opera ut ad Rom. 5. n.o 1.o iustificati ergo ex fide. ad Galatas 3. n.o 24 ut ex fide iustificemur. et ad hebre. 11. per totum illud caput maximis laudibus extollitur fides illi adscribuntur eximia facinora Antiquorum Patriarcharum. specialiter quod a n.o 33. dicitur per fidem di

vicerunt Regna operati sunt iustitiam, adepti sunt rep 17
missiones &c. ergo fides est præstantior spe et Charitate.

Resp. nego conseq. quia illa omnia tribuunt fidei sive
non quia sit initium et fundum iustificationis et impe
trandi alia ut significat contextus, et com̃is expositio Patrum
in illis locis, et diffinit in tridentino sessione 6. de iustificat.
cap. 8. initio ubi asserit id quod Apostolus dicit hominem iusti
ficari per fidem per perpetuum ecclesiæ Catholicæ consensum
ita intelligi quod fides est humanæ salutis initium et funda
mentum. et canone 9. damnant asserentes hominem sola
fide iustificari. quod plenius, relatis pluribus testimoniis
explicuimus in materia de gratia disp. 11. cap. 8. ubi contra hæreticos
ostensum est fidem non esse causam formalem iustificationis.
ex aliis autem locis sacris aperte constat Charitatem præferri
fidei. ut 1a. ad Corint. 13. n. 2. si habuero omnem fidem &c. cha
ritatem autem non habuero nihil sum. et n. 13. maior au
tem horum est Charitas. ubi com̃iter id ostendunt S. P. et alii
expositores. item etiam scholastici in materia de charitate ubi
disp. 1a. cap. 2. et 3. probavimus Charitatem esse præstantio
rem fide quod in omni sententia intelligendum est certum esse sal
tem in genere moris ut diximus supra in hoc cap. post initium 2m.
quod autem in genere moris etiam physice sit præstantior fide licet non sit certum
est tamen probabile ut ibi exposuimus.
2o. obiicit intellectus est præstantior voluntate ut habet ex Arist.
lib. 10. ethicorum ad Nicomacum cap. 7. paulo post initium
et D. Th. et alii. 1a. parte. q. 82. a. 3. et explicuimus in materia de beati
tudine disp. 1a. cap. 9. difficultate 3. § circa antecedens. ergo etiam actus intellectus
est præstantior actu voluntatis, nam præstantiori potentiæ debet
præstantior actus. ergo actus fidei siquidem pertinet ad intellectum
est præstantior actu Charitatis pertinentis ad voluntatem.
Resp. 1o. distinguendo ant. intellectus est præstantior vo
luntate in esse naturæ seu in genere entis physice loquendo. concedo. cum hoc au
tem stat quod in genere moris seu moraliter loquendo voluntas præ

ferat intellectui, quia illa est immediata radix ex qua
venit esse morale formaliter liberum quod est bonum honestum
cum aliis requisitis est fundum virtutis et meriti: unde
agens intellectuale est dignum morali estimatione et
laude ac premio. atque in hoc etiam sensu actus voluntatis
in genere moris prefertur actui intellectus, quomodo certum est
actum charitatis, preferendum esse moraliter actui fidei
ut dictum est supra circa 2a. hoc autem locum habet in omni sen
tentia etiam concedente charitatem non esse physice prestantio
rem fide. sed quoniam, ut ibidem diximus probabiliter te
nenda est sententia asserens illam esse etiam physice prestantio
rem fide, contra hunc sensum exhibenda etiam est alia solutio
subjicienda.

2o igitur respondeo concesso absolute antecedente distinguendo consequens. ac
tus intellectus ex suo genere est prestantior actu volunta
tis ex suo genere, et sic prestantiori potentie ex genere debetur etiam perfec
tior actus ex genere. verum non sequitur quemlibet actum intellec
tus debere esse prestantiorem quocumque actu volunta
tis, ac proinde neque sequitur actum fidei esse prestantiorem
actu charitatis.

Pro hoc notandum est in ea re quid requiratur et sufficiat ut ali
qua ratio communis sit et dicatur ex suo genere perfectior alia ratione
communi distingui tres sententias 1a. asserit aliquam rationem com
posse esse in se perfectiorem ex genere etiam si nulla illius species
(cuius perfectio potius attenditur ex differentia quam ex ratione communi)
sit perfectior ulla specie pertinente ad aliam rationem ex genere
imperfectiorem, quam sententiam nullo autore relato tenent
aliqui recentiores. 2a sententia affirmat contrarium scilicet quod aliqua ratio
communis ex suo genere sit perfectior, quamlibet illius speciem esse perfectio
rem quacumque alia specie generis imperfectioris quam sententiam
in suis terminis significant Vasquez 1.2 tomo 1. disp. 12 cap. 8. ad 3. et
alii. 3a dicit ad hoc quod aliqua ratio communis sit et dicatur ex suo

gnis perfectior satis esse et requiri ut aliqua species ad illam
pertinens sit perfectior qualibet alia specie pertinente ad
aliam rationem communem ex suo genere imperfectiorem. atque haec sententia
est communior apud autores quos referemus locis subjiciendis

nunc omissa dissp huius. Respondeo 2 ad hoc quod aliqua
ratio communis sit et dicatur ex suo genere perfectior non necessario requiri
ut quaecumque illius species sit simpliciter perfectior. unde
ad obiectum dico ex eo quod actus intellectus sit et dicatur ex suo genere perfec
tior actu voluntatis non sequi quod quilibet actus intellectus ac proinde
actus fidei sit perfectior quocunque actu voluntatis. Sane oppositum
mihi videtur durum neque ullo firmo fundamento probatur quod quilibet
imperfectissimus actus v.g. opinionis sit perfectior simpliciter
et in suam entitatem simpliciter quocunque etiam nobilissimo
actu voluntatis v.g. charitatis ut autoritate et ratione proba
vimus in materia de charitate disp. 1 cap. 2 et 3 et praeter au
tores ibi relatos videri potest Lorca 1a 2ae to. 1 in lib de vir
tutibus disp. 24 § superest ubi probat non esse necessarium ut qui
libet actus potentiae ex suo genere perfectioris sit perfectior quocunque actus
actu alterius potentiae ex suo genere imperfectioris. et § in 2o probat
non quamlibet speciem generis perfectioris esse perfectiorem quacunque
specie generis imperfectioris. idemque to. 1 meta disp. 17 sect. 11
no. 11 et to. 2 disp. 52 no. 31.
quod ad praesens attinet ad breviter ostendendum veritatem nostrae et exem
plis firmatae doctrinae gravium autorum. ratio est quia ad hoc quod
aliqua ratio communis sit et dicatur ex suo genere perfectior non est attenden
da perfectio omnium et singularium specierum: neque
obstat aliquas species ad illam pertinentes superari propter
differentias specificas ab aliquibus speciebus pertinentibus ad
aliquam rationem communem ex suo genere imperfectiorem v.g. incor
ruptibile dicitur ex genere perfectius corruptibili, et tamen aliqua corrup
tibilia propter suas speciales differentias sunt perfectiora aliquibus incor

corruptibilibus, nempe sic aequus quamvis sit corruptibilis est perfectior natura incorruptibilis et homo corruptibilis est praestantior caelo incorruptibili, et multae qualitates corruptibiles v.g. sensus externi et interni sunt perfectiores quantitatem corruptibili. item etiam multis qualitatibus incorruptibilibus v.g. figura caeli aut aliis illius proprietatibus incorruptibilibus. praeterea potentia cognoscitiva dicitur ex suo genere perfectior quam appetitiva, et tamen aliqua potentia appetitiva nempe voluntas est simpliciter perfectior quam visus corporeus seu auditus qui continentur sub genere potentiae cognoscitivae.
ob praedictam rationem multi graves autores docent cum hoc quod substantia sit ex suo genere perfectior accidenti, bene stare quod aliqua accidentia secundum suas differentias specificas sint simpliciter perfectiora aliquibus substantiis. et sic plures quos retulimus et secuti sumus in materia de charitate disp. 1. cap. 3. et in materia de gratia disp. 1. cap. 1°. asserunt charitatem et gratiam esse physice praestantiorem quacumque substantia corporea, immo etiam spirituali creata et creabili excepta unione hypostatica. et quod probatur ex eo quod charitas et gratia per suam physicam entitatem quae in ordine supernaturali dicitur et est divinae naturae consortium seu participatio cui annectitur filiatio dei et haereditas gloriae confert physicam perfectionem per quam magis accedimus ad deum quam per ullam perfectionem cuiusvis substantiae creatae et creabilis excepta unione hypostatica. unde infertur illam esse etiam physice perfectiorem iuxta illud commune axioma id per quod accedit ad maxime tale est magis tale. et maior aut minor perfectio physica cuiusque rei discernitur ex eo quod magis aut minus accedat ad id quod est physice summum et perfectissimum siquidem summum in unoquoque genere est mensura aliorum. praedicta autem ratio probat etiam charitatem esse physice perfectiorem fide et

spe. ut explicuimus locis citatis. pro quo videat Torcang? to. 1 de virtutibus disp. 24 § secun
rius.

Disputatio 2ª de obto et ac tibus spei theologicae

expositis his quae pertinent ad rationem virtutis convenien
tis spei theologicae convenient agendum in speciali
de illius obto formali et mali et de actibus ab illa elicitis.

Caput 1. an proprium obtum formale spei theologicae sit deus sub rõe summi boni nri ardui; et quomodo differat ab obto formali charitatis.

Sectio 1ª referuntur et reijciuntur variae sententiae.

quoniam diversi autores diversimode loquuntur de spe ita
ut aliqui eam referant ad intellectum, alij vero ad voluntatem
consequenter et illius obtum formale diversis modis assignant aut sub
rõe veri pertinentis ad intellectum, aut sub rõe boni spectantis
ad voluntatem. et quidem si spes pertineret ad intellectum illius
obtum formale deberet esse aliquod sub rõe veri siquidem hoc est proprium
obtum formale intellectus ut constat. si autem spes pertinet ad volun
tatem eius obtum formale debet esse aliquod sub rõe boni, cum hoc sit
proprium obtum formale voluntatis. cum autem omne bonum aut
sit creatum aut increatum inquiri pot an obtum formale ac qua
tum spei sit solum aliquod bonum creatum vel solum increatum
an vero aggregatum ex creato et increato - et de his omnibus
sunt diversae sententiae partim reijciendae partim vero exponendae
et conciliandae.

reijcitur 1ª sententia quod spes sit iudicium habens
pro obto formali fidelitatem dei in adimplenda sua pro
missione, sententia est eorum qui asserunt spem pertinere ad

intellectum et eē quoddam iudicium q̄d vocant expectationem seu opinionem boni futuri promissi; consequenter asserunt illius obiectum formale eē aliquid subrōe veri, ñ vtcumq̄ sed prout denotat conformitatem dicti fidelitatis cum sua promissione ita vt summa fidelitas dei conformissima sua p̄missione adimplenda sit obiectum formale cui innititur spes ꝑ illud. 2. ad timot. 2o. nō. 13. ille fidelis permanet, negare seipsum ñ pōt. et 2a Petri. 3. nō. 9. ñ tardat dominus p̄missionem suam.

hęc sententia reijcienda est distinguendo tria puncta quorum unum pertinet ad modum denōis et duo ad rem ipsam. 1° igit ad modum denōis pertinet nomen expectationis et spei tribuere illi judicio quo credimus deum ꝓpter suam summam fidelitatem impleturum eē suam p̄missionem de conferenda beatitudine iustis. neq̄ est cur de voce contendatur si expectatio ꝑ a ethimologiam ab ex et specto qd est aspicere referatur ad potentiam cognoscentem cuius est aspicere, atque inde prędictum iudicium appelletur expectatio et consequenter etiam spes sumpta ꝓ tali expectatione.

2o verbo iudicio siue appelletur expectatio et spes siue non qd ad rem attinet asserendum est illud si sit formale quo ꝓpter divinam veracitatem credimus deum fideliter impleturum eē suam p̄missionem pertinere ad fidem formalem theologicam; nam quicumque actus formalis credendi ꝓpter divinam veracitatem est fidei theologicę formalis vt constat ex propria illius rōe de qua n. 1. 1. a. 1. neque cum sufficienti fundamento auctoritatis aut rōis assignari pōt ex cōi lege ordinis formalis aliqua alia virtus ad quam pertineat tale iudicium. sane ex fide divª tenemur credere deum eē fideliter impleturum suam p̄missionem; divª autem fidelitas eadem est ac veracitas ipsius dei quę est diuinę voluntatis propensio ad servandam veritatem in suis dictis et p̄missis. nam veracitas in cōi vt abstrahit a creato et increato est virtus qua voluntas in hoc propendet vt velit servare

veritatem in suis dictis et similibus ut colligitur ex d. Tho. attentis ijs que docet 22. q. 18. a. unico corpore et ad 3. et q. 17. a. 5. ad 1. Quod eximentes Theologi explicant Cajet. in eadem 22. q. 18. a. 3 ad horum evidentiam. et ipse in opusculis in relectione de libertate Dei in disp. 2. sect. 2. nº 24 et 25.

3. non potest sine errore negari ultra predictum judicium concedendam esse spem que proprie sumpta pertinet ad voluntatem et condistinctam a fide pertinente ad intellectum ut probatur ex his que adducta sunt disp. precedenti cap. 3. et amplius infra in q. 8. de subiecto spei ubi D. Th. et alij. et 3. Sententiarum d. 26. ubi magister initio diffinit spem esse certam expectationem future beatitudinis ex Dei gratia et meritis: et subdit illam distingui a fide sicut vocabulo ita et rationabili distinctione et probat ex doct. D. Aug. 3. in enquiridio cap. 8. ubi ipse D. Aug. fidem qua credimus probat distingui a spe quia aliquid credi potest quod non speratur, nam quilibet in quit fidelium credit penas impiorum et non tamen eas sperat sed timet: item fides et bonarum rerum et malarum: nam et bona credunt et mala et eternarum preteritarum et presentium ac futurarum at spes proprie non est nisi rerum bonarum et futurarum.

De hac igitur spe proprie sumpta que a fide condistinguitur et pertinet ad voluntatem ac proinde debet habere pro obiecto finali aliquod sub ratione boni explicandum est quenam bonum sit illius obiectum finale.

Refellitur 2.a et 3.a sententia quod spes habeat pro obiecto finali adequato vel inadequato bonum creatum beatitudinis finalis.

2.a sententia asserit obiectum finale adequatum spei esse bonum creatum beatitudinis finalis. hoc continet [illegible] doctor Durandi 3. Sententiarum d. 26. q. 2. nº 6. ubi asserit obiectum immediatum spei non esse deum sed beatitudinem finalem quae est quid creatum item Gabriel in eadem distinctione q. unica dub. 1. dicit

obum immediatum spei ee cognitm dei sperati.

hoc rejiciendum e quasi alienum a coi doctrina, nam spes de qua e sermo ꝑ coem consensum e ꝓprie virtus theologica. hec autm debet attingere deum ac sm ma immediatum illius obum adequatum n e stum aliqd creatum ut ꝓbatum e disp. pre cedenti cap. 2. ꝓ quo etz notandum e ad hebr. 6 n° 18 et 19. ita dicit. ad tenendam ꝓpositam spem quam sicut anchoram habemus aie tutam ac firmam et incedentem usq ad interiora velaminis. ubi per hec verba qd spes nra incedit usq ad interiora velaminis indicat affectu spei in hac via incedentis ad deum attingi increata et increata dei mysteria que nobis nunc sub obscuro fidei velamine representant. nam hunc sensum admittunt ipsa verba et contextus, atq expositio PP. aliorumq interpretum ibidem.

prefata 1a Petri 1. n° 21 dicit. ut fides vra et spes esset in deo. que verba signant spem sicut et fidem niti in deo. qmlibet sub suo mo sub ꝓpria roe divina. item in pluribus SS. locis ipse deus dicit premium qd speramus ut gen. 15. n° 1. ego protector tuus et merces tua magna nimis. et Mathi 20 per denarium diurnum operariis ꝓmissum multi PP. et alij expositores observant denotari precipue deum quem speramus quasi nrm potissimum premium. et ad hoc faciunt plura loca SS. in quibus deus dicitur nra spes, nempe spes obiectiva, hoc e precipuum obum qd attingimus per spem finalem ut ostensum e sua disp. 1 cap. 2.

confirmat, si creata dei visio diligat ꝓpter suam bonitatem creatam talis dilectio n e charitatis theologica, q n het deum ꝓ obto immediato ut constat ex ꝓpria roe charitatis theologice. ergo similiter si illa speratur ꝓpter suam bonitatem creatam, talis actus n e spes theolog. nam quoad hoc similis e ratio, neq assignat sufficiens discrimen. neq e unde firmo fundamento gravis authoritatis autr ois ostendat n ee concedendam aliquam ꝓpriam spem theologicam sicut et charitatem ac fidem.

3a sentia asserit obum finale adequatum spei ee aggregatum ex bono increato dei, et bono creato beatitudinis finalis, ita ut n solus deus sed etz creata beatitudo finalis qua assequimur ipsum deum includat in obto finali quasi illius finale complementum. hac sentia refe rri

5. ferri solet Cajet. in c. 17. a. 2. qd ipse ibi non videtur contendere talem sensum ita ut vellit creatam bonitatem beatitudinis finalis pertinere ad obiectum finale spei quasi partem ipsius obiecti finalis; nam ita ait: spes finaliter est de deo et de beatitudine finali non est nisi ut est ad deum conveniendo, et fruendi: deo finaliter est sermo hic de beatitudine obiectiva connotante finalem: quibus verbis signare videtur beatitudinem finalem importari non quasi partem complentem obiectum finale spei theologicae, sed de connotato quasi conditionem ad eum modum quo dici solet cognitionem rei amatae et speratae afferri de connotato quasi conditionem ad amandam et sperandam rem propositam. —
citari etiam solent Vasquez et Aragon in eadem q. 17. a. 2. qui neque ipsi videntur asserere in obiecto spei includi visionem quasi partem obiecti finalis. nam Vasquez ibi explicans quo pacto d. th. afferat beatitudinem aeternam esse obiectum proprium spei sic ait: Loquitur d. th. de beatitudine obiectiva finaliter non absolute sed cum connotatione ad finalem beatitudinem. nimirum qd deus clare videndus est obiectum spei nostrae; et addit, imo non est duplex obiectum simpliciter respectu spei deus ipse et visio dei, quorum cum altero est integrum obiectum spei nostrae; quibus verbis non explicat an visio pertineat ad integrum spei obiectum finale. l. male, et verba admittunt sensum de integritate obiecti materialis, ita ut eadem visio quae respectu obiecti finalis in creati specificantis actum theologicum importat de connotato quasi conditio sit etiam pars obiecti materialis qd speratur quamvis obiectum finale sit solus deus. Unde ipsemet Vasquez in eadem q. 17. a. 5. notabili 2. dicit deum respectu spei habere rationem obiecti integri et perfecti hoc quidem intelligitur de obiecto finali. et ibidem ad 4. asserit rationem finalem obiecti spei esse divinam bonitatem visionem vero dici conditionem. idemque docent Cajet. in eodem a. 5. § ad rationem autem, et Aragon ibidem § ultimo est advertendum.
quare ille modus loquendi quo Aragon hic q. 17. a. 2. et alij

dicunt beatitudinem obiuam et fralem eẽ ı̃m et immedia
tum obum spei locum het de obto qd sperat, nempe q̃a n̄ sp
immediate sperat deus qd est visio: at n̄ de n̄ ostendit vi
sionem sperari quasi ptem obi fralis, et alias ipsimet au
tores locis citatis dicunt istam visionem respu obi fralis
spei importari de connotato et quasi conditm. item
etiã asserunt virtutes theologas specificari ab obto frali in
creato n̄ qua doct includit nihil creatum importari
quasi ptem obi fralis virtutis theologicæ.

Dm igit videt obum frale spei theologicæ n̄ eẽ aggrega
tum ex bonitate creata et increata qd eẽ solam bonitatem
increatam quamvis obum male includat etiã bonitatem
creatam: pbat. i. ex coi doct de virtutibus theologicis
nam absolute et simplicit dici solet illarum obum frale
eẽ deum. qd dictum ita absolute et simpliciter n̄ haberet
ppriũ locum si n̄ solus deus qd aggregatum ex deo et ali
quo creato esset obum frale alicuius virtutis theologicæ.
adhoc autm notanda sunt verba d. the 1. 2. q. 62. a. 2.
corpe ubi sic ait: habitus distinguuntur scdm diffram obtorum
obtum autm theologicarum virtutum est ipse deus. ubi
ut pat absolute et simplicit asserit obum specificans ac
proinde frale virtutis theologicæ eẽ deum. et 2. 2. q. 17. a.
5. corpe ad finem ait: in hoc consistit ratio virtutis theo
logicæ qd habeat deum pro obto. et in disputatis in q. uni
ca de virtutibus in coi. a. 12. corpe paulo ante finem:
virtutes in quit theologicæ dicunt quæ deum hent n̄ so pro
fine sed etiã pro obto.

Affirmatur ex eodem d. t. 1a 2æ q. 67. a. 4. ad 3. sic ait: spei theo
logicæ obtum ẽ deus n̄ autm aliqd bonum creatum.
qd dictum excludens bonum creatum ab obto spei theo
logicæ intelligendum ẽ de obto frali. nam si sermo esset
de obto mali constat istam spem theologicam sicut et fidem
ac charitatem extendi etiã ad res creatas quasi ad obta
malia quæ ppt deum sperant credunt et amant

ut ex infra dicendis apparebit.

probatur. D. Bonaventura 3. sententiarum d. 26. a. 1. q. 2. conclusione non 22. sic ait: sicut obiectum fidei theologicae quod habet rationem motivi (hoc est obiectum formale) est quod increatum quod deus est, sic etiam dicendum est de spe. et non 23. subdit: theologicae .n. virtutes habent deum pro obiecto.

item Scotus in eadem d. 26. q. unica § hac etiam virtus probat speme virtutem theologicam quae habet deum pro obiecto immediato, et addit: per alia quae adduntur huic obiecto non tolli rationem talis obiecti sed esse eandem rationem formalem addita approximatione et conditione. deinde subdit sicut credendo deum esse salvatorem, ex hoc non habeo aliud obiectum formaliter adeo, ita ex spe.

et ibidem respondet ad quandam obiectionem contendentem virtuti theologicae sufficere quod habeat bonum increatum pro obiecto et d. 27. q. unica § quantum ad istum postquam dixit rationem obiectivam actus charitatis esse rationem obiectivam dei in se subiungit: propterea .n. ratio huius etiam ratio formalis terminandi omnem actum et habitum theologicum.

ex praedictis testimonijs constat ex doctrina D. Thomae, D. Bonaventurae Scoti et aliorum gravium auctorum posse sustineri quod obiectum formale adaequatum spei et virtutis cuiuslibet theologicae sit deus. neque ex illis ostendi id quod aliqui recentiores asserunt virtutem theologicam solum petere deum ut obiectum formale inadaequatum ac proinde aliquod creatum posse esse partem obiecti formalis.

2° probatur ratione sola bonitas increata per se ipsam habet sufficientem vim ut sit adaequatum obiectum formale motivum voluntatis ad sperandum deum et ratione illius alia quasi obiecta in alia esse .n. consentaneum est tum perfectioni summae bonitatis, tum virtutis theologicae perfectioni, tum etiam doctrinae D. Thomae et aliorum gravium auctorum in praecitatis locis. neque aliunde firmiter ostenditur quod quam

distans. Ex dictis illam solam esse obum formale spei theologicae non vero aggregatum ex bonitate increata et creata.

Simili ratione obum formale adequatum fidei et charitatis theologicae est solum aliquid increatum nempe respectu fidei est prima veritas ratione cuius credimus omnia alia quasi obiecta materialia, et sic D. Th. 2.2 q. 1. a. 1. corpore ait: in fide si consideremus rationem formalem obiecti nihil est aliud quam veritas prima, si vero consideremus materialiter ea quibus fides assentit non solum est ipse Deus sed multa alia. respectu autem charitatis obum formale adequatum est divina bonitas prout in se et propter se amabilis amore amicitiae et ratione cuius amentur alia quasi obiecta materialia. et propterea hoc D. Th. 2.2 q. 23 a. 4 corpore dicit obum a quo specificatur charitas esse divinum bonum. et q. 25. a. 1. corpore ratio in quantum diligendi proximum ex charitate est Deus et q. 103. a. 3. ad 2. ait ratio diligendi proximum Deus est. non enim per charitatem diligimus in proximo nisi Deum. nempe id ita intelligitur quod per charitatem non diligimus nisi Deum tanquam obiectum formale de quo ibi loquitur D. Th. et hoc est per charitatem ratione Dei diligi ipsum proximum ut ibi D. Th. dicit et apertius explicat q. 25. a. 1. et alijs locis ibi in margine citatis ex quibus constat solam bonitatem increatam ab illa constitui tanquam obum formale adequatum charitatis.

Sectio 2a. quo modo probabiliter exponi possit

1a Prima sententia quod obum formale spei theologicae sit Deus sub ratione boni ardui

Prima sententia asserit obum formale spei theologicae esse Deum sub ratione boni ardui. ita docent graves authores qui in doctrina de spe in communi prout abstrahit a spe theologica et non theologica asserunt proprium obiectum spei esse bonum arduum. unde infert talem spem nempe theologicam habere pro obiecto tale bonum arduum quod

ꝯ deus.
et quidem de spe in coi qd habeat pro obto bonum arduum docent D. th. 1. 2. q. 40 a. 1. corpore ubi dicit obum spei esse bonum arduum cum difficultate adipiscibile. qd etiam asserit in disputationi q. de spe a. 1. corpore et 3. sententiarum d. 26. q. 1. a. 2. et 3. idem etiam D. bon. Ver., Ricar., Palud., Capre. et alij ibidem in diversis quaestionibus in quibus est specialiter de spe theologica docent eam here pro obto deum sub rone boni ardui qd peculiariter est continetur in doct. D. th. 3. sententiarum d. 26. q. 2. a. 2. et 3. et 2. 2. q. 17. a. 3. corpore, et q. 18. a. 1. ad 2m et alibi saepe.
fundamentum huius sententiae est, quia spes pertinet ad irascibilem proprium autem irascibilis versari circa obtum prout arduum nam per hoc condistinguitur ab concupiscibili ut docet D. th. 1. 2. q. 23. a. 1. corpore. ubi sic ait: bonum vel malum prout qd habet roem ardui vel difficilis est obtum irascibilis idemque tradit q. 25. a. 1. et q. 40. a. 1. qd etiam exponunt alij ibidem et alijs locis frequentius ex quibus de spe in coi tradi solet haec diffinitio spes est expectatio boni ardui futuri.
haec sententia cum sit fundata gravi authoritate D. th. et aliorum insignium authorum. Licet relata non est absolute reijcienda cum de re ipse exponi possit in aliquo congruo sensu, sed quoniam solet explicari varijs modis parum probabilibus oportet illis reiectis ostendere quonam modo probabiliter possit ostendi, id autem pendet praecipue ex hoc qd statuatur qd nam intelligendum sit per bonum arduum et in quo consistat arduitas et quo pacto pertineat ad spem et vero ad charitatem.
primus quidem solet explicari asserit roem boni ardui consistere in hoc qd difficile possit obtineri, sed hoc nisi aliqd aliud addatur non satisfacit. 1o quia sic non explicatur quo pacto arduitas pertineat ex parte obti ad roem formalem boni specificantis spem de qua est sermo, nam ratio formalis boni ex parte obti

debet eê aliqd movens, atrahens, et alliciens voluntatem, arduitas autem seu diffas formalit sumpt diffas non e ratio boni allicientis sed potius e impedimentum quantum de se avertens et retrahens affectum.

Confirmat ex D. th. 1. 2. q. 23. a. 2. corpore paulo ante finem ubi sic ait: bonum arduum sive difficile habet rônem ut in ipsum tendat in quantum e bonum qd pertinet ad passionem spei et ut ab ipso recedat in quantum e arduum et difficile qd pertinet ad passionem desperationis. et q. 25. a. 3. ad 2. arduum inquit non e ratio non e ratio accedendi vel appetendi sed potius bonum.

2°. qd aliqd sit alicui diffile potius videtur eê munus se tenens ex parte subjecti quam ratio intrinseca objecti moventis, nam difficultas sicut et facilitas ad aliqd consequendum attendit ex potestate aut imbecilitate virium subjecti v.g. id qd difficile e homini infirmo facile e robusto,

3. in proposito de objecto spei theologice cum dicit illius objectum formale eê deum sub rône boni ardui aut arduitas sumitur ut rône boni divini addit aliqd creatum aut increatum. si creatum, ergo non e ratio formalis objecti spei theologice siquidem huius objectum formale debet eê aliqd increatum ut suppositum e sicut praecedentibus dicendum igitur et licet daretur aliqd creatum posse eê illius objectum formale inadequatum simul cum aliquo increato adhuc in praesenti ut satisfiat huic puncto in quo agitur de rône formali objectiva spei theologice ex parte dei non debet assignari arduitas prout denotat aliqd creatum:

si vero dicat arduitatem sumi ut rônem formalem boni divini addere aliqd increatum explicandum superest qd sit hoc, nam quaecumque sit ratio increata movens voluntatem ad actum spei debet eê aliqua ratio bonitatis si autem ex probi increati assignandae aliqua peculiaris ratio motiva in ordine ad quam spes theologica consistat a charitate

nõ videt sufficient assignari per solam arduitatem consistentem in hoc qd difficilr possit obtineri obum. praefatae resspicit a charitate. nempe desiderium Charitatis roẽ divinae Bonitatis expetit ipsum deum etc 2m qd ô Bonum arduum hoc ê difficile ex pte hois ad obtinendum.
2as mus ê aliorum asserentium arduitatem consistere in hoc qd Bo. num sit obtinendum voluntate superioris in quo speramus. ita Vas. i.p. t. 2o. disp. 84. cap. 1. § devenit vbi id ita explicat spes respicit illum a quo res aliqua sperat tanquam superiorem et potentiorem, qui possit praestare id qd sperat; nam a se ipso nullus propriè sperare dicit. et subdit forstan in hoc consistit ratio difficilis (hoc ê ardui) quam dicit s. th. ad obum spei pertinere. et to. 2. disp. 23. cap. 4. § postremo quamuis. omnis inquit actus sperandi habet pro obto arduum arduitas vero et diffas in hoc posita ê vt ab alio id qd desideramus speremus. qd vero a nobis fieri desideramus nõ speramus quatenus a nobis tm futurum ê, qa hac roẽ facile ê neqe obum pot ê spei.
Sed neqe hoc ita absolute dictum absqe alia limitatione videt satisfacere. 1o qa per hoc solum qd bonum sit obtinendum potestate alterius superioris nõ assignat aliqua pecuuliaris ratio obiua boni in ordine ad quam spes distat a desiderio etc pertinente ad Charitatem, nam ex Charitate possumus desiderare bonum obtinendum potestate dei.
2o id qd praedicti auctores asserunt vellet omnem spem etc condistam a theologica respicere alium potentiorem a quo res aliqua desideraat neqe vllum sperare id qd propriis viribus pot obtinere nõ pbat cũ ita vellit verum, nihil n. obstat quominus aliquis speret aliqd suis viribus et industria obtinendum, v.g. cum aliquis sperat propriis viribus vincere alium et propria industria adquirere sciam aut aliam rem quamuis difficilem que tm nõ ê supra eam potestatem nalem

qđ aperte docet d. Th. in disputatis in q. de spe a. 1. cor
pore paulo post initium ubi postquam dixit spem eē boni
ardui qđ difficile ē assequi subdit: quodq3 homo sperat aliqd
adipisci per propriam potestatem, quodq3 vero per auxilium
alienum.
3.us modus ē aliorum dicentium arduitatem consistere in
excellentia boni sperati iuxta eum sensum quo arduum
appellari solet id qđ ē altum excellens et magnę ęstima
tionis, quo etiā mō d. Th. 3. Sententiarum d. 26. q. 1. a. 2.
ad. 1. sic ait: difficile l. arduum addit quandam specia
lem rōem bonitatis s. preciositatem quandam ex hocips
so qđ nō de facili habetur, sc dicit omne rarum carum.
Verum est hoc restat etiā dispos qª etiā alij affectus
condistincti a spe respiciunt excellentiam boni v.g. cha
ritas actu amoris et desiderij fertur in deum ut ē excellens
bonum in se, et excellentia atq3 eminentia boni movet vo
luntatem ut illud amet et desideret etiā si nō speraret.
4.us modus ē aliorum qui dicunt arduitatem nō esse
rōem formalem sed conditionem obiecti spei. qđ Conr. in q.
23. a. 2. § nota verbum sic exponit in obiecto spei est
bonum et arduitas, bonum ē rōe cuius tendit per spem
arduitas vero ē pura conditio eius ut ē obiectum spei itaq3
bonum ē ratio tendendi, sed arduitas mō tendendi. s. ele
vati supra rīum concupiscibilis et haec autē ibidem dixerat
eam tendere in bonum sub absoluta rōe boni. similiter Lorca
1a 2ae. in lib. de actibus humanis disp 48 titulo de spe
et desperatione § dicendum est ipsa concupiscibilis in quit
fert in bonum absolute, irascibilis autē fertur in bonum
aut fugit malum tunc etiā qđo arduum ē superando im
pedimentum qđ ratio ardui obijcit et con̄ obstante
perseverando in appetitu boni.
deinde subdit: ratio ardui aut difficilis nō ē obiectum qđ appetitur
aut ratio appetendi sed potius conditio quędam annexa

quam appetitus simul cum r[ati]one formali vel boni aut mali respicit, et non sufficiens ut faciat differentiam essentialem affectuum, quia diversimode bonum aut malum consequi respicere et bonum aut malum simul cum adiuncta difficultate. Et postea g[ene]ra constat n. 4 explicans quo modo affectus irascibilis distant essentialiter ab affectibus concupiscibilis propter rationem ardui, ait: arduum non distinguit hos actus ut obiectum formale aut ratio obiecti, sed ut conditio posse considerata quam affectus simul cum obiecto attingit.

Sed hic modus ita expositus minus satisfacit. 1. quia arduitas ut conditio non est ratio formalis, sed solum conditio obiecti spei. Ergo non sufficienter assignatur ratio formalis specificans et condistinguens spem ab aliis virtutibus ex eo solum quod asserat spem versari circa bonum cum hac conditione arduitatis; nam sola diversitas conditionis non sufficit variare rationem formalem essentialem specificam alicuius virtutis, nisi aliunde addatur aliquid pertinens ad rationem formalem specificam, ut ex ipsis terminis rite apprehensis intelligitur.

2. etiam charitas potest suo modo tendere in bonum sub tali conditione arduitatis, nam potest aliquis ex charitate velle propter deum superare quamcumque arduitatem et difficultatem, et pati martyrium aut alio modo vitam exponere periculo, iuxta illud Ioan. 15. n. 13. maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

3. etiam illa virtus quae appellatur spes potest per aliquos actus amoris concupiscentiae tendere in bonum nostrum absque, abstracta expresse conditione arduitatis v.g. amor supernalis concupiscentiae, quo etiam nulla facta mentione arduitatis diligimus deum ut est summum bonum nostrum, cum non sit amor amicitiae non pertinet ad charitatem, sed ad virtutem spei, cuius est tendere in deum ut bonum nostrum nobis commodum, ut infra sect. 4. ostendetur, etiam ex doct. adversariorum. Ergo formale obiectum adaequatum spei non explicatur sufficienter per praedictum modum, quo asseritur spem tendere in bonum cum conditione arduitatis.

Dices: ergo arduitatem sumptam pro difficultate obiecti consequendi

n. cē racionalem obiectū spei, sb conditionem n. quidem res-
pectu omnium actuum pertinentium ad virtutem spei
theologicę; sed respectu illius individualis actus quo ppter deum
ut bonum nrum consequendum volumus creatis animo
cum divino auxilio superare difficultates: atque hoc modo
pot convenienter intelligi id qd dici solet obiectum spei theolo-
gicę cē deum sub roē boni ardui. tota hęc cū quoad singulas
ptes declaranda et pbanda est partim ex iis quę dicta sunt
in hac sectione cū pręfatos nros, partim vero ex aliis, quę
plenius tradentur in sequentibus sectionibus.

Sectio 3.ª quo pacto verisimiliter explicari possit 5.ª sententia qd obiectum formale spei sit deus sub roē auxiliatoris seu misericordię l. fidelitatis potentię omnipotentię:

5.ª sentia dicit obiectum formale spei theologicę cē deum, sub roē auxiliatoris seu misericordię l. fidelitatis omnipotentię. ita significat D. th. 2.2. q. 17. a. 1. corpore paulo ante finem ubi dicit spem nram inniti auxilio dei. qd etiā asserit a. 2. corpore initio et a. 4. corpore etiā initio, et a. 6. corpore paulo post initium: spes inquit, facit hoīem inhęrere deo ut cuidam pricipio ex quo aliqua nobis proveniunt. et postea versus finem spes facit adhęrere deo provenienti nobis primum perfectę bonitatis in quantum per spem divino auxilio innitimur. et ad 3. spes facit tendere in deum sic in quoddam bonum finale adipiscendum et sic in quoddam adiutorium efficax ad subveniendum.

Vanius in eadem q. 17. a. 1. notabili 4. spes inquit habet pro obiecto deum sub roē misericordię cui innititur. et subdit obiectum spei ē ipse deus sub roē formali misericordię auxiliatricis et bonitatis beatificantis. et ad 3. ait: spes innititur auxilio dei sicut est potestas in deo auxiliandi. Aragon in eadem q. a. 6. §. Ad quorum explicationem. obiectum inquit spei ē duplex unum materiale qd ē ęterna beatitudo alterum formale qd ē adiutorium divinum.

hęc sentia n. ē ita intelligenda quasi obiectum formale spei sit au

filium dei sumptum, quam concursu creato quo deus nos adiuvat. nam finale obiectum virtutis theologicae qualis est spes de qua agit est increatum. idque exposuimus superius disp. 1a. cap. 2. ad 3. et in hac disp. 2a. in praecedenti cap. 1o. sect. 2. post 3. sententiam quae dicendum igitur.

neque est ita intelligendae quasi obiectum finale adaequatum spei sit praecise increata ratio finalis divinae potestatis auxiliatricis seu omnipotentiae vel misericordiae aut principii effectivi bonorum creatorum quae speramus nam licet haec ratio increata includatur in obiecto finali spei theologicae illa tamen praecise non est adaequata ratio obiecti finalis, sed finalis ratio increatae bonitatis qua deus ut summum bonum nostrum est noster ultimus finis affert expresse et finaliter in obiecto finali spei et sic convenienter intelligitur id quod dici solet spem respicere deum et ut principium bonorum et ut finem nostrum quod docet d. Thomas hic q. 17. a. 4. corpore et a. 5. corpore et ad 1m. Cajet. ibidem quoad 3. Aragon etiam in eodem a. 5. circa 2a. et Valent. § Cajet. hoc loco q. a. in notabili 1o. et 2o.

Utraque autem increata ratio finalis obiectiva, scilicet et principii omnium bonorum, et ultimi finis nostri intelligitur in eo modo loquendi quo praedicti autores et alii saepe asserunt deum ut summum bonum nostrum esse obiectum finale spei, nam deus est summum bonum nostrum, quatenus est nobis primum principium effectivum omnium bonorum et ultimus finis noster qui est beatitudo obiectiva, atque ita habet rationem auxiliatoris et beatificantis. et quoniam graves authores propter varias occasiones in diversis locis aliquando solum explicant unam habitudinem aliquando vero aliam oportet attentis omnibus subintelligere rationem adaequatam ne ut dicitur communi proloquio ad pauca respicientes facile decipiantur.

Sectio 4. Statuit. 6. sententia sequenda quod obiectum finale spei theologicae sit deus ut summum bonum nostrum attingibile

amore concupiscentiæ et aliis affectibus sub
eadem ratione.

Sit 2º obum formale spei theologicæ est deus ut summum bonum nostrum attingibile amore concupiscentiæ, et aliis affectibus sub eadem ratione. hæc 2º, quoniam est maximi momenti ad intelligendum præcipua puncta, et solvendas gravissimas difficultates, tum in hac materia, tum etiam in aliis multis præsertim vero in materia de charitate, ut discernatur quomodo obum charitatis differat ab obiecto spei stabilienda et exponenda est ex ipsis fundamentis authoritatis et rationis.

1um fundamentum est ex authoritate D. Thomæ et aliorum gravium scholasticorum ex quibus consulto referendæ sunt selectæ quædam authoritates rem hanc apte explicantes.

1a est D. Thomæ 2.2. q. 17. a. 6. corpore ubi sic ait: charitas facit hominem inhærere deo propter se ipsum, spes vero ut cuidam principio ex quo aliqua nobis proveniunt. et a. 8. corpore, quidam inquit, est amor perfectus, quidam imperfectus perfectus est quo aliquis rem secundum se amat, sicut homo amat amicum, imperfectus est quo quis amat aliquid non secundum se ipsum sed ut illud bonum sibi proveniat, sicut homo amat rem quam concupiscit. et subdit. primus amor pertinet ad charitatem quæ inhæret deo secundum se ipsum, spes pertinet ad 2um amorem quia ille qui sperat aliquid sibi obtinere intendit.

præterea in disputationibus in 2. unica de spe. a. 3. corpore imperfectus inquit amor alicuius rei est quo aliquis rem aliquam amat non ut ei bonum in se ipso vellit sed ut bonum illius sibi vellit, et hic nominatur concupiscentiæ, amor vero perfectus est quo bonum alicuius in se ipso diligitur sicut cum amando aliquem vollo quod ipse bonum habeat etiam si nihil inde mihi accidat et hic dicitur amor amicitiæ etc. et subdit hunc esse amorem charitatis illum vero spei. et ibidem ad 9. bonum inquit divinum ut secundum se dilectum est obum charitatis sed sicut concupiscendum est obum spei.

2a authoritas Scoti 3. Sententiarum d. 26. q. unica post medium ibi: de charitate: ubi dicit charitatem esse amorem amicitiæ quæ diligit deum ut bonum in se, spem vero esse amorem quo aliquis amat illum ut bonum sibi. et ibidem ex D. Anselmo in lib. de casu diaboli cap. 4. et in lib. de concordia cap. 9. distinguit in voluntate duas affectiones quarum una dicitur affectio iustitiæ qua diligit aliquis in se alia vero affectio commodi qua aliquis diligit aliquem ut sibi commodum et subdit illam esse charitatis istam vero spei.

3a Gabrielis in eadem d. 26. q. unica a. 2. cc. 2. ubi dicit: amorem charitatis esse amorem amicitiæ perfectiorem amore concupiscentiæ, quia nobilius est habet obiectum in se [illegible] (ut est obiectum charitatis) quam comparative ad aliud a se (quo modo est obiectum amoris concupiscentiæ) et subiungit: desiderare bonum infinitum esse meum bonum est actus spei non amoris amicitiæ sed concupiscentiæ.

4. Caiet. 2a 2æ q. 17. a. 8. § et hinc incipit. et § ad 1m. dicit charitatem esse amorem amicitiæ qua amatur deus in se et propter se, spem vero esse amorem concupiscentiæ qua aliquis diligit bonum sibi. et a. 6. § in responsione ad 3. Charitas inquit differt a spe ratione differentiæ obiecti absolute quia charitas fertur in ultimum finem propter se ipsum spes vero in finem ultimum ut meum.

5. Aragon in eadem q. 17. a. 5. § his suppositis. asserit spem esse actum concupiscentiæ quo deum amamus nobis et a. 8. initio. Charitas inquit inhæret deo propter se ipsum. et deus in quantum est bonus in se ipso est obiectum illius deus vero ut bonus nobis est obiectum spei. et q. 23. a. 4. paulo ante finem ait: Charitas fertur in ultimum finem propter se ipsum. spes vero fertur in illum ut in bonum meum. ex quo fit ad charitas sit amor amicitiæ spes vero concupiscentiæ.

6. Vasq. 1. p. q. 48. a. 6. § Ex expositione. asserit Charitatem esse amorem amicitiæ, quo vult bonum in deo propter ipsum deum, amorem vero concupiscentiæ esse quo aliquis vult ipsum deum tanquam bonum proprium sui ipsius. et 1. 2. q. 17. a. 4. ad. 5.m concedit spem esse amorem concupiscentiæ quo amamus deum ut bonum nobis.

7. Medina. 1. 2. q. 16. a. 3. ad finem. discrimen, inquit, est int Charitatem et spem, nam Charitas amat deum amore amicitiæ propter se ipsum, spes vero amat deum ut bonum proprium et q. 62. a. 3. paulo post initium spes inquit respicit deum ut est bonum nrum̃, proprium et hoc est amor concupiscentiæ, Charitas vero respicit deum ut est bonum infinitum in se etsi ab illo nulla nobis proveniret utilitas.

8. S. J. 3. p. t.o 1. q. 7. a. 4. in commentario § ut vero breviut: asserit: circa deum ut bonum nrum̃ nobis amabile amore concupiscentiæ posse versari plures actus int quos ibi numerat actum spei. et § Quod si tandem subdit: Charitatem amare omnia bona sub propria ratione benevolentiæ dei in se ipso.

denique, ad ipsum deum quamvis alijs varijs loquendi modis doceant plures alij tum in prædictis locis, tum alibi sæpe, idem assignant præcipuum discrimen int Charitatem et spem ut constabit perpendenti eorum doctrinam.

in fundamentum ex doctrina Sanctorum PP. qui idem signant quando explicant propriam rationem amoris amicitiæ, et Charitatis.

9. D. Aug. t.o 10. in lib. quinquaginta homiliarum in homilia 3.8. cap. 3. initio. amor, inquit, amicitiæ, est gratuitus, quo amicus amat propter se: D. Bernar c. Seri. 11. ante medium circa illud psal. 117. confitemini

domino quoniam bonus dixit. veram Charitatem
esse qua aliquis confitetur domino, non quia est bonus
sibi sed quia est bonus in se: et subdit: qui confitetur domino
quoniam sibi bonus, est mercenarius et cupit sibi;
qui autem confitetur domino quoniam bonus est sim
pliciter filius est et defert patri: idem docent alij PP.
et expositores circa illud 1.a ad Corinth. 13. n.o 5. Charitas
non quaerit quae sua sunt. inde autem infertur, spem the
ologicam quae a charitate condistinguitur non habere pro obto
formali deum sub ratione boni prout in se et propter se amabilis
amore amicitiae, quod est proprium Charitatis sed illius obum
formale esse deum ut bonum nostrum, amabile amore con
cupiscentiae ut amplius apparet in sequenti fundamento.
2.m fundamentum est ex ratione omni humana. spes
theologica debet habere pro obto formali deum sub aliqua
ratione boni condistincti ab obto formali Charitatis. sed id
non potest esse aliud nisi deus sub ratione summi boni nostri attingibilis
amore concupiscentiae et alijs affectibus sub eadem ratione. ergo
dicendum est id esse illius obtum formale. maior probatur quia eo
ipso quod spes theologica de qua nunc agitur sit virtus perti
nens ad voluntatem necesse est illius obum formale esse aliquod
sub ratione boni, cum hoc sit formale obtum voluntatis. praeterea
eo ipso quod sit virtus theologica oportet illius obtum formale
esse deum quem sub aliqua ratione pro obto formali postulat
propria ratio virtutis theologicae ut ostendimus est sia
in hoc casu sit 1.a pars dicendum igitur. ulterius eo ipso quod sit
virtus theologica talis pertinens ad voluntatem ut sit
condistincta a Charitate oportet est illius obtum formale
esse deum sub aliqua ratione boni condistincti ab obto formali
Charitatis.
minor vero ita probatur. quia deus sub ratione boni in se et propter se

attingibilis amore amicitiæ est proprium obiectum formale Charitatis ut constat ex propria ratione et diffinitione Charitatis juxta communem doctrinam locis supra citatis in 1. fundamento. ergo sub tali ratione non potest esse obiectum formale spei quæ essentialiter et specifice distinguitur a Charitate. ergo obiectum formale spei condistinctum ab obiecto formali Charitatis non potest esse aliud nisi deus sub ratione summi boni nobis attingibilis amore concupiscentiæ, et alijs affectibus sub eadem ratione condistincta a ratione boni prout in se et propter se attingibilis amore amicitiæ. —

Pro hoc notandum est bonum sumi uno modo secundum rationem absolutam qua aliquid dicitur bonum in se, alio modo secundum rationem respectivam, qua dicitur bonum alteri. unde bonum dividitur in bonum in se, et bonum alteri ut notat S. Thomas 1.º meta. disp. 10. sect. 1.ª num. 13. et sect. 2. num. 2.º inde autem fit ut bonum soleat diversimode explicari ab authoribus aliquando attendentibus bonum in se, aliquando vero bonum alteri nempe bonum secundum rationem absolutam qua dicitur bonum in se denotat cuiusque rei perfectionem et integritatem secundum quam in se ipsa est perfecta prædicatis sibi convenientibus et in hoc sensu intelligunt authores quando explicant bonum per rationem perfecti et integri. ut D. Th. 1. contra gent. cap. 28. et 2. act. perfectio uniuscuiusque rei est bonitas. et in q. 5. a. 3. corpore et 1.ª parte q. 5. a. 1. ad 1.m asserit bonum dicere rationem perfecti. et ibi ostendunt Vazq. disp. 33 cap. 5. et alij.

at vero bonum secundum rationem respectivam prout est bonum alteri importat respectum realem secundum quem dicitur alteri conveniens ad illud aliqua ratione perficiendum aut iuvandum. l. pro aliquo alio modo illi consentaneum ac conforme. et in hoc sensu intelligunt authores

q[uo]d explicant bonum per hoc q[uo]d sit alteri conve
niens seu consentaneum. l. perfectivum. quo mo[do]
D. Th. de veritate q. 21. a. 1. in corpore asserit bonum im
portare respectum perfectivi. cum autem bonum expli
catur per ordinem ad appetitum ita ut bonum dicatur
appetibile, et bonitas appetibilitas haec proxima ap
titudo ad movendum et trahendum appetitum per modum
obiecti. et ita intelligitur ut per rationem formalem explici
tam appetibilitatis velut per proprietatem meta
physice loquendo describatur ratio boni in qua for
datur talis appetibilitas formalis. unde dici solet appe
tibile formaliter sumptum esse quasi proprietatem boni
at vero sumptum fundamentaliter esse ipsam essentiam
boni ut notant Cajet. 1a p. q. 5. a. 1. § ad hoc potest
et alij ibi. et S. 1. 1o meta disp. 10. sect. 1. no 12.
in praesenti igitur suo modo distendo in deo rationem formalem
explicitam qua est bonus in se, et eam qua est bonus
nobis ratio bonitatis qua est bonus in se et ut sic
amabilis amore amicitiae est obiectum formale Charitatis.
at vero ratio bonitatis qua est nobis bonus et exigibilis
amore concupiscentiae est obiectum formale spei theologicae ut
probatum est in 3. fundamento id q[uo]d continetur in doct.
D. Th. et aliorum gravium authorum cum S. PP. us
tensum est in 1o et 2o fundamento.

Sectio 5.a difficultates et obiectiones contra dicta.

1.a difficultas q[uo]d spes theologica pertineat ad
intellectum ac proinde illius obiectum formale sit
deus sub ratione veri. ubi quaeroi ipsi

Spei tribuat expectatio fiducia et certitudo.

Obijcit. 1.o persuasio intellectus qua aliquis credit se consequuturum esse aliquod bonum vere est et dicitur expectatio boni futuri. Ergo Spes quae definitur esse expectatio boni futuri pertinet ad intellectum ac proinde illius obiectum formale non est aliquod sub ratione boni sed sub ratione veri. Ergo et Spei theologicae obiectum formale est deus sub ratione veri.

Scotus 3. Sententiarum d. 26 q. unica § in ista q. asserit quod si non attenderet authoritas sed sermo esset de spe innitendo solum rationali dici posset spem non esse unam specialem virtutem voluntatis sed esse quoddam aggregatum pertinens partim ad intellectum ratione actus fidei, qui est expectatio boni; partim vero ad voluntatem ratione actus Charitatis desiderantis bonum, postea in ita subdit: haec mihi non placet quia videt hoc variare authoritatibus: Scripturam innitentibus dicto Pauli, nempe 1.a ad Cori 13. nec etiam 13. nunc autem manent fides Spes Charitas tria haec etc.

Sed absolute dicendum est Spem theologicam proprie sumptam esse unam specialem virtutem voluntatis distinctam a fide et Charitate ut ex communi doct. probatum est superius dissp. 1.a cap. 3. quare ad obiectionem propositam respondeo explicando antecedens quamvis illa persuasio intellectus possit in aliqua acceptione appellari expectatio, nempe intellectiva esse quod non est sistendum in eo de nomine ut dictum est supra in hoc cap. sect. 1.a a.a 1.m sententiam § hac sententia etc. in quo autem rem attinet negari non potest spem proprie sumptam pertinere ad voluntatem ut ibidem ostensum est. haec autem dicitur expectatio appetitiva ac proinde illius obiectum formale est aliquod sub ratione boni.

dicas 2a coem loquendi num dicimur pprie expe
ctare aliqd bonum ex alio quem respicimus quasi
authorem seu adiutorem ex quo illud nobis e
proventurum. neq dicimur pprie spectare aliqd
ex nobis. Ergo id signum est expectare et expectationem
pprie a qm idem est sperare et spem pprie perti
nere solum ad spem cognoscentem cuius est expe
ctare seu respicere alium ex quo aliqd bonum est nobis
proventurum.
Ad 1. negdo coem qa actus voluntatis suo modo ap
petitivo dicit pprie expectare et expectatio ex alio cu
ius auxilio nitimur ad aliqd bonum obtinendum
et talis actus voluntatis connotat praevium actum
intellectus respicientis alium a quo credit illud bonum
obtinendum. hoc apte explicat verbis S. D. Thom. in disp
tatis in e. unica de spe. a. 1. corp. ubi sic ait: quodq
sperat ho aliqd adipisci per ppriam potestatem
quodq vero per auxilium alienum. et talis spes
expectationem habet in quantum ho respicit auxi
lium alterius. et in q. 40 a. 1. ad primum qdein
quit si aliquis sperat per ppriam virtutem adipisci, non dicit
expectare sed sperare tm. pprie autem dicit expectare qd
sperat ex auxilio virtutis alienae. et subdit talem motum
spei dici expectationem quam praecedit inspectio seu cognoscitiva
respicientis illum cuius adiutorio ipse ho sperat illud a
dipisci
2o obijcit: spes est quaedam fiducia seu confidentia consequendi
aliqd bonum. nam qd illud speramus dicit ipsa spe here
fiduciam seu confidentiam. sed fiducia pertinet ad in
tellectum sicut et fides ex qua dicit fiducia. Ergo spes —

Ergo spes pertinet ad intellectum et consequenter illius obiectum non est aliquid sub ratione boni sed sub ratione veri.

Resp. concessa maiori nego minorem si sermo sit de fiducia seu confidentia quomodocumque sumpta, nam in quadam acceptione actus voluntatis sperantis aliquod bonum dicitur fiducia seu confidentia, aut etiam fides ut velatis authoribus diximus superius disp. 1. cap. 3. post. 3. probatur nisi praenotandum. hoc autem modo D. Thom. 2.2. q. 129. a. 6. corp. dicit fiduciam pertinere ad spem. et 1.2. q. 40. a. 2. ad 2. ait: quod aliquis credit se adepturum aliquod quod desiderat ipsum motum qui sequitur in appetitu (nempe spem) nominari fiduciam ex fide praecedenti in potentia cognoscitiva, quia cum motum quo effectui solet tribui nomen desumptum ex causa.

3. obiicit. Spei tribui solet certitudo aut incertitudo, nam communiter loquendo dicitur spes aut certa aut incerta. Sed certitudo et incertitudo est proprietas cognitionis sicut et claritas aut obscuritas. Nam propterea cognitio dicitur certa vel incerta sicut et clara aut obscura. Ergo spes est actus potentiae cognoscitivae, atque adeo habet pro obiecto formali aliquid sub ratione veri.

Resp. concedendo maiorem et negando minorem si intelligatur velit de certitudine aut incertitudine quovismodo, nam sicut in genere repraesentativo tribuitur cognitioni, ita suo modo in genere appetitivo tribuitur appetitioni, et sic spei theologicae communiter certitudo ex eo quod tendat in bonum infallibiliter obtinendum si debite adhibeantur media proportionata in quo inclinat ut plenius exponetur infra suo loco in propria q. de certitudine spei —

2a difficultas quod obiectum formale saltem inadaequatum spei theologicae sit aliquod bonum creatum, ubi an esset virtus theologica illa quae

cuius obiectum finale non adequatum esset aliquod creatum.

ex hac differentia 2a. arg. obiectum finale spei theologicae est deus ut bonum nostrum a nobis possidendum ut sit nostra beatitudo completa. quod in hac ratione includitur quasi complementum finale creata beatitudo finalis per quam deus est a nobis possidendus. ergo obiectum finale non adequatum spei theologicae est aliquod bonum creatum. consequentia patet maior vero probatur quia spes theologica datur nobis ut per illam tendamus in nostrum ultimum finem consequendum; hic autem est deus ut bonum nostrum possidendum ut sit nostra beatitudo completa. ergo est illius obiectum finale. minor autem etiam probatur quia creata beatitudo formalis est ratio finalis per quam deus est a nobis possidendus ut constat. ergo illa includitur quasi complementum finale in illo spei obiecto quod est deus ut bonum nostrum a nobis possidendum ut sit nostra beatitudo completa.

Respondeo distinguendo maiorem, obiectum finale spei theologicae est deus ut bonum nostrum a nobis possidendum secundum increatam perfectionem ipsius dei possidendi; utrumque secundum creatam perfectionem nostri actus per quem deus est a nobis possidendus nego obiectum finale formale; quia sola bonitas increata dei est ratio obiectiva finalis quae perfecte ratione sui obiectiva movet et terminat actum virtutis theologicae spei; creata autem perfectio nostri actus est quod male quod per ipsam spem theologicam attingit ratione bonitatis increatae quasi obiecti finalis adequati ut exigit propria ratione virtutis theologicae iuxta communem doctrinam D. Thomae et aliorum etenim summa perfectione bonitatis increatae est de se sufficientis ut sit finale obiectum adequatum ratione cuius expectant quaecumque alia obiecta secundaria in hoc casu scilicet 1o. posito. sententiam dicimus igitur

Ad illud vero quod in ipsa ratione maioris dicit finem ultimum in quem tendit spes theologica esse deum ut bonum nostrum possidendum ut sit nostra beatitudo completa etc. finem ultimum obiectivum qui est completa beatitudo essentialis obiectiva esse ipsum deum; quod autem sit possidendus per nostrum actum non pertineret ad formale complementum beatitudinis obiectivae essentialis, nam hec adequate est solus deus ratione cuius expetitur noster actus ut nobis intentionaliter coniungat ipsum deum. quare solus deus ratione sue bonitatis est formale obiectum ratione cuius noster actus per spem theologicam attingitur quasi obiectum materiale; et dicitur etiam noster actus se habere ut conditio respectu finis ultimi nos beatificantis obiective, nempe eo quod nos beatificat obiective tanquam adequata beatitudo essentialis obiectiva est deus. quod ut nos obiective beatificet requiritur tanquam conditio noster actus ut applicans ipsam beatitudinem obiectivam, cum hoc autem stat quod ipsemet actus noster sit essentialis beatitudo formalis hoc est essentialis consequutio qua formaliter consequimur beatitudinem obiectivam ut exposuimus suo loco in nostra de beatitudine disputatione.

id autem potest suo modo exponi hoc exemplo sicut ubi per quod ignis redditur praesens et applicatus combustibili est conditio ut ipse ignis sua virtute adequata comburat, et cum hoc stat quod ubi sit ratio formalis qua ignis est formaliter in hoc loco applicatus. ita suo modo noster actus visionis beatae qua deus redditur nobis intentionaliter praesens et applicatus est conditio ut ipse deus nos obiective beatificet tanquam essentialis beatitudo obiectiva adequata, et cum hoc stat quod noster actus visionis beatae sit ratio formalis qua deus est formaliter a nobis consequutus et possessus ipso nostro actu qui est essentialis beatitudo formalis consistens in consequutione et possessione beatitudinis obiectivae.

Ad hoc locum habet id quod dandus .2.2. q. 17. a. 5. ad. 4. quod in initio

Ipso fuerat in hunc mum. Spes respicit deum quatenus
est videndus. Ergo finalit. finale obiectum spei est visio dei. Resp.
distinguendo si illa dictio quatenus dicat rationem finalem
obiecti spei negandum esse ans., quia non requiritur ratio finalis finalitatem
dei in deo respectu motus spei ad divina bonitas ut beatificat,
quamvis requiratur visio: si vero illa dictio quatenus
dicat conditionem sine qua, assentitur, concedendum esse ans. inde
non non sequi illud cons. — idem exponunt Cajet. Aragon
supra citati in hoc casu sect. 1a. a. 3. sententiam. et hoc ipsum dere
contineret in com. doctrina quod obiectum finale adequatum
virtutis theologicae sit increatum.
dices spes respicit deum tanquam finem ultimum ut qui
visionem vero beatam tanquam finem ut quo. Sed ex fine
ut qui et fine ut quo, constituitur unus integer finis ut do
cent D. Th. 1a 2ae q. 11. a. 3. ad 3. et alij ibidem. Ergo ex illis cons
tituitur unum integrum obiectum finale adequatum spei obiectum.
et unum aggregatum ex bono increato et creato.
Resp. concessa ant. et 1a. cons. in quibus ex nostris denotatur
unumquodque illorum esse obiectum finale inadequatum neganda
et 2a cons. in qua id denotatur, neque sequitur ex ant. namcum
dicitur ex fine ut qui et fine ut quo constitui unum integrum
finem et unum obiectum id ita intelligitur ut ex utroque constituatur
unus finis et unum obiectum concurrente quolibet suo modo iuxta
suam naturam ac dignitatem huic autem consentaneum est ut
bonum increatum respectu virtutis theologicae sit adequa
tum obiectum finale, vero cuius alia attingantur quasi obiecta ma
terialia ex utroque constituatur unus finis et unum obiectum
constans ex finali et materiali neque probatur unumquodque debere
esse obiectum finale quin potius solum bonum increatum esse obiectum
finale virtutis theologicae iuxta com. doctrinam probatum est supra in
hoc casu sect. 1a. post. 3. sententiam.
2m arg. est. virtuti theologicae non obstat habere pro obiecto finali in
adequato aliquid creatum. Ergo dici potest obiectum finale inadequa
tum spei theologicae esse bonum creatum beatitudinis finalis.

ans. probat. quia virtus theologica solum postulat deum ut im
mediatum et praecipuum ratione obiecti, non vero excludit aliquid crea
tum quasi complementum illius in ratione obiecti formalis; nam
ex eo quod habeat deum pro immediato et praecipuo ratione obiecti in
adaequati sufficienter distinguit a quacumque morali cui id non convenit, ergo
erit virtus theologica etsi habeat pro obiecto formali inadaequato aliquid
creatum.

Resp. negando ans. si sermo sit de virtute quae sit proprie et pure theologica iuxta
communem doct. quae absolute et simpliciter dicit obiectum formale virtutis
theologicae esse deum ut probatum est supra in hoc cap. sect. 1a post. 3 sententiam
nam eo ipso quod aliqua virtus haberet pro obiecto formali inadaequato aliquid
creatum non esset ita absolute et simpliciter verum asserere illius
obiectum formale esse deum, et consequenter illam non esse simpliciter et
proprie ac pure theologicam sed quasi mixtam seu mediam ut statim
dicam.

Ad probat. vero respondemus negando ans. quia eo ipso quod aliquid creatum esset comple
mentum in ratione obiecti formalis quasi pars obiecti formalis iam talis vir
tus non specificaret absolute et simpliciter adeo pro a toto illo aggregato
ut ab obiecto formali ac proinde non esset pure theologica sed mixta seu
media neque illi conveniret id quod absolute et simpliciter ex communi doct.
dicit virtutem theologicam habere pro obiecto formali deum et ab illo
specificari ut loco proxime citato ostensum est.

Ad illud vero quod addit, quod ex eo quod aliqua virtus haberet deum
pro immediato et praecipuo ratione obiecti inadaequati sufficienter distin
gueret a quacumque virtute morali Resp., quamvis illa sufficienter
distingueretur quoad hoc quod non esset una ex illis virtutibus sim
pliciter et pure moralibus quarum obiectum formale adaequa
tum est solum aliquid creatum non inde esset sufficienter constitu
ta in ratione virtutis simpliciter et pure theologicae ut ex communi
doctrina proxime dictum est. unde quod ad rem attinet esset
quasi mixta seu media inter virtutem simpliciter et pure
theologicam et moralem. atque hic sensus de re in praesenti
contendit, nec est cur sistat sed de nomine si aliori modo
illa nominaretur theologica.

Urgebis. nihil obstat quominus homo possit habitu elicere quen
dam

actum spei ad quem [illegible] motivo formali simul bonum creatum et increatum. Sed talis actus non esset alterius virtutis quam spei theologicae. Ergo

Respondeo distinguendo maiorem quamvis illud concedi posset de actu naturali quia in ordine naturae accommodatus multiplex concursus naturalis quo homo posset naturaliter sicut in actibus naturalibus intellectus ita et voluntatis, aliquando assumere conjunctim pro motivis formalibus inadaequatis ad unum actum specificum ea quae specificarent diversos actus si unum quodque assumeret pro motivo formali adaequato v.g. potest homo unico actu naturali voluntatis velle conjunctim diversos fines inadaequatos quorum quilibet posset alio actu assumi ut motivum adaequatum, tamen in ordine supernaturali non habet fundamentum ad id asserendum, nam concursus supernaturalis exhibet gratia per se et per modum virtutum per se singularum quarum quaelibet est determinata ad suum obiectum formale specificum.

Unde sicut ex fundamentis communis doctrinae constat gratiam ordinariam legem supernaturalem non exhiberi varios concursus supernaturales ad actus charitatis supernaturalis tali modo diversos ut unus habeat divinam bonitatem pro obiecto formali adaequato, alter vero pro inadaequato sed semper actus supernaturalis charitatis theologicae habet pro obiecto formali adaequato increatam bonitatem sicut etiam semper actus fidei supernaturalis theologicae habet pro obiecto formali adaequato divinam veracitatem ut ex doctrina D. Thomae et aliorum probatum est supra in hoc casu sectione 1a articulo 3 sententiam. Ita suo modo dicendum est quemcumque actum supernaturalem spei theologicae habere pro obiecto formali adaequato bonum increatum ut ibidem dictum est.

Dubitari solet an spes fides et charitas naturaliter adquisita sit virtus theologica.

Suppositum est huius modi habitus posse naturaliter adquiri non solum circa obiectum naturale sed etiam aliquo modo improportionato circa obiectum supernaturale sicut aliqua via proportionatum, ut dictum est superius disp. 1a casu 5 difficultate 4 § ex dictis, in praesenti autem dubio 1a sententia absolute affirmans tales habitus esse virtutes theologicas tribui solet Scoto 3. Sententiarum d. 26. ex unica sed illi ubi post § ad 3. dicit versus tres conditiones, supponens ad virtutem theologicam solere exigi tres conditiones quarum 1a est respicere Deum pro obiecto 2a regulari 3a

1ª regula 3ª immediate infundi a deo. Subdithare conditionalem si omnes istę tres conditiones requirant scilicet fides charitas et spes adquisitę non sunt virtutes theologicę quia deficiunt in 3ª conditione. si vero non requirat sufficiat 1ª conditio seu 1ª cum 2ª sunt virtutes theologicę.

2a sententia absolute negat illas esse virtutes theologicas imo addit neque esse proprie virtutes. ita Aragon in q. 17 a. 5. § ego tamen v. dico 2º et alij ibi.

3 sententia cum d. asserit illas esse virtutes theologicas large non stricte. ita Gabriel 3 sententiarum d. 26 q. unica a. 2 c. 1ª et alij.

Dicendum illas esse theologicas si habeant deum pro obiecto formali adęquato, nam ex adęquato obiecto formali divino specificante dicitur virtus theologica hoc est divina quod autem aliqua virtus infundatur a deo et sit supernalis non constituit illam in ratione virtutis theologicę. nam id etiam convenit virtutibus moralibus infusis quę non sunt theologicę ut constat.

Dixi sub conditione si illę habeant deum pro obiecto formali adęquato nam alia erit ratio si habeant aliquid in adęquatum obiectum formale creatum; sic enim ex obiecto formali non erunt proprie theologicę ut probatum est difficultate praecedenti. an vero sint proprie virtutes est ratio dubitandi pro parte negante ex D. Th. in q. 62 a. 3 ad 2 ubi loquens de fide et spe naturali dicit: illas deficere a ratione virtutis quia inquit, imperfectionem quandam important nam fides est de ijs quę non videntur et spes de ijs quę non habentur. quę sane ratio videtur etiam habere locum in fide et spe supernali, siquidem hę etiam in suo ordine supernali important similem imperfectionem.

Caiet ibidem § in responsione ad 2m distinguendo asserit fidem et spem adquisitam si sint de obiectis supernalibus magis deficere a ratione virtutis quam si sint de obiectis naturalibus quia inquit, virtutes oportet esse non qualescumque habitus sed tales qui sint dispositiones perfecti ad optimum reddentes actus proportionatos obiecto; fides autem et spes adquisita circa supernalia non sunt proportionatę obiecto supernali quia ad supernalia ordinant per vires naturę. unde infert illas magis deficere a ratione virtutis quam fidem et spem adquisitam circa naturalia

ca naalia.

Sed quoniam nomen virtutis sumi solet varijs modis strictioribus aut latioribus, eodem modo ac habitus perfectiores aut imperfectiores adhibenda est distinctio haec. virtus sumitur uno modo stricte pro habitu perficiente potentiam ad actum infallibilem qui ex suo modo tendendi non sit expositus falsitati seu fallibilitati et hoc pacto fides, spes et charitas acquisita quae non nititur motivo adaequato infallibili sed habet aliquod motivum humanum fallibile non est virtus sicut neque habitus opinionis et fidei humanae qui ex suo modo tendendi est expositus falsitati.

hoc modo locum habet id quod Aragon supra citatus in 2a 2ae et Joannes Azorius 1a p. institutionum moralium lib. 9. cap. 1o. q. 2. et alij dicunt tales habitus acquisitas non esse virtutes ad illorum autem differentiam concedit fidem, spem infusam esse virtutes quia non sunt expositae falsitati et fallibilitati quamvis includant hanc imperfectionem quod fides sit de ijs quae non videntur et spes de ijs quae non habentur ut loquitur D. Th. supra citatus. neque vero est de ratione virtutis quod illius actus sit optimus simpliciter sed satis est quod sit in suo genere optimus non expositus falsitati neque fallibilitati ex suo modo tendendi. et sic potest intelligi illa diffinitio qua ex Aristotele 7. phys. text. 17. virtus diffinitur esse dispositio perfecti ad optimum si tibi illa particula optimum referatur ad actum in quem ordinatur virtus. nam potest etiam aliter exponi ut virtus dicatur dispositio perfecti ad optimum: quia est bona qualitas habitualis superveniens subiecto in esse naturae perfecto et disponens illud in suo genere ad optimum, hoc est ad finem optimum qui est bonum optimum. item ad optimum statum operandi facile et prompte actus illius generis in quos inclinat ut exposuimus supra disp. 1a. cap. 1o. ad 1m. obiectum et alibi.

alio modo virtus sumi potest latius pro habitu perficiente naturam ad actus quomodocumque bonos recta rationi consentaneos contra differentiam, quia ex D. Aug. 1o. lib. 4. contra julianum cap. 3. fere

ad medium virtus differt ve animi habitus mo non atq. roi consentaneus, et hoc pacto fides spes et charitas natlit adquisita etiam qdo non het p obto frali adequato deum sibi nihil pravum sed solum bonum honestum amplectat quia virtus cum sit habitus bonus ratq. roi consentaneus.

3a diff. cs qd spes habeat p obto frali deum sub roe boni ardui. vbi quomodo pertineat ad irascibilem et distinguat a desiderio.

ad hanc difficultatem obijcit 1o authoritas D. thomae 1a 2ae q. 40 a. 1o corpore et ad 2m. vbi sic ait: obtum spei non est bonum futurum absolute sed cum arduitate, et difficultate adipiscendi. et 2a 2ae q. 17 a. 1 corpore. obtum vnq. spei est bonum futurum arduum. qd etiam docet in eadem q. a. 3. corpore et q. 18 a. 1. ad 3m. et alibi saepe. Ergo ex illius mente obtum frale spei theologicae est deus sub roe boni ardui.

Rx nego coam, si sensus sit arduitatem sumptam p diffi obti consequendi ee roem fralem obti moventis et specificantis actum spei: neq. D. th. id asserit, sed potius 1a 2ae q. 23 a. 2. corpore paulo ante finem dicit: bonum arduum sive difficile habere roem vt in ipsum tendat in quantum est bonum; at vero in quantum est arduum potius habet rationem vt ab ipso recedat. et q. 25 a. 3. ad 2. asserit arduum non ee roem accedendi, l. appetendi sed potius bonum. vnde contradas in priori loco ad illum a. 2. g nota verbum. ait: bonum est roe cuius tendit spes per spem arduitatem vero ee conditm obti spei. qd etiam docent Petrus de Lorca 1a 2ae to 1o in 14 de actibus humanis diss. 48. titulo de spe § dicendum est et alij.

quare lt non sit absolute negandum obtum spei ee bonum arduum id tamen non est ita intelligendum, quasi arduitas sumpta p difficultate sit ratio fralis obtiua mouens et specificans actum spei. eaq. probatum est supra in hoc casu sit 2a. prot autem ita intelligi vt arduitas sit conditio obtiua seu qd male qd roe boni vnq. quasi obti fralis per se intenti respicit, vt superandum per eum indiuidualem actum cui absolute tribuit nomen spei vt

diximus in illa sect. 2.a ad finem et amplius exponet. infra.

Dices: appetitus irascibilis et illius actus distinguunt specie ab appetitu concupiscibili et eius actibus. Pb. hu.d. quenit ex eo q.d obiectum irascibilis e bonum prout habet rationem ardui l. difficilis, n. v.o obiectum concupiscibilis ut docet d. th. 1.2. q. 23. a. 1. corpore. et q. 25. a. 1. et q. 40. a. 1.o ergo arduitas respicit ab irascibili et illius actibus ac proinde ab actu speci quasi obiectum formale. nam sola diversitas conditionis aut obiecti materialis n. variat speciem.

Circa ans. e controversia int. authores an appetitus irascibilis distat realiter et specie a concupiscibili. notandum autem e aliud esse loqui de appetitu sensitivo aliud vero de appetitu intellectivo seu rationali hoc e de voluntate. et quidem q.d in hac n. distinguatur realiter potentia irascibilis et concupiscibilis e com. sententia cum d. th. 1.a p.te q. 82. a. 5. corpore. et fundamentum e, q.a voluntas e potentia spiritualis propter suam perfectionem respiciens ut sic omne bonum, ut intellectus omne verum. atq. hec ratio probat n. ee necessarium voluntatem distingui in plures potentias realiter, imo neq. formaliter specie distinctas in uno subiecto, ut neq. intellectum in plures potentias cognoscitivas.

De appetitu autem sensitivo q.d in illo distinguant realiter et specie potentia irascibilis et concupiscibilis docent d. th. 1.a p.te q. 81. a. 2. et q. 82. a. 5., Caiet. et alij ibidem. et plures alijs locis quos late refert et sequitur Salas 1.a 2.e t. 1.o tract. 9. disp. 1.a sect. 1.a. fundamentum e q.a cum appetitus sensitivus sit potentia corporea et materialis pendens ab organis et dispositionibus corporeis n. e illi consentanea tanta illimitatio et perfectio ut per unicam simplicem facultatem extendatur ad omnia sensibilia appetibilia cum tanta varietate actuum per

tam diversos modos tendendi et tam varias dispositiones ac requirunt ad finem non sensitivum, sed non limitatio et imperfectio potentiae corporeae, quae in causa ut in quolibet animali constituat aliqua distinctio realis et specifica aliquorum sensuum et internorum ut communiter conceditur cum Arist. lib. 2. de anima text. 155 et et 156. ita certe non est unde ostendatur cur simili ratione suo modo non sit concedenda in quolibet animali distinctio realis et specifica aliquarum potentiarum corporearum appetitivarum ac proinde convenienter sint concupiscibilem et irascibilem corpoream concedit ex communi sententia gravium authorum cum Dith. ubi supra. neque aliunde quod hoc affert aliquid firmum ex gravi authoritate aut ratione praeponderante et ex paucis quibusdam authoribus quos non nulli recentiores referunt in oppositum, aliqui aut reipsa id non affirmant, aut ut constabit eos legenti procedunt in aliis principiis v.g. quod potentiae animae non distinguantur realiter ab anima et inter se, neque sensus externi aut interni sint in sua entitate distincti quamvis dicant illos vocari distinctos ratione diversorum organorum et variarum dispositionum requisitarum ad actus quae principia non admittuntur ab ipsis recentioribus.

Notandum autem est quod in praedicta sententia distinguente realiter et specifice irascibilem sensitivam a concupiscibili non sequi illico obiectum formale esse bonum arduum ita ut arduitas sumpta pro difficultate sit ratio formalis obiecti moventis et specificantis ut partim dictum est in solutione ad 1^{m} obiectionem huius difficultatis, et superius in hoc casu sect. 2^{a} et plenius ex parte ex infra dicendis.

Supposita igitur praedicta communi sententia quod in voluntate non distinguatur realiter et specie potentia irascibilis et concupiscibilis quamvis distinguatur in appetitu sensitivo. ad obiectionem propositam dico negando antecedens quatenus denotat sensum allegatum quod appetitus irascibilis et concupiscibilis distinguatur specie certe in voluntate. atque ita ista obiectio ex capite quo supponit dari irascibilis et concupiscibilis non habet vim in proposito in quo agitur de spe spirituali pertinente ad

appetitum spiritualem hoc est voluntatem inquantum distinguitur specie irascibilis et concupiscibilis. adhuc autem in illa obiectione restare potest difficultas ex alia parte attingente actuum quae potest dari etiam si non supponantur potentiae distinctae hac autem difficultate dicendum est in sequenti obiectione

2a obiectio est. quamvis in voluntate non distinguatur realiter neque specie potentia irascibilis et concupiscibilis adhuc tamen verum est actum spei pertinere ad voluntatem quatenus est irascibilis, et distingui realiter et specifice ab actu desiderij et alijs actibus pertinentibus ad voluntatem prout est concupiscibilis. probatur et hic est quia convenit ex eo quod actus spei habeat pro obiecto bonum arduum, quod bonum sub ratione boni ardui est obiectum spei theologicae.

maior probatur ex D. Th. 1a parte q. 82. a. 5. ad 2um ubi dicit eam dem potentiam voluntatis dici irascibilem et concupiscibilem et in illa fore est irascibilis est spem, charitatem vero esse in illa prout est concupiscibilis. quod autem etiam in voluntate actus spei distinguatur realiter et specifice ab actu desiderij, et ab alijs actibus pertinentibus ad illam prout est concupiscibilis probatur etiam ex eodem D. Th. 1a 2ae q. 23. a. 4. et q. 4. a. 1. et alijs locis ibi in margine citatis in quibus absolute docet actum spei distingui ex obiecto ab actu desiderij et alijs actibus concupiscibilis, quod inde significat eius distinctionem specificam.

minor vero quod talis distinctio conveniat ex eo quod actus spei habeat pro obiecto bonum arduum probatur etiam ex D. Th. in eisdem locis proxime citatis et suasa probatur ratione. quia si attendat solum ratio obiectiva boni fieri potest ut eadem met sit obiectum actus spei et actus desiderij v.g. deus ut bonus nobis potest a nobis et desiderari et sperari, ergo si actus spei distinguitur specifice ab actu desiderij necesse est aliam distinctionem convenire ex eo quod habeat

probatur posito tali bonum non vi cum q[uo]d sub ratione ardui.

R. concedendo maiorem quoad eam partem quae dicit actum spei pertinere ad voluntatem quatenus dicitur irascibilis, nempe ipsa voluntas dicitur aliqua ratione irascibilis prout inclinat in actus suo modo similes iis quos habet appetitus sensitivus irascibilis, sicut etiam dicitur aliqua ratione concupiscibilis prout inclinat in actus suo modo similes iis quos habet appetitus sensitivus concupiscibilis.

Observandum non est nomen irascibilis et concupiscibilis absolute et simpliciter prolatum solere sumi prout pertinet ad appetitum, id est appetitum sensitivum et in hoc sensu intelligunt multi graves authores absolute asserentes spem theologicam non pertinere ad irascibilem. q[uo]d recte exponit verbis D. Tho. 3. Sententiarum D. 26. Q. 2. a. 2 ad 1m. ubi sic ait: omnes authores distinguentes irascibilem a concupiscibili sive sancti sive philosophi ponunt irascibilem et concupiscibilem in appetitu sensitivo. et ideo dicendum est q[uo]d subiectum spei prout dicitur virtus theologica non est vis irascibilis sed voluntas in quantum actus eius spes dici potest. et subdit: nisi forte ipsam voluntatem in quantum habet actus similes actibus irascibilis dicamus irascibilem sed hinc inquit irascibilis et concupiscibilis non erunt diversae potentiae sed nominabunt eandem potentiam scilicet voluntatem propter diversos actus.

item in eodem libro de Veritate Q. 25. a. 3. ad 8. charitas inquit et spes non sunt in irascibili et concupiscibili proprie loquendo cum dilectio charitatis et expectatio spei sint sine passione (nempe sine passione sensitiva) sed dicitur charitas esse in concupiscibili in quantum est in voluntate prout habet actus similes concupiscibili et simili ratione dicitur esse spes in

irascibili.

cc.a aliam vero partem maioris in qua dicit actum spei distingui realit. et specifice ab actu desiderij; et alijs actibus pertinentibus ad voluntatem prout concupiscibilis est dissensio int. autores an actus spei sit idem quod actus desiderij. partem affirmantem sequuntur Scotus 3. sententiarum d. 26. q. unica Gabriel ibidem Almainus tract. 2. moralium cap. 3. et alij. in illam etiam inclinat Salas 1. 2. t. 1. tract. 9. disp. 3. sect. 3. n. 81. ubi dicit spem expectationem et desiderium eandem actum significare quamvis in modo loquendi diversam constructionem habeant sperare expectare et desiderare. Negantem sententiam tenent D. Th. 1. 2. q. 23. a. 4. et q. 40. a. 1. Caiet. Conradus Medina et alij ibidem.

Pro distinguendum nomen desiderij sumitur aliquando late pro quovis affectu ut cumque aliquod bonum obtante qui affectus solet etiam late dici cupiditas et hoc modo actus spei dicitur etiam desiderium seu cupiditas iuxta mannam loquendi quo D. Aug. t. 5. in lib. 4. de civitate dei cap. 18. ad medium referens illud Virgilij: hinc metuunt cupiuntque dolent g. nomen cupiditatis comprehendit spem oppositam metui ut in dicat illis verbis hinc metuunt cupiunt quod; iuxta hanc latam acceptionem actus ille quo D. Th. 3. p. q. 7. a. 4. corpore et ad 1.m dicit ipsum dominum sperasse beatitudinem sui corporis. item ille actus quo aliquis beatitudinem illam sperare, non est actus est spei stricte et proprie sumptus pertinentis ad spem theologicam sed est quoddam desiderium Charitatis ut expresse D. Th. asserere dicit cc.a illum locum post in materia de incarnatione explicuimus. Unde constat aliquando actum spei et desiderij late sumi pro eodem. Unde Azor t. 1. moralium institutionum lib. 3. cap. 9. advertit q. 2. eundem apud aliquos qui praedictum actum appellant spem, et apud alios qui illum nominant desiderium Charitatis.

alio mô vocem desiderij sumitur strictius pro affectu qui ex
tantum aliqd bonum non utcumque sed tali mô ut qui
illius affectus non deferet illud bonum ut futurum neque
2m existimationem, neque tendat in illud ut arduum erecto
animo ad superandas difficultates. et sic desiderium
condistinguitur ab actu spei qui stricte et proprie sumptus
denotat affectum erecti animi ad superandas difficulta
tes circa bonum arduum futurum saltem 2m existima
tionem. atque hoc mô locum het id qd D. Th. et alij 1.2. q.40
a.1. communiter docent ad actum spei exigi has 4r. conditiones
ex parte obiecti. 1a. quod ut sit bonum. 2a ut sit possibile adipisci.
3a. ut sit futurum, nempe saltem 2m existimationem. 4.
ut sit arduum cum difficultate acquisibile. ex ordine autem
ad collationem horum omnium requisitorum (quae late
dici solent conditiones obiecti) actus spei stricte et proprie sump
tus condistinguitur semper saltem, ualiter secundum individua
liter ab actu desiderij stricte et proprie accepto non includente
ordinem ad collationem harum conditionum. et in hoc sensu
intelligitur id qd in maiori 2a obiectionis proposita dicitur actum
spei pertinere ad voluntatem quatenus est irascibilis, et
distingui ualiter ab actu desiderij pertinentis ad illam qua
tenus est concupiscibilis.

ad illud vero qd in eadem maiori supponitur actum spei
distingui non solum realiter sed etiam specifice ab actu desiderij
Dist. id negando si velit intelligatur de actibus pertinen
tibus ad voluntatem, cd qd sit de actibus pertinentibus
ad appetitum sensitivum nam cum in voluntate
irascibilis et concupiscibilis non sint potentiae diversae speciei
sed sit una et eadem potentia ut ex com̄i doct cum D. Th. dictum
est in hac disput. ad 1m obiectum fieri pot ut propter unam
et eandem vocem formalem obiectivam boni in se efficiant
actus spei et desiderij qui propter idem obiectum formale non assi
stente ex parte potentiae diversitate specifica cum etiam aliunde

non ostendit cum necessitas sint eiusdem speciei quamvis distinguantur individualiter materialiter praesertim quod actus spei respiciat ex parte obiecti 4or conditiones superius praecedenti sectione enumeratas quas non respicit actus desiderij. et sic actus spei theologicae quo propter deum sub ratione boni nostri speramus aliquid non est diversae speciei ab actu desiderij quo propter eundem deum finale desideramus licet distinguatur individualiter materialiter.
hoc autem stare potest etiam in sententia concedente actum spei et desiderij in appetitu sensitivo irascibili et concupiscibili semper distingui specie propter diversum specificum modum tendendi proprium harum potentiarum in quibus propter limitationem et imperfectionem potentiae corporeae distinguitur realiter et specie in irascibili et concupiscibili quae in voluntate propter perfectionem et maiorem illimitationem potentiae spiritalis non distinguitur. sicut saepe in aliis rebus contingit vires realiter et specie diversas in entitatibus inferioribus uniri identice et specifice in alia entitate superiori.
quare sententia asserens in appetitu sensitivo quemcumque actum irascibilis distingui a specie a quocumque actu concupiscibilis (quae videtur sententia D. Thomae ut colligitur ex iis quae docet 1a 2ae q. 23 a. 1. et 4 et q. 40 a. 1. ubi specialiter agit de passionibus appetitus sensitivi) videtur magis probabiliter defendi asserendo tales potentias ex sua propria limitatione, ratione habere diversum specificum modum tendendi in suis actibus quam assignando bonum arduum pro obiecto finali irascibilis, nam quod arduitas sumpta pro difficultate obiecti consequendi non sit quid finale ex parte obiecti moventis et specificantis actum irascibilis sed sit veluti conditio etiam iuxta doctrinam D. Thomae et expositorum illius ostenditur ex supra dictis in hoc casu sectione 2a. § primus modus. et § 4us modus sane. ipse dicens tamen hanc diversitatem specificam videtur referre ad diversum modum tendendi harum potentiarum sensitivarum nempe 1a parte q. 81. a. 2. corpore agens de irascibili sen

sitiva aut cuius obiectum dicit esse arduum quae tendit ad hoc quod superet contraria et supereimineat eis et postea subdit. hanc vocat irascibilem esse quasi propugnatricem et defensatricem concupiscibilis. / idem est quod dici solet illi convenire modum tendendi creatum elevatum et supereminentem ad superanda contraria et impedimenta ac difficultates qui modus tendendi non competit concupiscibili sensitivae propter limitatem et imperfectionem potentiae corporeae cui non est consentanea tanta perfectio, ut una simplici facultate extendat ad efficiendam tantam varietatem actuum sub diversis modis tendendi circa bonum absolute et circa bonum arduum cum irascibilis debeat efficere varios actus contra inclinationem concupiscibilis, nempe debet aggredi difficultates quas refugit concupiscibilis.

nota Unde constat in hac re esse peculiarem rationem dissimilem illi quae reperitur in aliquibus potentiis corporeis quae per unam et eandem entitatem producunt aliquem effectum et simul etiam superant aliquod impedimentum sine efficientia positiva diversorum actuum et sine renitentia vel contrariis inclinationibus v.g. eadem levitas ignis ascendit sursum et superat medium sibi resistens et idem calor producit alium calorem et superat frigiditatem sibi resistentem potius cum in eadem re opposita est simile in eo quod rebus naturalibus conveniunt diversae qualitates ad efficientiam diversorum effectuum quibus movent ad suos terminos et agunt ac pugnant cum contrariis nempe levitate aut gravitate ascendunt vel descendunt. at vero frigore vel calore agunt et pugnant cum contrariis.

praedicto igitur modo apte intelligi et defendi potest id quod D. Thomas et alii ubi supra dicunt appetitum sensitivum concupiscibilem habere

pro obo bonum sensibile in se et simpliciter absolute
circa qđ suppositis diversis requisitis versatur varijs actibus
amoris et desiderij et gaudij et e contra circa malum absolute et
simpliciter suppositis etiam varijs requisitis versatur diversis
actibus odij et fugae ac tristitiae. at vero de appetitu sensi
tivo irascibili (ita nominato ab ira quasi ab actu
manifestiori) asserunt illum habere pro obto bonum
sensibile arduum qđ ita exponendum est ut arduitas con
iuncta bono sensibili quo illa per sensum phantasiae
proponi potest maliter cum illud sensibile qđ affert difficul
tatem seu contrarietatem .s. impedimentum sit con
ditio ad excitandum ipsum appetitum irascibilem ad
modum tendendi erectum et elevatum quo scilicet boni mo
ventis superet arduitas affectu irae et spei et audaciae
e contra vero qđ magnitudine mali deijcitur animus ex
citatur affectus timoris et desperationis. de distinctio
ne autem omnium praedictorum actuum ex obiecto tractat
D. Thom. 1.2. q. 23. usque ad 46. ubi Caiet. Medina Con
radus et Salas etc.

4 Dissiccas qđ nulla ratio formalis obiectiva
boni divini per spem attingatur quae etiam non
attingatur per charitatem et e contra ac proinde
qđ idem sit obum formale utriusque.

in hac difficultate est .1m. arg. hoc modo. nulla ratio formalis ob
iectiva boni divini per spem attingitur quae non attingatur etiam
per charitatem et e contra ergo idem obum formale spei et chari
tatis. conseq. probatur. quia eo ipso qđ nulla ratio formalis boni
divini per spem attingatur quae non attingatur etiam per cha
ritatem et e contra non restat ex parte obi aliqua ratio formalis
boni quae sit proprium obtum spei et non charitatis aut
e contra.

ansauitur ita probatur quia charitas diligit totum deum et omnes rationes formales existentes in illo nam cum sit perfectus amor erga deum ut est in se extenditur ad diligendas omnes rationes boni quas deus habet. ergo etiam spes expectat totum deum et omnes rationes formales in illo existentes quia sperat illum ut perfectam beatitudinem obiectivam continentem formaliter omnes rationes boni simpliciter et eminenter omnia bona. ergo nulla ratio formalis boni divini per spem attingitur quae non attingatur etiam per charitatem.

Ut explicando ans nulla ratio formalis obiectiva boni attingit per spem quae non attingatur etiam per charitatem et ergo tanquam obiectum materiale non tamen tanquam motivum formale specificans nempe spes theologica ut expositum est supra in hoc casu sit. 4 quasi suum proprium obiectum motivum formale specificans attingit deum sub ratione boni nostri nobis commodi amabilis amore concupiscentiae charitas vero licet etiam attingat non tamen attingit ut proprium motivum formale specificans sed quasi quod materiale ratione dei ut est bonus in se et propter se amabilis amore amicitiae unde quod est quod est obiectum motivum formale et specificans spei est respectu charitatis obiectum materiale et ergo idem quod est obiectum motivum formale et specificans charitatis est respectu spei obiectum materiale.

hoc exponitur ex propria obiecti formalis ratione quae consistit in hoc quod per se et ratione sui obiective (suppositis aliis in alio genere requisitis suo etiam modo concurrentibus) moveat et dirigat potentiam ad talem actum specificum per quem ratione eiusdem obiecti formalis attingunt alia quasi obiecta materialia. unde hic causalis est vera ideo hic actus est talis speciei, quia talis ratio formalis obiecti per se et ratione sui suppositis aliis in alio genere requisitis obiective, movet et dirigat potentiam ad talem speciem actus per quem ratione eiusdem obiecti formalis attin-

gunt alia que similes dicunt obta malia et in hoc sensu Locum hic id quod ex d. th. 1a pte q. 1. a. 1. corpore q. 89. a. 2. ad. 2. et alibi saepe dici solet speciem actuum et habituum debere attendi n ex roe mali obti sed ex roe frali. item etiam illud quod 1. 2e q. 18. a. 2. ad. 2. dicit obum here quodam modo roem frae in quantum dat speciem actus nempe suo modo obtiue movendo et determinando potam suppositis scilicet alijs requisitis in suo gre concurrentibus ad talem speciem actus.

in frae sensu igitur proprium motiuum frale quo obtiue mouemur et determinamur ad actus specificos talis virtutis spei theologicae est deus prout est summum bonum nrum nobis conueniens quasi primum et fons omnium nrorum bonorum et finis vltimus qui est nra beatitudo obtiua. atque ita hec ratio fralis obtiua summi boni in est cuius virtutis obtum frale specificans roe cuius attingimus quasi obta malia omnes alias roes in deo existentes nempe sciam veracitatem, omnipotentiam &a et hec causalis est vera ideo hoc affectu concupiscentiae diligimus et speramus totum deum quia deus est summum bonum nrum vt ostendit ex suo dictis sect. 4a

at vero proprium obtum motiuum frale quo obtiue mouemur et determinamur ad actus specificos virtutis Charitatis est deus prout est bonus in se et propter se amabilis amore amicitiae et ideo hec ratio fralis est proprium obtum frale Charitatis roe cuius attingunt etiam aliae roes quasi obta malia vt etiam sect. 4a ostensum est Sic etiam suo modo in fide theologica veracitas dei (quae dicitur veritas in fralit in essendo sed in dicendo, seu fidelitas de qua obit sup in hoc cap. 1. sect. 1a § 2o de hoc. et similiter roe) est obtum frale quo mouemur et determinamur ad credendum omnia alia quasi obta malia. vnde constat id quod est obum

formale unius virtutis posse esse obiectum materiale alterius et

est rationem atque est eadem est formaliter divina bonitas qua deus
est bonus in se et qua est bonus nobis. Ergo ex parte obiecti
assignatur formaliter diversum obiectum formale ex eo quod assignatur
obiectum formale charitatis esse deum prout est bonus in se
at vero spei obiectum formale spei esse deum prout est bonus
nobis. consequentia bene infertur supposito antecedenti ut constat
antecedens vero ita probatur. quia bonitas qua deus est bonus
in se est formaliter tota increata perfectio qua deus
est in se perfectus omnibus rationibus sibi conve
nientibus. Sed eadem etiam formaliter tota increata per
fectio dei est nobis conveniens et nostra beatitudo ob
iectiva. Ergo eadem est formaliter bonitas qua deus est bonus
in se et qua est bonus nobis.

Respondeo negando antecedens si sermo sit de omnimoda identitate
formali rationem explicitam in antecedens sit in eo bonum
divinitur in bonum in se et bonum alteri quasi in
membra aliquo modo condistincta saltem rationem
formalem explicitam ita ut eo modo in praesenti locum
habet aliqua formalis distinctio rationem explicitam inter divi
num bonum prout scilicet illius deus est bonus in se
et prout est bonus nobis id quod iuxta communem doctrinam doctoris
et aliorum gravium auctorum nostrorum et S. Thomae ostendit
ex his quae adducta sunt supra in hoc casu sectione 4.

Ad probationem vero antecedentis Respondeo concessa maiori exponendo mino
rem eadem formaliter tota increata perfectio dei est nobis con
veniens non tamen secundum eandem formalem rationem explicitam qua
est bonitas dei in se nam prout est bonitas dei in se
explicite dicit divinam perfectionem secundum rationem absolutam
qua deus est in se ipso bonus; at vero prout est nobis

convenientis importat illam explicite rationem respectivam qua est nobis commoda et haec finalis d. rois explicate sufficit ut deus attenta explicate priori ratione diligatur amore amicitiae quae est charitas: at vero attenta explicite posteriori ratione diligatur amore concupiscentiae qualis est spei theologicae ut fundamentum ratione authoritatis et ratione probatum est in praedicta sect. 4a.
hoc autem explicatur etiam ex doct. Arist. lib. 9. ethicorum ad Nicomacum cap. 5. ad f. qui dicit: eum qui diligit aliquem spe utilitatis consequendae non illi sed sibi potius benevolum esse, neque se gerere ut amicum si commodi alicuius causa illi obsequitur. et lib. 2. rethoricorum cap. 4. agens de amore amicitiae dicit: eum esse quo quis bonum alicui vult illius non vero sui gratia. Benedict. intelligit id quod d. Thi. sequent. cap. 9. initio et 2. dicit ad veritatem amoris (nempe perfecti qualis est amor amicitiae) requiri ut bonum alicuius quaeratur est eius definitum praeter ea 1a 2ae q. 26. a. 4. corpore ait: id quod amatur amore amicitiae amari simpliciter et per se quia amatur ut sit bonum ei qui habet ipsam bonitatem. id vero quod amatur amore concupiscentiae non amari simpliciter et per se sed amari alteri quia amatur prout bonum alterius quo pacto dicit fieri bonum rationem quod hoc est non simpliciter et absolute prout constituit rem bonam in se ipsa sed rationem commensuratam ad commodum concupiscentis quo etiam loquendi modo d. Bernardus supra sect. 4. in 2o fundamento citatus dicit: eum qui diligit ex charitate confiteri domino quia est bonus ipse simpliciter, eum vero qui confitetur domino quia est bonus sibi amorem mercenarium et cupere sibi. item ex modo loquendi d. Dominus Anselmi in lib. de casu diaboli cap. 4. ad medium et in lib. de concordia gratiae et liberi arbitrii colum

2. et 13. prior amor dici solet affectio iustitiae poste-
rior vero commodi. unde colligitur conformiter ad
hanc doct. recte modo praedicto assignari discrimen
inter obiectum formale charitatis quae est erga deum amor
amicitiae et inter obiectum formale spei quae est erga deum a-
mor concupiscentiae.

dices. unus et idem actus specificus imo etiam numericus
est amor amicitiae et concupiscentiae respectu diversorum
nam ut docet. d. thomae q. 26. a. 4 corpore. amare
est velle alicui bonum, ac proinde motus amoris
tendit in duo nempe et in personam cui volumus
bonum, et in ipsum bonum quod illi personae volumus
respectu autem personae cui volumus bonum dicitur a-
mor amicitiae at vero respectu boni quod ei volumus
dicitur amor concupiscentiae. ergo Charitas quae est amor ami-
citiae erga deum et spes quae est amor concupiscentiae
erga eundem non exigunt inter se distinctionem specificam
ac proinde neque diversum obiectum formale.

Respondeo 1°. quod attinet ad vim consequutionis omisso ant. neganda
est cons., quia licet absolute et semper verum esset unum et
eundem actum specificum imo et numericum esse amo-
rem concupiscentiae et amicitiae respectu diversorum
terminorum. inde non sequitur eum esse dicendum respectu
unius et eiusdem termini ac proinde non infertur respectu eiusdem
dei amorem amicitiae proprium Charitatis et amo-
rem concupiscentiae proprium spei esse unum et eundem
specificum et habere idem obiectum formale.

Respondeo 2°. quod attinet ad ant. quia in illo solet esse ambiguitas propter
varias acceptiones amoris concupiscentiae aut materialiter
aut formaliter sive illius qui dicitur amor merae concupiscen-
tiae, vel illius qui ut cumque appellatur late amor concupi-
scentiae. oportet ita distinguere. amor concupiscentiae
materialiter ex obiecto mali quod concupiscitur alicui personae idemque

et idem actus specificus uno et numericus cum amore amicitiæ erga personam cui ipse illud concupiscit. cæterum amor concupiscentiæ formalis hoc est ille qui formali motivo habet proprium obiectum amoris concupiscentiæ distinctum realiter et specie ab amore amicitiæ proprii et formalis.
hoc ita explicatur sicut dupliciter dici potest aliquis actus misericordiæ uno modo materialiter hoc est ex obiecto materiali quod sit volitum propter obiectum formale alterius virtutis v.g. charitatis ut ex. gr. aliquis vellit dare eleemosynam pauperi ex formali motivo charitatis et hoc modo talis actus qui materialiter dicitur misericordiæ est unus et idem actus specificus uno et numericus cum tali actu individuali charitatis vollentis dare eleemosynam ex formali motivo ipsius charitatis; alio vero modo actus misericordiæ sumi potest formaliter ex formali motivo virtutis moralis misericordiæ ut si quis vellit dare eleemosynam propter honestatem creatam subveniendi pauperi et hoc modo talis actus distinguitur realiter et specie ab actu charitatis. ita suo modo dicendum est amorem concupiscentiæ sumi posse uno modo materialiter, et sic posse esse unum et eundem actum cum amore amicitiæ, alio vero modo sumi formaliter et sic distingui realiter et specie ab amore amicitiæ habentis obiectum formale proprium condistinctum ab obiecto formali amoris concupiscentiæ. —
quoniam igitur spes theologica versatur erga deum amore concupiscentiæ non solum materialiter sed formaliter, ita ut pro motivo formali habeat deum, ut bonum nostrum quod est obiectum formale condistinctum ab ~~obiecto~~ formali amoris amicitiæ per quem diligitur deus ut bonum sui. inde et propterea ut constat ex adductis in hoc capite sectione 4. id circo recte est spem theologicam distingui realiter et specie a charitate

ut etiam probant fundamenta ibi proposita et sic dicta diss. 12.a cap. 3.

5.a diffas quod amor concupiscentiæ erga deum non sit licitus, ac proinde non pertineat ad virtutem spei theologicæ. ubi an tali actu diligatur deus super omnia.

ratio difficultatis est, quia non videtur licitum versari amore concupiscentiæ, et taliter erga deum ut bonum nobis. ergo virtus spei theologicæ non versatur erga deum tali amore. antecedens probatur quia amare deum ut bonum nobis est referre illum ad nos tanquam ad finem, et uti illo quasi medio ad nos relato qui amor est inordinatus, siquidem deus est ultimus finis qui debet ordinate diligi propter se.

Respondeo negando antecedens quia rectæ rationi et legi naturali ac divinæ conformum est diligere deum ut nostrum ultimum finem et nostram beatitudinem ultimam quod est amare illum nobis ut summum bonum nostrum. ad probationem vero respondeo negando antecedens quia potius eo amore diligimus deum ut nobis bonum quasi nostrum finem ultimum, ac proinde non utimur illo quasi medio sed volumus illum nobis velut ultimum finem nostrum, in quo affectu saltem implicite et virtute includitur quod omnia alia referibilia quasi media referamus ad illum siquidem volumus illum ut finem ultimum, et eo actu quod velimus illum ut finem ultimum nobis, non sequitur quod referamus illum ad nos tanquam ad finem simpliciter, sed tanquam ad finem cui quod in eo genere quo dici solet finis cui hoc est subiectum perfectibile cui volumus summam perfectionem supremi boni quod est simpliciter finis ultimus qui licet debeat simpliciter diligi propter se negative hoc est ita ut nunquam diligatur propter aliud tanquam propter finem ultimum, non tamen debet semper quovis affectu diligi propter se positive eo modo quo illum diligit charitas ut bonum in se et propter se ut exposuimus supra disp. 1.a cap. 2. ad 1.um praeterea eo etiam amore concupiscentiæ

quo diligit ut bonum nobis dici potest diligi quia sit ut supra
dicit in hoc sensu qd diligit propter suam bonitatem increa
tam qua est bonum nobis. atq hunc sensum significat d. th.
1a p. q. 60. a. 5. ad 2.
dices cuiusque qd aliquis diligat deum ut bonum sibi diligit
se plus quam deum nam se diligit amore amicitiae quasi
personam cui vult bonum; at vero deum diligit tanquam
bonum qd sibi concupiscit. qd talis amor est inordinatus
nam peruersum est diligere se plus quam deum siquidem
deus est super omnia diligendus cum sit summum bonum
Huic [illegible] aliqui ut Vazq. [illegible] 1.2. [illegible] in re
latio nibus ea a. no 33. respondet concedendo maiorem
et negando minorem qd in quantum est in communi ad ali
quo amore Angelus aut ho diligat se ipsum plus quam
deum. ad illud vero qd dicit deum esse diligendum super om
nia si intendat inquit quo vis loco insta citando et alij idem
placeant respondent id in ita intelligi quasi necesse sit
in quolibet actu amoris vel te amandi qd cumq bonum si
mul cum eo includi amorem dei super omnia positiue
hoc dicta [illegible] amoris diligat deum positiue plus
quam aliud qd ita intelligi ut nunquam aliqd contrarium
amori amicitiae dei sit diligendum plus quam deus. —
Sane hoc pendet ex eo quo intelligendum est praeceptum dili
gendi deum super omnia. a qd Vazquez exponendo mox refert
[illegible] disp. 94. cap. 4 et post quam
[illegible] cum eo [illegible] statuit illud ita intelligi qd amor
dei debet esse maximus appretiatiue neque tamen intensiue
ut sit maximus intensiue deinde inquiret in quo con
sistat hoc qd dicit amorem dei esse maximum appretiatiue,
et relatis variis sententiis tandem no 19. et 20. asserit id in
hoc consistere qd amor amicitiae erga deum sit super omnia
in quidem facta comparatione ad quaecumque bona quae dili
guntur sed ad contraria cum quibus amor dei potest stare. Ve
rius amor amicitiae erga deum. Vnde inquit qd tunc amo
[illegible] solum opponit peccatum mortale in [illegible] affectus in
cuiuscumque alterius rei dicat amor dei super omnia is cum

cum quo non potest esse ullus amor peccati mortalis.
ex hac explicatione sequitur 1º cum amorem concupiscentiae
quo ex virtute spei homo diligit deum ut bonum sibi non esse a-
morem dei super omnia, siquidem potest esse in peccatore cum
affectu peccati mortalis. 2º sequitur in eadem explicatione
locum habere id quod in solutione 1ª relata est aliqui ut V.
concedunt hominem tali amore diligere se plus quam deum
nec esse inconveniens quod homo aut Angelus aliquo affectu li-
cito diligat se plus quam deum ut dicitur in illa solutione
1ª. 3º sequitur quod ad id quod dicendus sit amor amicitiae erga deum
sit amor super omnia contraria incompatibilia cum
ipso amore amicitiae.
Sed contra hoc videtur obstare expresse D. Th. 1 parte q. 60 a. 5 corpore
asserit hominem et Angelum etiam naturali dilectione recte ordina-
ta plus diligere deum quam se ipsum. Id quod probat quia diligit
illum ut bonum ultimum; et alioqui, inquit, naturalis dilectio
esset perversa. quibus verbis significat non esse licitam illam
dilectionem qua homo aut Angelus diligat se ipsum plus quam
deum. et ibidem ad 3 concedit quod etiam Angelus malus diligit
deum naturaliter plus quam se ipsum ut id quod propositum con-
tendit.
dicendum ideo affectu quo aliquis diligit deum ut suum sum-
mum bonum plus appretiative diligere deum quam se
ipsum, et appretiative etiam super omnia diligere illum in
ratione obiecti amabilis amore concupiscentiae, quamvis tali af-
fectu non prosequatur ipsum deum in ratione obiecti amabilis amore
amicitiae. explicatur et probatur quia eo ipso quod tali affectu diligat
deum ut bonum sibi non ut conveniens sibi tanquam suum
summum bonum ut supponitur vere diligit illum appre-
tiative super omnia in ratione obiecti amabilis amore concu-
piscentiae; nam diligendo ut suum summum bonum prae-
fert illum cuicumque alteri bono quod non amat ut suum
summum bonum sed ut inferius summo bono ut
constat. cum hoc autem stat quod exercitalis amoris con-
cupiscentiae non prosequatur deum in ratione obiecti amabilis amore

amicitiae, quae ex parte illius non excludit id quod est contrarium a
mori amicitiae dei siquidem cum eo amore stat cum affec
tus peccati.
hunc sensus videtur continere in eod. Medina 1.2. q.
a. 5. colum. 3. vers. Item observandum dicit etiam pec
catore plus diligi deum quatenus est velle bonum quod ... in
roe amicitiae. deinque indicat in eod. d. th. 1. p. q. 60. a. 5.
et alij ibi docent. deum ex eo quod diligat ut velle bonum
plus diligi. item plures in eod. multi asserunt illum qui
peccat mortaliter quamuis dicatur constituere ultimum
finem in creatura et plus diligere illam in hoc sensu
quod praefert illam amicitiae dei et se opponit deo ultimo
fini dilecto amore amicitiae non tamen constituit in illa
ultimum finem simpliciter positiue ita ut seipsum et
reliqua referat in illam tanquam in optimum seu
summum bonum ut exponunt vasq. 1.2. to. 1. disp. 5.
cap. 1. et hinc etiam. Valen. ibidem disp. 1. q. 1. puncto
7. ad ultimum arg. Salas tr. 1. disp. 4. sect. 3. num.
[illegible] 1.2. q. 1. d. the disp. 2. cap. 9.
sect. 9. et in ma. de peccatis disp. 5. cap. 2. difficultate 2.
quamuis igitur amor charitatis erga deum dicatur
simpliciter amor dei super omnia appretiatiue in roe amici
tiae ubi per illa verba super omnia, sicut et quando dicitur
contritio detestari peccatum super omnia non denotatur ne
cessario requiri intensum quo ad intensionem actus neque
formalem comparationem cum omnibus alijs rebus, sed de
notatur excessus appretiationis affectus propter excellentiam
motiui cum virtuali comparatione roe cuius volun
tas habet talem amorem dei et talem detestationem
peccati ut ex parte illius parata sit potius dimoueri ab a
more alterius boni et odio alterius mali quam illius
boni quod super omnia dicitur amare et illius mali quod su
per omnia dicitur detestari ut relatis alijs autoribus exponit. S.

3 ipse to. 4. disp. 3 sect. 3 nro. 9 et 10 et disp. 4 sect. 4 nro. 7 et obliquo
modo contritio sit doloris de peccato super omnia mala, ut explicuimus in mã de pœnitentia disp. 1 cap. 6. In hoc ergo
amore per spem theologicam diligitur deus ut summum bonum
nostrum, diciturque amor deus super omnia appretiative in ratione
iucundi amabilis amore concupiscentiae propter excellentiam ipsius boni
divini ut summi boni nostri, quod affectu appretiativo concupiscentiae praefertur cuicumque alteri bono quod non diligitur ut summum
bonum, quamvis tali affectu non praeferat deus in ratione boni amabilis amore amicitiae, ut praefertur per charitatem.
quare ad obiectionem supra propositam dicendum est. Et nego illud
ans quo dicitur eo ipso quod aliquis diligat deum ut bonum
sibi plus diligere se quam deum, nam potius eo ipso quod
diligat sibi deum ut summum bonum amore concupiscentiae appretiative praefert illud sibi et aliis quae non diligit
ut summum bonum, ut ostensum est supra. Et dicendum est
idque ita exponunt, Medina q. 17 a. 2 ad finem. Aegidius
de praesentatione [illegible] to. 1o. et sua 2a n. 8. n. 8. et 3 to. 1o.
meta disp. 23 sect. 2 nro. 8.
ad probationem vero antis cum dicit eum qui diligit deum ut bonum
sibi diligere se ipsum amore amicitiae quasi personam cui
vult bonum. Dicendum ita explicando, quamvis dicat se ipsum diligere amore amicitiae materialiter hoc est ex obiecto materiali non eum
sensum quo persona cui utcumque concupiscitur bonum dici
solet amari amicitiae amore, non tali amore non est amicitiae
proprie formaliter ex obiecto formali ut appositum est supra disp. 4 post
2m arg. ad obiectionem ibi propositam dicendum in 2a solutione
nam cum talis amor ut supponit sit spei theologicae habet
pro obiecto formali deum ut summum bonum personae amantis,
ipsam vero personam amantem habet pro obiecto materiali: et per
hoc est amor erga deum ut bonum concupitum ratione suae
bonitatis convenientis ipsi personae eum amanti dicatur amor
concupiscentiae; at vero erga personam ita amantem non dicitur amor concupiscentiae, sed amicitiae late ex obiecto materiali.

7. s. potius dicit benevolentia qua vult bonum concupi
tum ipsi personae illud amanti. benevolentia autem non
semper est amor amicitiae proprie et formalis, sed tunc solum
quando habet pro motivo formali aliquem propter bonum in se et propter se
amabilem non assumendo pro obiecto formali rationem commodi ut
exposuimus ex com. doct. superius in hoc cap. sect. 4. et
in hac sect. 3.a diffic. 4. cum solutum ad marg. § hoc autem.
unde etiam Aris. lib. 9. ethicorum ad Nicomacum cap. 5.
initio dicit benevolentiam non esse amicitiam, nempe specie
idest benevolentiae non petit ut sit amicitia stricte et proprie
sumpta praesertim ex obiecto formali.
ad tollendam autem ambiguitatem et confusionem diver
sarum acceptionum notandum est amicitiam solere sumi
variis modis latius aut strictius ut constat ex ipso Aristot.
lib. 8. ethicorum ad Nico cap. 1. ubi etiam ambus et aliis ani
malibus tribuit amicitiam late. quam tamen stricte et proprie
non esse nisi erga res rationales colligitur ex ipso Aristotele in eo
dem lib. cap. 2o et docent aperte D. Thom. et alii 1a 2ae q. 2.o
a. 2. ad. 3. idque exposuimus in ma de charitate diff. 1a.
cap. 5. item etiam erga res rationales ipse Aris. in illo lib
8. cap. 3. amicitiam late sumptam dividit in amicitiam utilem
delectabilem et honestam. et tandem ad medium illius cap.
statuit amicitiam perfectam esse eam qua amatur aliquis
quia est bonus per se ipsius ea quod ita intelligitur quod formale
motivum amandi non sit bonitas alterius prout est nobis
commoda seu conveniens sed bonitas propter quod idest illius
constituitur amicus in se bonus et gratia sui propter se ama
bilis non habendo pro motivo formali rationem nostri commodi
ut ex com. doct. etiam ipsius Arist. exposuimus loc. relatis
§ praecedenti.
Ultimo obiicitur. idque quod amore concupiscentiae amatur ut bo
num alicui personae amatur propter eam personam tanquam
propter rationem formalem et finem cui ... Salus amatur Petro

propter ipsum Petrum tanquam propter finem cui: Ratio finalis ut cui amantis, magis diligit quam est id quod praecipue intenditur ut ostenditur. Item in ductione nempe in exemplo proposito Petrus magis praecipue et plus diligit quam salus quae illi concupiscit. Item etiam ratione ex illo axiomate Arist. 1° posteriorum cap. 2. propter quod unumquodque tale, et illud magis. Ergo si amore concupiscentiae amatur deus ut bonus nobis sequitur inde deum amari propter nos tanquam propter rationem finalem ut finem cui et nos magis praecipue et plus amari quam deum quod est inordinatum siquidem deus non potest ordinate amari propter creaturam neque haec potest ordinate amari magis praecipue et plus quam deus.

Propter hoc aliqui quos refert et impugnat Aegidius de praesentatione in q. to. 1. lib. 1. de [illegible] 2a a. 3. no. 10. asserunt deum non posse licite amari amore concupiscentiae. Ad tollendam ambiguitatem quaestionum si amor concupiscentiae sumatur pro amore concupiscente deum propter creaturam quasi propter rationem finalem et finem magis praecipue et plus dilectum ut contenditur in praedicta obiectione. sic quidem verum est deum non posse licite amari tali amore concupiscentiae. et in hoc sensu exponi possunt aliqui graves autores aliquando id asserentes inter quos videtur D. Th. 4. sententiarum d. 49. q. 1. a. 2. q.la 1a ad 2. quatenus ibi dicit id quod amatur amore concupiscentiae (nempe tali) non potest esse ultimum dilectum quia ad bonum alterius refertur, ceterum non est de ratione cuiusvis amoris concupiscentiae ut bonum concupitum sit propter aliud ut rationem finalem et finem simpliciter ac proinde non est negandum licitum esse aliquem amorem concupiscentiae erga deum ut 3a ratio docet probat fundamentis sua adductis in hoc cap. tit. 4.

unde ad obiectum propositam R. nego maiorem si ulterius

intelligat de quocumque amore concupiscentiae nihil obstat summum bonum posse concupisci personae creatae quae non assumat rationem finalis et sine praecipuo illius amoris. Sed subiecto perfectibili cui concupiscit summus ultimus finis ratione perfectionis, qua est perfectivus talis subiecti, atque ita per spem theologicam amore concupiscentiae Deus ratione suae summae bonitatis ut est perfectiva per modum ultimi finis concupiscit nobis quasi subiectis perfectibilibus quae non habent rationem obiecti finalis, neque finis simpliciter quamvis dici possint finis cui secundum quod prout denotat subiectum cui amat summum bonum praecipue intentum ut dictum est supra in hac disputatione initio ad rationem dubitandi idque specialiter exponunt Salmanticenses [illegible] q. 17. a. 5. § *et hinc incipit*. Vasquez ibidem ad 5. Aragon in eodem a. 5. § 3. *adverte(n)dum*. et alii ibidem et aliis locis subiiciendis.

Licet igitur per se amor concupiscentiae ex peculiari ratione sit talis ut bonum concupitum alicui personae amet propter illam personam ut rationem finalem et finem simpliciter praecipue intentum et magis dilectum ut cum salus amat petro hoc modo propter ipsum petrum, non idem est de ratione cuiuscumque amoris concupiscentiae praesertim vero illius quo Deus concupiscit nobis ut summum bonum nostrum et ultimus finis. ut expositum est § praecedenti et notant etiam authores citati, quo etiam [illegible] tom. 1. metaphysicae disp. 23. sect. 2ª. n. 8. observat licet bona creata possint ordinate concupisci propter alium finem finaliorem et magis dilectum, non bonum increatum si ordinate amet semper debet retinere finaliorem rationem finis magis dilecti, quia cum sit finis simpliciter ultimus non potest ita referri in alium sub aliqua ratione finis ut in alio finaliter sistatur. idemque explicat et diffusius citandus § sequenti.

Pro ea hoc supersunt quedam dub. 1a an in tali amore concupiscentie quo ho concupiscit sibi deum dicendum sit ipsum hoiem esse finem cui.

R. hoiem dici posse finem cui 2m quod hoc est quasi subiectum perfectibile cui diligitur deus ut ultimus finis simpliciter et ad tollendam ambiguitatem in modo loquendi consultum est adhibere talem limitationem ne videatur ho constitui finis simpliciter et deus medium simpliciter. Sco. J. loco proxime citato ait: ho respectu dei generaliter quo vit non tam dicendus est finis quam subiectum quod ordinatur ad consequendum finem. et subdit illum vocari posse finem cui ita tamen ut intelligatur potius ordinari ad alterum finem obiectivum et ultimum quam eum ad se ordinare. hoc autem non exposuimus sup. in hac diffic. 1. initio ad rationem dubitandi ibi propositam. Scilicet Egidius desprecentatione. 19 to. 1. lib. 1. questione sua 2. a. 3. n. 7. et 8. et alij

2a dub. 1a est an dicendum sit predicto amore deum amari propter hominem an vero propter se.

R. si illa dictio propter denotet rationem formalem et finem simpliciter sic non est dicendum illo amore deum amari propter hoiem nam cum sit amor virtutis theologice, habet pro obiecto formali deum ut bonum nobis ut probatum est sup. in hoc casu sit. 1a a. 3. sententiam. neque ho est finis simpliciter in quem ordinetur deus ut dictum est precedenti et in hunc sensum intelligitur id quod d. th. 1. p. q. 60. a. 5. ad. 5. ait. cum dicitur deum diligi ab Angelo in quantum est ei bonus si sic est falsum si ly in quantum dicat finem. et subdit deum diligi propter ipsum deum. hoc autem dictum etiam de amore concupiscentie locum habet in hoc sensu quod sit amor propter ipsum deum. hoc est non propter aliud obiectum formale quod non sit deus sed propter ipsam bonitatem

incarnatam quae est nobis bonus. ut etiam dictum
est sup.a in hac diffic. 5. initio ad rationem dubitandi.
Pro alio modo illa dictio propter sumi potest ut denotat non
rationem formalem et finem simpliciter pro aliquo quasi mo
diuum vrium quod est male respectu alterius primarii
et sic conceditur potest deum diligi propter hominem sicut etiam quando
dicitur deum voluisse incarnatum propter nos homines et propter
nostram salutem ibi illa dictio propter non denotat obiectum
formale diuinae volitionis, nam hoc est diuina bonitas
ut explicuimus in materia de incarnatione disp. 6. cap. 5.
sect. 5. diffic. 3. et disp. 3. cap. 1. ad 5. obiectionem et alibi.
notandum autem non quod id quod D. Th. 2.2. q. 27. a. 3. corpore
obseruat, variis modis dici posse unum diligi propter aliud
ratione varia genera causarum, aut ratione aliquid quod non est causa
simpliciter pro ratione quod terminum dispositionis atque hoc
modo dici posse deum diligi propter aliud.
3.a est tertia est quo pacto dicatur spes dicatur deriua
ri ex amore concupiscentiae.
hic modus loquendi quod spes deriuetur ex amore concupis
centiae colligitur ex D. Th. in disputatis in q. de spe a. 3. cor
pore paulo ante finem ubi loquens de timore et spe ait:
Utrumque horum deriuatur ex imperfecto dei amore. ubi autem
praemiserat imperfectum amorem esse concupiscentiae quo aliquis
rem aliquam amat non ut ei bonum intendat ipsa velit sed ut bo
num illius sibi velit. unde Capreolus 3. sententiarum d. 26. q.
unica a. 3. ad 1.m Durandi post medium dicit ex mente D.
Thomae spem deriuari ex amore concupiscentiae. —
Sed id ita exponi quod spes sumpta pro illo individuali actu
qui simpliciter nominatur spes Christiana quo creato animo ter
Patur circa bonum arduum cum illis 4.r conditionibus quas
ad talem actum exigit D. Thomas q. 40. a. 1. ut exposui
mus sup.a in hac sect. 5. diffic. 3. ad 2. obiectionem § alio modo

Concessa maiori nego minorem. et ad illius probationem respondetur: nam hoc quod est divinam bonitatem esse ita amabilem prout se tenet ex parte obiecti non est denominatio extrinseca a nostro creato actu amoris per quem ita amari potest, sed est increata et intrinseca qua ipse deus est aptus ita amari quamvis debeant etiam alia concurrere requisita, nempe divina bonitas nobis commoda est intrinseca apta ut suppositis aliis requisitis ametur a nobis supernali amore concupiscentiae. atque hoc est sumere amabilitatem ex parte obiecti prout se tenet specificantis sub quo secundum theologum. alio vero modo amabilitas sumi potest pro denominatione extrinseca a nostro actu quo deus potest ita a nobis amari. sed haec denominatio extrinseca praesupponit in obiecto praedictam aptitudinem intrinsecam deo.

Simili est modo in aliis denominationibus quibus quodlibet ens reale dicitur intelligibile, et color visibilis et ~~audibilis~~ sonus audibilis nam hae denominationes ex parte ipsarum rerum important intrinsecam aptitudinem qua aptae sunt ad terminandos actus talium potentiarum. quamvis aliter etiam modo sumi possit pro denominatione extrinseca a facultate potentiae quae circa ipsas res potest versari ut exponit [illegible] 1.o 1. metaphysicae disp. 8. sect. 7. attendis iis quae tradit numero 26. 27. et 33. ubi dicit in ente reali intelligibilitatem (quae appellatur veritas in essendo et passio metaphysica entis) esse intrinsecam habitudinem rei ad actum intellectus, sic etiam est intrinseca aptitudo in colore respectu visus et in sono respectu auditus. quamvis etiam necessaria sit facultas illis extrinseca per quam attingi possint et 1.o 2. metaphisica disp. 44. sectione 11 numero setenta y quatro explicans.

ad quod

explicans id quod dici solet veritatem specificam seu attendi ex veritate specifica obiecti formalis in mente dei; sicut ex similibus; advertit cavendam esse equivocationem in hac voce similis ita ut non sumatur pro denominatione extrinseca abstracta sed pro aptitudine proxima que ex parte obiecti presupponitur ut possit cadere sub talem scientiam sicut cum dicitur volo tamen fore verisimilem seu sub voce verisimilis specificare actum et formam videndi idem etiam exponit gilius de sacra doctrina libro 4 cap. 2 n. 2.

In presenti dicitur quod divinam bonitatem ut amabilem supernali amore concupiscentie esse obiectum formale sub quo unde attenditur specificatio spei theologice sicut in specie determinatur intrinseca ac formaliter in creata aptitudine qua divina bonitas fit nobis commoda sub respectu et consortio ad habitum supernalem aut ad speciale auxilium supernale supplens vicem habitus potentia in suo genere ordine determinato et trahere talem actum specificum amoris supernalis concupiscentie; illa autem hoc modo dicitur obiectum formale sub quo quatenus exercet talem aptitudinem sub respectu et consortio ad huius modi habitum seu auxilium in suo etiam genere requisitum ad talem specificationem ut exposuimus superius in hac cap. difficultate 2 ad. n. 61 notabilis 1 etc. expositum quomodo explicari debeat obiectum formale id in quo et sub quo.

Ad hoc etiam notandum idem alibi sepe ostensum unam et eandem rem absque eo quod in illa multiplicentur diversas formalitates specificas non solum esse multiplicitates quatenus per rationem explicitam valeant etiam in infinitum concedi nomine per se sub respectu reali et consortio ad diversa requisita concurrere in suo modo ad varios effectus specie diversos v.g. eadem materia sub respectu

trali et consortio ad varias dispositiones diversorum agentium potest recipere successive plures formas specie diversas. Et eadem virtus solis respectu trali et consortio ad varias causas particulares potest producere multos effectus diversos specie.

Item eadem potentia physica mentis sub respectu trali et consortio ad varias species intelligibiles potest concurrere ad varios actus specifice apprehensionis, iudicii et discursus. Et in genere obiecti idem color sub respectu trali et consortio ad varias potentias visivas et sensus internos et intellectum atque appetitum est aptus ut variis modis sit obiectum disimilis sensibilis, intelligibilis, appetibilis. Unde etiam ascribitur proxime praesenti disputationi divinam bonitatem sub respectu trali et consortio ad diversa auxilia spiritualia [illegible] actualia naturalia aut supernaturalia ordinis esse aptam ut ametur variis actibus specie diversis sive naturalibus sive supernaturalibus, quam specialiter prout amabilis supernaturali amore concupiscentiae dicitur esse obiectum formale sub quo spei theologicae infusae ut ostenditur ex dictis in hac et aliis difficultatibus praecedentibus.

Ex praedicta doctrina explicari possunt varii modi loquendi diversorum auctorum in hac et aliis materiis, nam multi admittere possunt sensum supra expositum, nec aliter eorum dicta videntur posse explicari. Quare in [illegible] sensu admittendum est id quod aliqui [illegible] quos [illegible] P. [illegible] [illegible] Sardius in commentariis in universam theologiam D. Thomae in 2a 2ae q. 17 a. 5 disp. 2 cap. 2 his fere verbis: ratio formalis quae obiectum materiale spei est Deus ut bonum nostrum arduum (intellige arduitatem modo exposito superius in hac disputatione sect. 2 a. 4 et sect. 5 disp. 3) ratio formalis per quam est auxilium Dei sive

eidem deus ut adiutor [et] efficax ad obtinendum
tale bonum (intellige divinam omnipotentiam auxiliatricem
includi in obiecto formali spei tanquam id per quod praecipue
debemus obtinere bonum speratum ut dicemus
in eodem cap. sc. 3.) ratio autem formalis sub qua deus
ut expectabilis seu sperabilis ex ipsius auxilio per
habitum tali obiecto proportionatum (intellige etiam hoc
illorum dictum quod numquam quo in hoc cap. 2. diffic.
2a ad 2. et in praecedenti diffic. 4. expositum obiectum
formale sub quo.

2m arg. Amor charitatis erga deum respicit etiam
eam utilitatem et commoditatem ac iucundita
tem honestam quam in se includit divina bonitas
ergo etiam illius obiectum formale sub quo est divina bonitas
ut amabilis amore concupiscentiae ac proinde
idem cum proprium obiectum formale sub quo spei theologicae.
ant. probatur 1o. a simili de amicitia naturali
honesta erga alios amicos nam illa ut colligitur
tum experientia tum etiam ex doctr. Arist. lib. 8. ethi
corum ad nicomach. cap. 3. et alibi saepe respicit
honestam utilitatem commoditatem et iucundi
tatem ex amicis virtute praeditis ut ex eodem Arist.
ibidem et cap. 9 et 12. eiusdem libri, et ex d. Thom. 2a 2ae
q. 23. a. 1. corp. desumptum est com. illud dictum
quod dici solet amicitiam fundari in communicatione
bonorum. 2o specialiter probatur de charitate nam d. Thom. et
alij 2a 2ae q. 23 a. 4 corp. et ad 2m docent ad illam per
tinere desiderium seu affectum beatitudinis ac fruitionis
dei quae est summa utilitas commoditas et iucunditas
sic ergo.

R. distinguendo ant. amor charitatis erga deum respicit
eam utilitatem et commoditatem ac iucunditatem

honestam quasi qd male annexum in quasi-motivum finale cum bonitas, nam finale motivum charitatis est divina bonitas qua deus constituitur bonus in se et sic ... amabilis amore amicitiae non assumpta ... finali motivo ratione boni nostri sed ut nobis commodi quamvis a charitate non excludat quasi male annexum qd in respectu amoris mere concupiscentiae est motivum finale ut ex ... doct. expositionem ... in hac disp. cap. 1. sc. 4. n. 1. et 2. fuit et sc. 5. dist. 4. ad 1m et 2. et sic hoc notandum est id qd D. bernard. in lib. de diligendo deo Codum ... ita ait: non sine praemio diligitur deus etsi absque praemii intuitu diligendus sit. quae verba ... de charitate significant ipsam charitatem de qua ibi est sermo habere quidem annexum praemium non in diligere deum intuitu praemii quasi formalis motivi. Unde ibidem subdit vera charitas ... non potest non ... mercenaria quippe non quaerit quae sua sunt. idem qd docent alij et ... expositores ... illud 1. ad Corint. 13 ... charitas non quaerit quae sua sunt nempe non habet pro finali motivo bonum sed ut commodum ipsi amanti et in hoc distinguitur ab amore mere concupiscentiae qui dicitur amor mercenarius ut expositione ... in hac disp. 2. cap. 1. sc. 4. et sc. 5. dist. 4. ad 2.

Ad 1m ... amicitia naturalis erga alios amicos si sit pro ... et stricte amicitia condistincta ab amore mere concupiscentiae non respicit utilitatem seu commoditatem ... amantis quasi motivum finale amandi amicum neque oppositum

ostendit ex pena aut ex doct. Arist. quin potius ipse Arist. in illo cap. 3. paulo post initium vocatur simpliciter et ex accidenti amicitiam eam qua aliquis amat alium ob utilitatem aut iucunditatem et postea in medium dicit amicitiam perfectam esse qua volumus bona amicis propter ipsorum causam, et lib. 9. cap. ad 5 asserit cum quis diligit aliquem spe utilitatis consequendae non sibi sed sibi potius benevolum esse, neque diligere ut amicum si commodi alicuius causa illi obsequitur. quod ex aliis locis ipsius Arist. et D. Thom. ipso firmamus superius in hac disp. cap. sec. 5. disp. 1. ad 2. cuncta autem aequivocatio ac varias acceptiones caterae amicitiae, ut diximus in eadem sec. 5 disp. quod ad tollendam autem —

Ad illud vero dictum quod ex Arist. et D. Th. subditur amicitiam fundari in communicatione bonorum dic. eo modo ita intelligi quasi tale motivum proprium amicitiae sit communicatio bonorum sumpta pro collatione beneficiorum seu bonorum quae veniunt in commodum propriorum nam ut ait D. Th. 2. 2. q. 27. a. 3. corp. quamvis per beneficia accepta ab amico excitemur ad eius dilectionem non propter illa sed propter eius virtutem amamus illum ut amicum sensusque illius dicti est amicitiam fundari in communicatione seu in consortio bonorum similium quae per convenientiam aut univocam aut analogiam existunt in iis qui inter se fiunt amici inde non habet fundamentum omnium amicitiae D. 9. mox hoc amicitia consanguineorum dicitur fundari in communicatione sanguinis et stirpis et amicitia concivium in communicatione civitatis ipsius. unde etiam hic in amicitiam hoc et eam dicit fundari in communicatione bonorum. frequentium vero charitas in communicatione

bonorum supernalium: at q[uod] hoc m[od]o intelligi
id q[uod] d. th. 1. 2. q. 109 a. 3 ad 1. ait: Charitas diligit
deum e[tc]. q[uia] ho[mo] habet quandam societatem spiritualem
cum deo.

hoc dare quamvis alij loquendi m[od]u[m] exponunt Cajetanus
q. 23. a. 1. in 1.o vanus ibidem post n. 1.m notabili
1. 2. et 3. Aragon in solutione ad arg. 5 ad hoc arg.
notabili et 3. 1.o 2 et 3. notandum q[uod] e[st] idq[ue] ibi adaes
sit coicatur bonorum quae predictum m[od]um loquendi
appellat fructum amicitiae, non e[st] idem cum fine p[ro]p[ter]
quem e[st] amicitia v. g. inquit coicatio civitatis et
similis dicit[ur] fructum amicitiae convivium et consequi
necessarium et in illa non e[st] finis p[ro]p[ter] quem amant[ur]
p[ro] singuli amant[ur] ut amici p[ro]p[ter] se ipsos. unde sub
dit Similit[er] summo m[od]o amorem Charitatis quamvis
dicat[ur] fundari super coicatione beatitudinis, in dilige
re deum p[ro]p[ter] beatitudinem p[ro] p[ro]p[ter] se ipsum.

adam probatur arg. q[uia] quamvis ad Charitatem per
tineat desiderium beatitudinis in illius finale motivum
p[ro]p[ter] q[uod] amat[ur] et desiderat[ur] deus non e[st] beatitudo seu
bonum prout nobis commodum, [sed] ipse deus ut per
se amabilis ut dictum e[st] sup[r]a in solutione 1. arg. p[ro]
positi.

3. arg. e[st] quaelibet virtus pertinens ad voluntatem debet habere
p[ro] obiecto finali aliquod bonum honestum ut constat ex p[ro]pria
illius r[ati]one et coi doct[rina] quam d. th. 2. 2. q. 145. a. 1. cor
pore dicit honestum in idem referri cum virtute. [sed]
et virtus spei theologica debet id habere, [quia] illius obiectum
finale e[st] deus non sub r[ati]one boni n[ost]ri nobis commodi seu
utilis ac delectabilis [sed] sub r[ati]one boni honesti, hoc au
tem e[st] q[uod] p[ro]p[ter] se e[st] appetendum ut docent d. th. 1.a 4.
in lib. 2. trium dum q. 30. in fine et d. th. 1. p[ar]te

a ... corpore itaq ... 145. ad corpore ... illius
obiectum formale est divinum bonum ut ... pro se expetendum.
a ... quam n. differt ab obiecto formali charitatis quae respicit
divinam bonitatem ut ... pro se amabilem.
Ut dicendo aius bonum honestum sumit uno modo late
prout condistinguitur turpi et sic omne bonum quod n. est turpe
secundum rectam rationem et legem ... est illi consentaneum dicitur ho
nestum. et hoc modo etiam illa ratio boni commodi utilis aut de
lectabilis quae est rectae rationi et legi consentanea dicitur honesta.
at quod in hoc sensu intelligit ... quaelibet virtus
pertinens ad voluntatem habet pro obiecto formali aliquod bo
num honestum ... virtuti ... et illius obiectum n. sit
turpe ... sit consentaneum rectae rationi et legi etiam si respiciat
bonum nobis commodum et iocundum. unde Aristoteles lib
1 ethicorum ad Nicoma. cap. 8. post medium dicit: ea quae
studiosis honestatis sunt iocunda esse natura sua iocunda et ipsas
actiones virtutum esse per se iocundas.
alio modo bonum honestum sumitur stricte pro ratione formali boni
quae per se et pro ... ratione nobis commodi et delectabilis est
conveniens et ... pro se expetibilis. et hoc modo bonum ho
nestum n. est obiectum formale cuiuscunque virtutis nam dari potest
virtus respiciens pro motivo formali bonum ... nobis
commodum utile et delectabile n. turpe ... rectam rationem
et legem in quo afferi ratio honestatis late sumpta priori
modo supra dicto, et sic virtus spei theologica respicit deum
ut bonum ... nobis commodum ut ex communi doct. ostensum
est superius in hac disp. cap. 1. sect. 4. notandum autem est
id quod in eodem cap. sect. 3. ... explicuimus deum esse summum
bonum ... et causam primam effectivam omnium nostri
bonorum et ultimum finem nostrum seu beatitudinem obiectivam
et hoc etiam ratione suo modo respectu omnium creaturarum

deus est summum bonum maxime conveniens illi quia in genere efficientis et finis quia ab illo veluti fonte proflu[it] et pendet omnis bonitas et in illius communicatione ac tali quali imitatione seu participatione consistit perfectio creaturae ut specialiter exponit S. tho. 1. parte q. 6. art. 4. et in 1. dist. 10. q. 1. art. 6. ubi ad hoc affert id quod dicit Aug. tom. 3. lib. 8. de trinitate cap. 3. paulo post initium dicit deum esse bonum omnis boni.

Disputatio 3. De objecto materiali primario et secundario spei theologicae.

praecedenti disp. ex instituto exposuimus objectum formale spei theologicae, verum etiam in ea constat de illius actibus et objecto materiali, siquidem cuiusvis actus cuiusvis habitus sunt illi qui attingunt eius objectum formale et cum materiale id quod per actus scilicet obiectum formale attingitur. sed quoniam peculiarem difficultatem habet objectum materiale primarium et secundarium ipsius spei theologicae et sunt speciales difficultates de quibus disputant alii in hac quaestione, oportuit circa illas singulariter praesentem disp. instituere.

Caput 1m. an objectum materiale primarium spei theologicae sit nostra beatitudo obiectiva. et quodnam sit materiale secundarium.

Sectio 1a. explicatio et conclusiones de proposito.

praenotandum in primis nomine obiecti primarii strictiore sumpti denotari illud quod primo et per se respicit quasi finale motivum scilicet cuius gratia attingit alia veluti obiecta minus principalia; loquendo ergo de obiectis materialibus quae scilicet obiecti formalis attinguntur distinguitur suo modo obiectum materiale primarium et secundarium de quorum comparatione scilicet et requisitis seu conditionibus variant authores quos refert Gilius de sacra doct. lib. 1. tract. 3. cap. 1. sed apud multos videtur varie tas in modo loquendi ex diversas acceptiones strictiores

aut latiores obti ij et iij. quare illis omissis d'ncs
obum male primum esse illud quod est præcipuum inter ea quæ
rõe obti finalis intendunt et attingunt, et ad illius distinctam
alia dicunt obta minus principalia: nam ex ipsa ratione vocis
apte intelligitur id importari in nominibus obti malis ij
et iij. nec est cur sistatur in eo de nõe.
hoc supposito sit 1a cõ obum male primum spei theologicæ est nra
beatitudo obtiua nempe deus in omnes diuinas perfectio
nes condistinctas a bonitate ipsius dei prout summi boni
nri qua rõe est obum finale eiusdem spei: explicatur et probatur
deus sub rõe summi boni nri est obum finale spei theologicæ
ut probatum est disp. præcedenti cap. 1. se. 4. &c ad distinctam hu
ius rõis quæ simpliciter est obum finale spei omnes aliæ perfectiones
diuinæ quas per ipsam spem rõe talis bonitatis attingimus
est obum male. et quoniam hoc est præcipuum inter obta
malia ad quæ tendit spes merito dicitur obum male primum, idque
est nra beatitudo obiua quæ est deus veluti obum conse
quendum per actum creatum visionis beatæ cui com
petit rõ beatitudinis finalis.
in hoc sensu intelligitur id quod d. Th. lib. 2. 2. q. 17. a. 2. proposito titulo
an beatitudo æterna sit obum proprium spei, in corpore ita dis
sita Ret. proprium et finale obum spei est beatitudo æterna.
in quibus verbis per nomen eã beatitudinis obtiuæ conno
tant finalem beatitudinem ponunt ibi caietanus et alij.
et probatur ipso contextu et rõe. d. Thomam ibi sic ait: bo
num quod proprie et principaliter sperare debemus est bonum infi
nitum etc. et subdit: non enim minus aliquid a deo sperandum
est quam sit ipse. illud quod quod ibi dicit de effectu proportionato
refert ad beatitudinem finalem quam speramus quia fructum fi
nalem proportionatum quo finaliter assequimur bea
titudinem obiuam quæ est ipse deus.
et quidem quod spes nra sit præcipue de deo illum quasi veluti

ultimum finem nostrum et beatum obiectum speramus
ostendit Deus multis testimoniis S.S. ut psal. 38 no. 8.
et nunc quae est expectatio mea? nonne deus. psalmo
90. no. 9. quoniam tu es domine spes mea. psalmo
141. no. 6. tu es spes mea et ad heb. 6. no. 18. et 19.
nostra spes dicitur anchora incedens usque ad interiora vel-
laminis hoc est usque ad divina mysteria quae in hac vita
sub obscuro fidei velamine credimus et speramus
ut conspiciamus [illegible] dist. 2. cap. 1. [illegible]
quod autem nostra spes sit etiam de beatitudine formali hoc est de visione
et fruitione continetur etiam in praedictis locis S.S. et pluribus
aliis ut ad Titum 1. no. 2. in spem vitae aeternae quam pro-
misit. et cap. 2. no. 13. expectantes beatam spem et
cap. 3. no. 7. ut iustificati gratia ipsius heredes simus
secundum spem vitae aeternae. ad Rom. 5. no. 2. gloriamur
in spe gloriae filiorum dei. et cap. 8. no. 18. non sunt
condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae
revelabitur in nobis nam expectatio creaturae revelationem filiorum
dei expectat. et no. 25. si autem quod non videmus spera-
mus per patientiam expectamus. item in symbolo fidei ca-
nit ecclesia et expecto resurrectionem mortuorum et vitam
aeternam venturi seculi. et in conc. trid. sessione 6.
de iustificatione cap. 16 paulo post initium dicitur in
deo sperantibus proponendam esse vitam aeternam quasi
mercedem et coronam ex dei promissione reddendam
bonis operibus et meritis.
2a conclusio etiam materiale obiectum spei theologicae sunt bona creata sive
supernaturalia sive naturalia quae conveniunt ad vitam aeternam
possunt desiderari et peti a deo. colligitur ex D. Th. 2.2. q. 17. a. 2.
ad 2. ubi sic ait: spes formaliter respicit beatitudinem aeternam
alia vero quae petuntur a deo respicit secundario in ordine ad beati-
tudinem aeternam. probatur 1o ex D. Aug. to. 3. in enchir

ca. p. 114 ubi dicit: ad spem pertinere ea quae continentur in orone dominica Matth. 6 n. 6. per n. dem quaest. ... et cap. 115 subdit: in hac orone contineri septem petitiones quarum tres priores petunt bona temporalia aeterna, aliae vero 4 posteriores petunt bona temporalia quae sunt aeterna consequendi ... naria. quod late explicat D. Th. 2.2. q. 83. a. 9. ubi ostendit in hac orone dominica peti omnia quae recte desiderare possumus et correcto ordine quo desideranda sunt: quia in illa orone petimus finem et ea quae ad illum conducunt.

2o probatur et declaratur ratione: quia quod a deo prudenter more ... ad vitam aeternam possumus a deo petere possumus etiam desiderare ac proinde etiam sperare per spem theologicam innitentem deo. nam ut ait D. Th. in supra dicta q. 83. a. 6. corp. ex D. Aug. l. 2. in epistola 121. cap. 4. et Sect. 12. id licet orare quod licet desiderare. sed prudenter possumus a deo petere bona creata sive supernalia sive naturalia conducentia ad vitam aeternam ut ostendit tum ex communi usu et praxi ecclesiae. tum ex eo quod eadem virtus quae inclinat ad sperandum finem a deo, inclinat etiam ad speranda media ad illum conducentia. ergo possumus sperare a deo talia bona creata ac proinde pertinent ad obiectum materiale ... spei theologicae.

Confirmatur ex illo psal. 36. n. 5. revela domino viam tuam et spera in eo et ipse faciet. quibus verbis indicatur a deo esse speranda omnia bona pertinentia ad nostram viam hoc est quae per nostram vitam sunt conducentia ad vitam aeternam. quod etiam ostendit pluribus aliis sacrae scripturae testimoniis infra adducendis

hinc colligitur 1o. ad obiectum materiale spei pertinere non solum gloriam et beatitudinem animae sed etiam corporis. et quidem de gloria animae habetur testa

SS. fuera relata post cum. 1. q. quod autem. specialiter vero q. gloria
corporis faciunt alia loca SS. in quibus signatur specialiter
eo adeo resurrectio corporis quę in hominibus iustis erit ad
vitam et gloriam ęternam ut dicitur mathe. 25. no.
46. et de hac etiam intelligitur illud job 16. no. 25. in no
vissimo die de terra surrecturus sum et in carne mea
videbo deum. et no. 25 subditur reposita est hęc spes mea
in sinu meo et ad Rom. 8. no. 23. adoptionem filiorum dei
spectantes redemptionem corporis nostri.
2o. colligitur ad obiectum materiale spei pertinere etiam omnia dona
et auxilia gratię quę veluti media conducunt ad vitam
ęternam quod specialiter ostenditur ex illo ad hebr. 4. no.
16. adeamus ergo cum fiducia (ubi fiducia denotat spem)
ad thronum gratię ut misericordiam consequamur et
gratiam inveniamus in auxilio oportuno. et psal. 16.
no. 7. qui salvos facis sperantes in te. psal. 17. no. 31.
protector est omnium sperantium in se. psal. 9. no. 14.
quoniam in me speravit liberabo eum protegam eum
3o. colligitur pertinere etiam ad obiectum materiale spei bona tempo
ralia quatenus ad vitam ęternam conducunt ut ex
ponunt vazq. 1. 2. d. 17. a. 1. ad 5. et Aragon
ibidem post articulum. notandum autem est quod ipse Arag.
ibi advertit: ad obiectum spei pertinere bona temporalia
in quantum sunt media virtutum exercendarum, quibus
iuvant ad vitam ęternam et sic peti in oratione quę est
spei interpres. at vero illa in quantum absolute et in se
pertinent ad obiectum spei quia ut sic non sunt bona solida sed
futilia et parvi momenti quę interdum possunt nobis
esse noxia. unde infertur ideo esse petenda absolute sed
sub conditione. atque hoc habet ex doctore d. tho. 2.2. q. 83.
a. 5. corpore. ubi dicit: Stos in oratione petere adeo ea bona
absolute quibus homo male uti non potest. et a. 6. corp. dicit:

bona temporalia licite desiderari et per ordinem petiqua tenus sunt quaedam adminicula ad beatitudinem in quantum substentant vitam corporis et deserviunt ad actus virtutum. quod quoque ibi refert Aristoteles lib. 1° ethicorum cap. 8. D. Thom. et D. Aug. tom. 2. in epistola 121. ad probam. idemque ex eodem D. Thom. q. 114. a. 10. in corpore ubi distinguit aliud esse bonum hominis simpliciter juxta illud psalmi 102 no. 18. mihi autem adhaerere deo bonum est. aliud vero esse bonum in quo et sic bona temporalia prout sunt utilia ad opera virtutum cadere sub meritum et justis conferri a deo tum de bonis aut malis temporalibus quantum eis expedit ad vitam aeternam.

Dubitari solet an ut aliquid pertineat ad obiectum materiale spei theologicae requirat divina promissio, ac proinde illud sperari possit id quod nobis est a deo promissum.

Sunt recentiores professores hoc disputantes (nam antiqui authores speciatim non instituunt hanc quaestionem) D. 1a sententia simpliciter affirmans per spem theologicam non posse sperari nisi ea bona quae sunt a deo promissa. fundamentum autem huius sententiae est quia spes theologica connaturaliter debet dirigi ab actu fidei proponentis bona quae sperantur esse a deo conferenda si per hominem non steterit, nisi ex dei revelatione constet aliquod bonum juxta dei promissionem esse concedendum non potest proponi per fidem ut sperandum, ac proinde non potest sperari, et aliqui spes esset incerta et vana si speraret aliquid quod non esset decreto dei concedendum.

2a sententia est negans quam sequuntur alii dicentes etiam bona a deo non promissa posse sperari si prudenter existimentur conducere ad vitam aeternam. quam limitatam addunt quod in quantum spes non inclinat ad speranda

non

ea que est secundum ordinem v.g. ea dona que speciali
privilegio concessa sunt beatissimae Virgini aut solis apos
tolis. supposita autem hac limitatione probant suam sen
tentiam ex illo Danielis 13. no. 35. ubi de Susana di
cit: erat cor ejus fiduciam habens in domino.
quibus signat illam bene sperasse se a deo fore
ab illo periculo mortis eripiendam, cum tamen illa
ereptio non esset adeo promissa neque ad vitam aeter
nam necessaria.

2o probant quia potest quis prudenter a deo petere et proinde
sperare aliqua que sibi non sunt absolute a deo promissa
v.g. salutem corporis, et alia bona temporalia
et aliqua spiritualia auxilia de quibus non habet
divinam promissionem.

ad fundamentum autem 1ae sententiae respondent spem theologicam debere
dirigi a fide nisi ponendo obiecto speciali et mediis ne
cessariis. ceterum nisi ponendo ~~medio~~ aliquo ma
teriali obiecto potest dirigi a prudentia supernali; sit
etiam per fidem proponitur charitati obiectum speciale, multa
tamen obiecta materialia proponunt illi in diversis cir
cunstantiis per prudentiam supernalem v.g.
quando prudens existimat hic et nunc ex charitate
diligendum aut faciendum hoc aut illud opus.

Sed dicendum est non necessario requiri ut quod pertinet
ad obiectum materiale spei theologice sit adeo promissum ex
presse in speciali, dici tamen potest promissum in generali sub con
ditione ita ut sit a deo concedendum si non steterit per hominem
omittentem quod opera sua parte deberet prestare. item si illud
secundum ordinem divine providentie fuerit expediens ei qui sperat.
priorem partem huius dicti probant ea que adducta sunt pro
2a sententia que in hoc sensu potest exponi. secundum posteriorem
vero partem intelligi potest 1a sententia nempe quod quando prudens in
ordine ad vitam eternam desiderat et adeo petit

et ab illo speratur dici, sive adeo promissum in genere sub predicta conditione.

probatur ex multis locis SS. in quibus continentur generales locutiones seu promissiones in quibus includitur predicta conditio ut notant S. Th. et alii interpretes nempe Matth. 7. n. 7. petite et dabitur vobis. et cap. 21. n. 22 omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. item Marci 11. n. 24. Luc. 11. n. 9. Joan. 14. n. 13. et alibi saepe. notandum autem D. Th. 2. 2. q. 83. a. 15. ad 2. dicit in oratione semper impetrari quod petitur si habeat hasce conditiones ut quis petat pro se, et necessaria ad salutem, et pie et perseveranter. de quarum conditionum explicatione videndi sunt ibi expositores, specialiter Valer et C.

neque vero sequitur spem esse incertam et vanam adeo contingit resistere fieri id quod sperat, nam in modo prudenti sperandi sperandi et cadendi spei theologicae imo et cuiuscumque alterius virtutis includitur saltem implicite haec conditio ut hoc aut illud speret concedendum si per hoc non obstaret et gloria ordinem divinum fundere fuerit expediens ei qui sperat.

Sectio 2a difficultates circa dicta.

1a difficultas quomodo Deus sit simul obiectum formale et materiale primarium spei theologicae

ex hac difficultate fit hoc arg. Deus est obiectum formale spei theologicae, nam cuiuslibet virtutis theologicae obiectum formale debet esse Deus ut omnes asserunt et ostendimus supra disp. 1. cap. 2. post alios in illius confirmatione, et disp. 2.

cass. 1. se. 1a. cea. 2 m et. 3. sentiam qd ipse deus qui
e nra beatitudo obiva. n pot ee obum mali pri
marium spei theologice ut dictum e in hoc cass.
ue. 1a. pbat coa qa eidem n pot respu eiusdem hitus
ee obum fiale et male. nam he roes obivae sunt op
positae respectu eiusdem.
Rx concessa ordine negdo coam. qa nihil obstat eam
dem deum sub diversa roe fiali ee obum fiale
et mali spei theologice, sicut etiam fidei et
charitatis ut statim exponet. ad pbatm u. coa
Rx. si sensus sit eidem ratione n posse respu eiusdem
hitus ee obum fiale et male sub diversis roes fiales
ex plicitas sic negdum e, neqs he roes obivae sunt oppositae
respu eiusdem obivi; uti qd hpt aliquam suam
roem fialem pot ee motivum fiale attingendi
alias illius roes. sic respu fidei theologice deus e
obum fiale sub roem fialem ie veracitatis quae
e motivum fiale ad credendum alia etiam de ipso
deo. atqs hoc signat d. th. 2a 2ae q. 1. a. 1. corpe
ubi dicit; in fide si consideremus fialem roem
obi nihil e aliud quam 1a veritas, qa ipsi veri
tati divinae fides inniti tanquam medio. sive
vero in quib. consideremus materialiter ea quibus
fides assentit n solum e ipse deus etc. quae ver
ba indicant ipsum qui sub roem fialem ie vera
citatis e obum fiale fidei, ee etiam obum male
sub roes divinas quas de deo credimus ppter
illius veracitatem.
Sic igit in pposito deus qui sub roe summae veri

Bonitatis, nec prout nobis commoda est obiectum finale
Spei theologicae, et etiam male iam in omnes alias
perfectiones divinas ut expositum est c. 1a in qua
caute supponimus talem limitationem ad tollendam
ambiguitatem quae alias solet intervenire in
alijs modis loquendi et diversorum authorum

2a dificultas quo pacto deus prout est
obiectum spei theologicae dicatur bonum
futurum.

obiectum quod speratur debet esse bonum futurum, nam
spes est expectatio boni futuri ut ex D. Aug. et D. th.
et alijs diximus superius disp. 1a cap. 1. in 1a suppositione
et alibi: sed deus non est bonum futurum cum sit
aeternus, neque in eo est aeternum dat futurum
aut praeteritum, siquidem aeternitas est interminabilis vitae tota simul atque perfecta possessio ut ex
Boetio definiunt D. th. et alij 1. p. q. 10. a. 1. ergo
deus non potest esse obiectum male iam quod speratur.

Dico explicando maiorem obiectum quod speratur debet esse
bonum futurum 2o consequendum et aestimatum spe-
rantis, nempe satis est ut ille qui sperat existimet
se consequuturum esse illud bonum quod sperat ut
notant Arag. q. 17. a. 2 ad finem et alij. Scotus
D. th. 3. sententiarum d. 26. post totam q. 2. in expo-
sitione textus circa initium ad 3. ait: illud quod in se
est aeternum est speranti futurum, et sic de deo potest spes. et
postea ... ad 4. ait: quamvis praesentatus non sit habiturus
vitam aeternam in sui veritate, et ita non sit ei futura, ... fu-
tura quantum ad suam existimationem alias non speraret.

3.a Diffas qua doe amor mercenarius erga deum ppt retributum speratam sit honestus

Hinc ita arguit amor mercenarius diligens deum ppt retributum ad commodum proprium n. e honestus ps turpis. Praeq. e honestum sperare nram beatitudinem obiectiuam aut fialem ad nrum commodum, nam hic e amor mercenarius ppt retributum ang. pbat 1o ex illo Joan. 10 no 13 mercenarius autem fugit &a vbi vituperat mercenarius, et opponit bono pastori; mercenarius autem e qui ppt mercedem l retributum l premium operat. 3 inde colligit amorem mercenarium ppt retributum n. e honestum. —

2o pbat 4. ex PP. qui vident damnare amorem mercenarium, D. Bern. in lib. de diligdo deo colum. 1. q. an. ait: deus absq. premij intuitu diligendus e. qd e signi ficant D. Chrysostomus homi. 59. in Joan, Greg. homilia 14. in euangelia. Cyrillus lib. 7. in Joan cap. 5. et alij PP. cea illud Joan 10 no 13.

3. pbat roe qa qui diligit deum amore mercenario ppt retributum praefert suum proprium commodum deo, quod mus amandi in ordinatus.

R. distingdo ans, amor mercenarius sumit vno modo stricte p amore respiciente mercedem seu premium quasi finem vltimum, aut quasi praecipuum quo sublato n. diligerent deus nec servarent eius praecepta, et sic verum e ans, amorem mercenarium n. e honestum ps turpem, nam qui fialit aut virtualit n. dita affectus vt ppt mercedem seu premium amet quasi finem vltimum aut quasi praecipuum quo sublato n. diligeret deum neq servaret eius praecepta caret debita appretiatione ipsius dei, et ad

versat Charitati: at q[uod] hic amor est merc[e]narius qui in 55ª et 5 [illegible] [illegible], et de hoc intelligunt ea que afferunt in tribus predictis probationibus antis.

quid observandum est [illegible] [illegible] [illegible] 19 a. 4 ad 3. [illegible] Amor mercenarius dicit qui deum diligit propter bona temporalia, qui [illegible] Charitati [illegible] et dico amor mercenarius temporalibus [illegible] intelligit de tali amore mercenario modo predicto.

alio modo amor mercenarius sumit [illegible] pro amore respiciente mercedem ordinatam saltem implicite in deum ut in finem ultimum, qui etiam sublata mercede diligeret aliquo modo [illegible] eius q[uod] [illegible] [illegible] et talis amor non est turpis sed honestus. unde in Trid. sess. 6. [illegible] cap. 11. ad f. dicit: non peccare eos qui in suis operibus intuentur mercedem eternam, cum scriptum sit [illegible] ps. 118. inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem; et de Moyse dicit Apostolus ad hebr. 11. nro 26. quod aspiciebat in remunerationem. item in eodem Triden. canone 31 [illegible] habet: si quis dixerit iustificatum peccare dum intuitu eterne mercedis bene operatur anathema sit.

[illegible] quia amor premij quod de se non est malum sed bonum, imo etiam [illegible] quod de se est indifferens et ordinatus saltem implicite in ultimum finem honestum non est amor dissentaneus recte rationi et legi sed potius consentaneus ac proinde turpis sed honestus. quod plenius ostendit aliis testimonijs [illegible] et [illegible] rationibus que afferunt a Bellarmino [illegible] alias [illegible] 3. [illegible] lib. 5. de iustif. cap. [illegible] et Vega lib. 11. in Triden. a cap. 29 usque ad 22. ubi [illegible] hereticis probant licitum esse operari intuitu merce

cedes q. ter. n.
1º notandum e. circa modu loquendi de predicto amore honesto propter retributionem, an sit simpliciter dicendus amor mercenarius necne, apud authores videri dissensionem propter variam huius nominis acceptionem strictiorem aut latiorem. Et quoniam communiter nomen mercenarij simpliciter prolatum denotare solet illum qui aut solam mercedem, aut precipue illam intuetur ita ut alias nisi daretur merces non serviret domino quo pacto est affectus oppositus charitati. Iuxta quem sensum loquentes P.P. qui damnant amorem mercenarium ut notant Belar. et Vega proxime citati. Circa predictus amor honestus qui licet sit intuitu mercedis non tamen ita se habet non dicitur simpliciter et stricte amor mercenarius. Latiori acceptione quatenus suo modo honesto est intuitu mercedis dici potest quodammodo mercenarius ad differentiam illius actus quo diligitur deus ut est bonus in se et propter se absque intuitu mercedis. Sic Vasq. 1.2. q. 27. a. 3. § 2. Propositionem, cum dixisset amorem mercenarium simpliciter vocari illum qui habet priori modo, at vero cum quis posteriori modo habet potius dici amorem mercedis. Postea c.º 4. latius loquendo appellat istum amorem mercenarium dicens contra fidem asserendum esse quod licitus sit amor mercenarius eo modo explicato.
2º notandum e. aliud esse loqui de modo quo deus diligendus est ex Charitate que est perfecta dilectio. Aliud vero loqui de modo quo cumque potest deus licite amari quamvis non ita perfecte. Sepe autem S. P.P. loquentes priori modo hoc est de dilectione perfecta ex Charitate dicunt deum non esse diligendum intuitu mercedis nempe ita ut merces sui fri

mium sit finale motibus charitis; qm vis possit cha
respicere mercedem et premium quasi ad mala ut exp
sumus in disp preced cap. 2 sct. 2. diffic. 4. ad 2. ex hoc
cum hoc bene stat qd alio amore minus perfecto
possit licite diligi deus in intu mercedis: cum autem
merces sumi possit aut pro mercede increata quae est
deus ut summum bonum nrum et premium; aut
pro mercede creata quae est nra beatudo formalis. aliud
est enim creatum ad illam ordinatum si amor sit
propter mercedem increatam ut propter obum finale erit
actus spei theologicae ut ex cor. doct. ex posuimus in disp
2a cap. 1° sct. 4. si vero amor sit propter mercedem
creatam ut propter obum finale non pertinebit ullo modo
ad spem theologicam neque ad ullam aliam virtutem
theologicam cuius obum finale debet esse deus ut constat
ex dictis in illo cap.

3. notandum est cum aliud sit absolute dicere licitum
esse amorem dei propter mercedem seu retributionem, aliud
vero cum addito dicere licitum esse amorem dei propter merce
dem, ut propter obum finale et finem apud omnes Catholi
cos sit dicta in solutione ad hanc 3. diffm. et alia mox
certum est concedendam esse primam propnem qd licitus
sit amor dei propter mercedem seu retributionem sumi intuitu
premii; quae propositio admittit sensum abstrahentem ab
hoc qd merces sit obum finale et finis diligendi; nam
haec dictio propter solet etiam denotare id qd est motivum
2rium et male v.g. cum dicit deum voluisse incarnatum
propter nos hoes et propter nram salutem, cum constet
in deo 1rium et finale motivum volendi esse suam divinam
bonitatem. Item ut notat D. Thom. q. 27. a. 3. corpe

hic dictio propter aliquid denotat aliquid per modum dispositionis quae non est causa simpliciter sed tamen quid.
controversia autem est, an licitus sit amor dei propter mercedem ut propter obiectum finale et finem. prima sententia negans
cuius fundamentum est quia id quod est obiectum finale et finis plus diligitur quam obiectum motivum quod propter illud finale diligitur
nam ut dicit commune axioma propter quod unumquodque tale
et illud magis. item finis plus diligit quam id quod
ordinat ad finem. sed si diligeret deus propter merce
dem ut propter obiectum finale et finem sequeretur in eo plus
diligi mercedem quam deum et ipsum deum quasi
obiectum motivum et medium ordinari ad mercedem
quasi ad finem qui modus amandi est perversus si
quidem deus cum sit summum bonum et finis ultimus
debet diligi plus nec potest ordinari ad aliud tanquam
ad finem. neque licitum est maius bonum ordinari ad
minus.
pro hac sententia referri solent dar. sententiarum d. 29 q. 1 n.
[illegible] Aragon 2.2. q. 27. a. 3. a. 4 et 5. Varez ibidem
2. Valen disp. 2. q. 5. p. 2 § 4 et § 1o observandum
Azorius 1o institutionum moralium lib. cap. 4. q. 5 et alii.
quod multi ex his authoribus videntur solum contendere hanc
sententiam quod non sit licitus amor dei propter mercedem quasi propter
finem ultimum aut praecipuum taliter ut sublata mercede
non diligerent deus, nec servarent eius praecepta qui sensus
debet concedi in omni sententia ut dictum est fine. eadem huius
q. dist. § R. distinguenda quod etiam magis exponetur ex dicen
dis.
2a sententia asserat licitum esse amorem dei propter mercedem
ut propter obiectum finale et finem. ita aliqui recentiores professores
theologiae referentes d. Bon. Venturam 3. sententiarum d. 29.
a. 2. q. 2. R. d. Bon. Ven. ibi in quit esse sanctus motus charitatis

possit esse aliquo modo mercenarius, et illum non
posse esse mercenarium. Et ut finaliter respiciat merce-
dem creatam, posse non respicere mercedem increatam
quae est deus, secundum illud Genesis 15: ego merces tua mag-
na nimis, referunt etc. Vega lib. 11 in Triden.
cap. 42. versiculus [illegible] et alios qui non dicere non videntur
valde [illegible] sensum quem [illegible] supposito [illegible] Sanc-
[illegible] probatur haec sententia [illegible] recentioribus
additum ita se habet quia in hoc quod amet deum propter
mercedem ut propter obiectum finale et finem nihil affert
turpe propter quod talis actus vitiet, nam totum illius obiectum
male et finale est honestum, siquidem obiectum male est deus
qui tali actu diligitur ut supponitur, obiectum autem finale quod
est merces etiam si sumatur pro merce creata est etiam hones-
tum, nam creata merces aeterna quae est in beatitudo
formalis est bonum honestum. creata vero merces tempo-
ralis consistens in bonis temporalibus non est de se turpis
et quamvis ex se sit insufficiens non ordinata ad vitam
aeternam potest honeste amari neque turpis amandi videtur
ex eo quod tali actu deus amet quasi obiectum male et medium, merc-
es vero quasi obiectum finale et finis, nam quamvis maius bonum
non possit bene ordinari ad minus bonum quasi ad finem
ultimum, bene tamen quasi ad finem non ultimum, quo pacto
deus dicitur ordinasse incarnationem ad nostram salutem, et eccle-
sia ordinat orationes et sacrificia ad obtinenda bona tempo-
ralia quasi ad finem non ultimum. Colligitur igitur amor dei propter
mercedem quasi propter obiectum finale et finem saltem implicite
ordinatum ad deum tamen quasi ad finem ultimum [illegible]
charitatis est Timor dei propter supplicium.
Ad secundum autem [illegible] propositum [illegible] sententia [illegible] illud omnis
quod obiectum finale et finis plus diligitur [illegible] intelligo quod diligere

ut finis ultimus simpliciter, seruus vero qui non diligit ut
finis ultimus simpliciter sed saltem implicite ordinat
in aliud ut in finem simpliciter ultimum ut contingit
in predicto actu in quo licet mercedem sit obiectum finale propter
quod diligit deum tamen ipsa merces non diligitur ut finis sim
pliciter ultimus sed saltem implicite refertur in deum
ut ille qui etiam sublata mercede diligeret aliquo
alio actu.
Sane hec 2a sententia ita exposita tandem de re videtur
coincidere cum eo sensu quem etiam contendunt plerique
authores pro relatis pro opinione et pro hac sententia quum
pe volunt non esse licitum amorem dei propter merce
dem quasi propter finem ultimum aut precipuum ita
ut sublata mercede non diligeret deum nec servaret
eius precepta. quare cum in hoc sensu multi utriusque
predicte sententie de re conveniant retento isto sensu
coherere potest licitum esse amorem dei propter mercedem
etiam creatam ut propter obiectum finale et finem non sim
pliciter ultimum, nec precipuum. atque hoc solum probat
fundamentum adductum pro 2a sententia.
in modo autem loquendi ad tollendam ambiguitatem
cavere debemus ne dicamus absolute hanc propositionem: quod licitus
sit amor dei propter mercedem etiam creatam quasi propter
finem. nam hic loquendi modus ita absolute prolatus
est ambiguus ad denotandum amorem dei esse propter
mercedem etiam creatam quasi propter finem ultimum.
et de hoc intelligi debet d. Thom. 2.2. q. 27. a. 3. corpore
post medium dicit: deum non ordinari ad aliud sicut
ad finem, sed ipsum esse finem ultimum omnium.
subdit tamen: dici posse illum diligi propter aliud qualiter

ex aliquibus alijs disponimur ad hoc q͞d in dei dilectione
proficiamus ut propter beneficia ab eo suscepta l. praemia
sperata. l. poenas quas per ipsum vitare nitendimus.
quibus verbis D. Th. signat licitum eē aliquem dei amo
rem a Charitate condistinctum ac proinde alteri ob.
finali innitentem qui sit propter beneficia l. praemia
l. propter poenas vitandas quivis n̄ propter hy quasi propter fi
nem ultimum. item superius q. 19. a. 6. corp. con
cedit licitum eē amore proximum ratione ratiōm proprij boni
quadam dilectione distincta a charitate n̄ in charitati
contraria quae proinde n̄ constituat finem in ratiōe proprij
boni extra deum.
ad igitur caute proponi pot hoc mō licitum amore deum et effi
cere alia bona opera propter honestam mercedem seu retributionem
etiam creatam quasi propter obum finale et finem n̄ simpliciter
ultimum sed saltem simpliciter ordinatum in deum ut in
finem simpliciter ultimum qui etiam sublata mercede diliger
et aliquo actu servatis praeceptis. hoc de re aequivalijs va
rijs loquendi modis volunt plerique authores pro relatis p
utraque sententia. ed qui probat funtum adductum pro sententia.
Per hunc sensum intelligit ed q͞d Vega lib. 11. in
Tridon cap. 22. versus finem asserit: cum dicit deum
eē amandum propter se intelligi de amore perfectissimo
qualis est Charitatis; cum hoc in stare posse quendam
amorem minus perfectum quo amet deus propter aliud
n̄ ultimate. qui amor n̄ pugnat cum Charitate qa
n̄ praefert aliud bonum deo sed saltem virtute illud subordi
nat in deum. / notandum autem est omnem actum
honestum eo ipso quod ex intentione operantis n̄ consti
tuat finis ultimus in creata dici quodam mō virtualit

seu implicite ordinari in deum ultimum finem, qua ex natura rei habet esse in eodem, ut alibi suo loco ex professo diximus.

in eodemmet etiam sensu locum habet id quod Valen. tom. 3. disp. 3. q. 9. pto. 2. §. 4.m dicit non esse licitum diligere deum propter rem aliquam ad quam deum ordinemus tanquam ad finem (nempe simpliciter ultimum seu non ordinatum saltem implicite in deum) quia id esset perverse uti re fruenda et utenda frui ut docet D. Augustinus lib. 1.o de doct. christiana cap. 4. postea autem idem Valen. hoc magis explicans § 2.o observandum ergo dicit non licere diligere deum aut opera nostra pia referre in beatitudinem nostram tanquam in finem simpliciter ultimum aut etiam tanquam in finem non ultimum ita ut nisi beatitudo illa esset nobis proposita nollemus haec exercere, nam tunc esset talis amor mercenarius qui reprehenditur a S.S. P.P. et subdit: licitum tamen est illa exercere propter beatitudinem ut finem porro ordinatum in deum tanquam in finem simpliciter ultimum ita ut quamvis non esset expectanda beatitudo vellet quis nihilominus facere id quod ex divinis praeceptis tenetur.
eundem sensum dicere videntur intendere Duran. Aragon. Vazq. et Azorius sup. citati § propterea sententia. item plerique alij quamvis varie loquantur.

Caput 2.m an possit aliquis beatitudinem aeternam et alia bona per spem theologicam sperare non solum sibi sed etiam alteri.

conclusio 1.a potest aliquis beatitudinem aeternam et alia bona per spem theologicam sperare non solum sibi sed etiam alteri suppositis requisitis. ita D. Tho. q. 17. a. 3. corp. ubi etiam Vazq. Aragon. et

alij: notandum autem id quod D. Th. ibi dicit: spem ab-
solute et directe respicere bonum proprium sperantis
at vero praesupposita unione amoris ad alterum respicere
etiam bonum alterius, nempe quia speramus etiam bonum
alterius quem amamus cui per amorem dicimur uniri
Xa. id quod D. Th. ibidem asserit per amorem importari
quandam unionem (nimirum intentionalem
et affectivam) amantis ad amatum eam quam dicit
illum affectu sibi unire et habere sicut se ipsum. quod sane
non locum habet non solum in amore perfecto charitatis
sed etiam in amore imperfecto qui potest esse in peccatore
in quo etiam est spes.
Probatur 1o ex locis SS. quibus significatur per spem nostram et
confidentiam non solum nobis sed etiam alijs sperari bona ut
2. ad Corint. 1o. no. 7. spes nostra firma est pro vobis scien-
tes quod sicut socij passionum estis sic eritis et consolationis.
et ad Phili. 1o. no. 6. confidens hoc ipsum quia qui coepit
in vobis opus bonum perficiet usque in diem Christi Iesu.
2o probatur ratione a posteriori. quia per orationem potest ali-
quis prudenter a Deo petere beatitudinem aeternam et
alia bona non solum sibi sed etiam alteri ut constat ex illo Ja-
cobi 5. no. 16. orate pro invicem ut salvemini. quod
etiam constat ex pluribus locis SS. et SS. PP. et communi praxi
ecclesiae. Ergo potest non solum sibi sed etiam alteri sperare a Deo
beatitudinem aeternam et alia bona. probatur consequentia quia ea
quae per orationem a Deo petimus speramus ab eo obtinere ut supponit D. Th. in supradicto a. 2. in 2 arg. et probatur amplius
ex ijs quae diximus supra in hac disputatione sect. 1. post 2am conclusionem in
2a probatione.

3. Pbatur assertio: quia eadem bonitas dei prout est sum-
mum bonum omnium creaturarum est esse sufficiens
motivum ut ratione illius speremus beatitudinem aeter-
nam et alia bona non solum nobis sed etiam alteri sufficienter
requisitis. sicut etiam eodem modo divina bonitas quae dicitur est
in se bonus et sufficit esse amabilis amore amicitiae est suf-
ficiens ut per eandem charitatem amemus deum et
nos et proximos: ergo potest aliquis talia bona per spem
theologicam sperare non solum sibi sed etiam alteri. unde d.
thomas praecitato a. 3. corpore ad finem ait: sicut est eadem
virtus charitatis qua quis diligit deum et seipsum
et proximum. ita etiam est eadem virtus spei qua quis
sperat sibi ipsi et alijs.

Sed obijcies 1º: d. Aug. lib. 3. in enquiridio cap. 8. fere ad medium
sic ait: spes non nisi bonarum rerum est et futurarum, et ad
eum pertinentium qui earum spem gerere perhibetur. ergo
sentit non posse aliquem sperare bonum nisi sibi ipsi
non vero alteri siquidem dicit spem non esse nisi bonarum
rerum pertinentium ad eum qui earum spem gerere
perhibetur.

Respondetur negando consequentiam quia etiam bonum alterius quem aliquis amat
dicitur pertinere ad ipsum amantem quatenus affectiva
est illi unitus, et habetur sicut seipsum ut exponit d.
th. hic q. 17. a. 3. corpore ac proinde ad ipsum etiam pertinet
sperare illi bonum.

2º obijcies: animae beatae sperant sibi beatitudinem corporis ut
constat. et tamen non habent virtutem spei theologicae quam in
hac vita sperabant sibi et alijs beatitudinem et alia
bona ut docet d. th. in q. 67. a. 4. et in q. 18. a.
2. ubi id exponetur. ergo non est eadem virtus qua aliquis

sperat sibi et alteri bonum.

Ex quo do evam. q^a ubi dat^r virtus spei eadem ea qua aliquis roe obi^ti fralis ad illam pertinentis sperat sibi et aliis beati audi qui x^{to} 2-th n^o retinent virtutem spei p^r friam huius vie sperant sibi beatitudinem cor poris per virtutem charitatis. et per hanc est roe sui obi^ti fralis poss^t sperare aliis. hec solutio het ex ipso d. thom. q. 18. a. 2. ad 3. ubi ad illud ita het. durante virtute spei eadem spe aliquis sperat beati tudinem sibi et aliis. sed evacuata spe in beatis q^m qua sperabant sibi beatitudinem, sperant quidem aliis beatitudinem sed n^o virtute spei sed magis ex amore charitatis. et subdit. exemplum. sic qui habet chari tatem dei eadem charitate diligit proximum. et ni aliquis pot diligere proximum n^o habens virtutem charitatis sed alio quodam amore. hoc amplias ex ponet infra ca. q. 18. de subto spei. ubi an in beatis permaneat virtus spei.

Caput 3. an possit aliquis licite sperare n^i so in deo sed etiam in hoc, et in suis meritis.

Sectio 1^a. explicatio et solutio questionis.

ad exponendos varios modos loquendi authorum prenotandum est. q^a spem in coi solere distingui id qd speramus, et id p^r qd speramus, et illum in quo et a quo seu de quo speramus. 1^m de notat obum male qd speramus, 2^m v^o obum frale quatenus het vim obiice movendi voluntatem ad sperandum. 3^m autem denotat precipue personam que est ca effectiva cu ius virtute et auxilio obtinendum est bonum qd speramus. et ibi etiam includunt alie cae et media quibus adiuvamur. in presenti autem per spem theolog^m dicimur sperare

deum quasi obum mali i[num]. alia v[o] quasi i[n] c[aus]a, vt ex
positum est in hac disp cap. 1[o] q[uaesti]o[n]e 1[a] et 2[a] prata dicimus
sperare supra deum sub r[ati]o[n]e boni n[ost]ri, quasi supra obum
finali. vt explicatum est su[pr]a disp. 2. cap. 1. sect. 4. insuper
dicimus sperare in deo quasi in c[aus]a i[nia] effectiua, cuius
virtute et auxilio pr[a]ecipue acquirenda et obtinenda
s[un]t bona vt constat et exponunt D. th et alij hic q.
17. a. 4. ad quo videnda s[un]t ea que diximus superius
disp. 1[a]. cap. 2. ad 3. et disp. 2. cap. 1[o] sect. 3.
hoc supp[osi]to inquirit[ur] an possimus et liate sperare in ho[min]e
quasi in c[aus]a 2[ria] et in n[ost]ris meritis quasi in medijs
conducentibus ad finem. ptem negantem tenent ali
qui heretici dicentes nullo m[od]o licitum ee sperare in
ho[min]e neq[ue] in n[ost]ris meritis qualiumcumq[ue] factis ex gr[ati]a. ita
Lutherus, et Calbinus, quos referunt et late impug
nant bellar t[o]. 3. in priori editione, in posteriori v[o]
t[o] 4. controuersiarum grali lib. 5. de iustificatione cap. 7.
Valen. 2[a] 2[ae]. disp. 2. q. 1[a]. p[unc]to 1[o]. q[uaesti]o[n]e ex qua doctrina
vasq 1[a] 2[ae]. t[o]. 2. disp 213. cap. 7. et alij.
sit ita quamuis in solo deo precipue tanquam in c[aus]a
i[nia] sperandum sit licitum tamen est sperare aliquo m[od]o
in ho[min]e tanquam in c[aus]a 2[ria] et in n[ost]ris meritis per
dei gra[tia]m factis tanquam in medijs conducentibus
ad finem vite eterne. hec c[oncl]u[si]o certa est et co[mmun]i doctrina
cum D. th in hac q. 17. a. 4. et cum Magis[tro] sentiarum
3. d. 26. initio vbi spes ita diffinit quod sit certa ex
pectatio future beatitudinis veniens ex dei gr[ati]a et
meritis.
p[ro]bat[ur] 1[o] ex locis s[acr]is, tobie 4. n[umer]o 12. fiducia magna erit
coram summo deo elemosina omnibus facientibus
eam. prouerb. 14. n[umer]o 26. in timore domini fidu
cia fortitudinis. ad Rom. 5. n[umer]o 4. tribulatio

patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem. 1ª ad Timot. 3. nº 13. qui bene ministraverint gradum bonum sibi acquirent et multam fiduciam. ad Hebre. 10. nº 34. nam et vinctis compassi estis et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. y. nolite itaque omittere confidentiam vestram quae magnam habet remunerationem. 1ª Joan. 3. nº 21. si cor nostrum non reprehenderit, nos fiduciam habemus ad deum. ex quibus et pluribus alijs SS. testimonijs quae bonis operibus justorum tribuunt meritum (ut explicuimus in materia de gratia disp. 13. cap. 2.) et aliquod fundamentum fiduciae seu confidentiae, colligitur aliquo modo posse constitui spem et fiduciam in hoc et meritis per auxilia gratiae factis dependenter a Deo ut a causa 1ª.

2º probatur ex multis S. PP. qui id asserunt circa predicta loca et alibi saepe. specialiter autem D. Augustinus in praefatione circa psalm. 31. Ambro in psalm. 118. circa illud retribue servo tuo. hieronimus in psalm. 4. circa illud sacrificate sacrificium justitiae et sperate in domino. Greg. lib. 8. in Job. circa illud cap. 7. sicut dies mercenarij dies eius, et alij plures, quorum aliqua dicta videri possunt relata apud Belarm., Valen., et Vasq. supra citatos.

3. idem explicatur et probatur ratione. quamvis solus Deus sit causa 1ª cuius virtute et auxilio praecipue obtenturi sumus beatitudinem et alia bona ac proinde in illo solo praecipue tanquam in causa 1ª sperandum sit; tamen quia suavem providentiam dei sicut in ordine naturali, ita et in supernali ad obtinendum finem adhibet consortium causarum 2arum quia sicut in adultis ad consequendam gratiam iustificantem requirit eorum dispositionem per proprios actus ex auxilijs gratiae, et ad obtinendam gloriam exiguntur merita per observantiam mandatorum ut constat

ex pluribus locis SS. et conciliorum, præsertim vero Triden. sessione 6. de iustificatione a cap. 5. usque ad 16. et a canone 9. usque ad 14. in quibus damnatur inanis et vana fiducia hæreticorum excludentium nostra bona opera et merita. Ex licitum est quomodo tanquam in causa secundaria sperare in homine et in nostris meritis ex gratia factis tanquam in medijs subeuntibus ad obtinendum finem. nam in eo quod est causa adiuvans recte possumus sperare ut intelligitur ex ipsa terminorum notione etiam rei.

tamquam quo est adiuvans

Pro hoc notandum est id quod D. Th. hic q. 17. a. 4. corpore dicit: non licet sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura sicut de prima causa movente in beatitudinem, licet tamen sperare sicut de agente secundario et instrumentali per quod aliquis adiuvatur ad quæcumque bona consequenda in beatitudinem ordinata. et hoc modo ad Sanctos convertimur et ab hominibus etiam aliqua petimus etc. nimirum prædicto modo quasi in causa secundaria dicimus sperare et confidere in Sanctis hominibus et in eorum orationibus et intercessionibus. atque in hoc sensu D. Augustinus 10. in sermonibus de Sanctis, in sermone 18. qui est 2us de annuntiatione paulo ante finem loquens cum beata virgine sic ait: tu es spes unica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, et in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sic etiam ab ecclesia, in oratione Salve Regina. dicit beata virgo spes nostra.

Sectio 2a in qua ponuntur et solvuntur obiectiones contra prædictam doctrinam.

1o obiciuntur aliqua SS. testimonia in quibus dicitur non esse spe-

9. randum aut confidendum in hoc sed in solo deo. ut
hieremiae 17. no. 5. maledictus homo qui sperat confidit
in homine. et 2a ad Corint. 1o no. 9. ut non simus fi
dentes in nobis sed in deo.
Respondetur his locis sensus est non esse sperandum seu confidendum
in homine tanquam in causa prima aut principali, in dependenter
a deo, ut intelligitur ex contextu et communi expositione PP
et alijs locis SS. scripturae ubi relatis in quibus ponitur ali
qua spes seu fiducia in homine quasi in causa 2a sub
ordinata deo ut principaliori authori. unde recte D. Th. 2a
2ae q. 25. a. 1. ad 3. ait. vituperantur qui sperant in
homine sicut in principali authore salutis, non autem qui sperant
in homine sicut in adiuvante ministerialiter sub deo.
2o obijciunt alia SS. testa, quae videntur excludere
nostra merita et bona opera, et totum negotium nostrae sa
lutis ac proinde totam nostram spem et fiduciam adscri
bere soli divinae misericordiae et gratiae ut psalmo 102. no
4. qui coronat te in misericordia et miserationibus
isaiae 55 no. 1. venite emite absque argento et absque ulla
commutatione vinum et lac. Daniel 9 no. 18. neque
enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante fa
ciem tuam. sed in miserationibus tuis multis. Lucae 17. no
10. cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis dicite servi
inutiles sumus ad Rom. 6. no 23. gratia dei vita aeterna.
ad titum. 3. no. 5. non ex operibus iustitiae quae fecimus
nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.
Respondetur ad haec et plura similia testa iuxta diversas materias et
circumstantias subtos esse diversis expositiones ut ostendit
ex verbis contextus et PP explicationibus quarum
aliquas referunt Belar. tom. 4. alias 4. de iust. 3. et ali
lib. 5. de iustificatione cap. 5. et Vaz. 1a 2ae. tom. 2. disp. 213

cap. 8. nunc autem breviter in grali: assignat tres expositiones que diversis locis prout illorum institutum exigit accommodant.

1.a expositio attendit ex respectu ad naturam insufficientiam nostram de ex nra parte et viribus nalibus, ita ut sensus sit nra opera attendis solis nris viribus non habere valorem et meritum ad gratiam et gloriam, neque illam esse in fieri ut explicavimus in nra de gra disp. 10. cap. 1. externum ex dei misericordia et gratuita benevolentia dant nobis auxilia supernalia et dona gre quibus possimus efficere opera meritoria.

2.a expositio attendit ex respectu ad opera etiam supernalia que cum auxilijs supernalibus fiunt ab homo peccatore se disponente ad gratiam iustificantem ita ut sensus sit homo etiam cum tali dispositione non mereri de condigno ipsam gratiam iustificantem que proinde non ex debito iustitie sed ex dei misericordia dicitur dari ut atque explicavimus in nra de gra disp 13. cap 3.

3. expositio attendit ex respectu ad radicem glorie ita ut sensus sit licet opera supernalia iustorum supposita gra iustificante et promissione dei mereantur de condigno ex iustitia augmentum gre, et gloriam, atque augmentum ipsius glorie ut exposuimus in predicta disp 13. cap. 2. tamen adhuc ipsa gloria que respectu meritorum est corona iustitie attribuitur divine misericordie et gre radicaliter quia homo non haberet meritum nisi deus ex misericordia daret gratiam que est radix. et sic d. Aug t.o 7. in lib de gra et libero arbitrio cap 6. circa finem ait: cui redderet coronam iustus judex si non donasset gratiam misericors pater.

Ex predictis expositiones intelliguntur etiam multa testa SS. PP. que late adducit et explicat Bellarm in precitato

lib. 5. de iustificatione cap. 6. unde constat neque in illis SS. testimoniis relatis in obiectione proposita neque alibi in SSa aut PP. excludi quominus possimus habere aliquam spem et fiduciam in hoc auxiliis divinis adiuto tanquam in causa 2ria et in nris meritis quasi mediis conducentibus ad finem obtinendum ut probatum est ex adductis supra cc..

3. obiicitur in oratione dominice sexagesime sci habetur: Deus qui conspicis quia ex nulla nra actione confidimus etc. et in oratione secreta dominice 2. adventus dicitur: tibi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre presidiis. item in canone misse dicitur: intra quorum nos consortium non estimator meriti sed venie quesumus largitor admitte. etc. unde colligitur nullo modo esse sperandum seu confidendum in nris meritis.

Rx negando consequentiam. quia ille orationes sunt generales ut acommodentur diversis personis et rebus secundum uniuscuiusque conditionem et exigentiam, nam acommodate ad peccatores non habentes merita de condigno reddunt hunc sensum. quod illi non confidunt in suis actionibus quasi condignis ad illud premium at vero acommodate ad iustos habentes merita de condigno ad quoddam limitatum premium augmenti gratie et glorie sibi debiti reddunt hunc sensum. quod illi non confidunt in suis actionibus quasi sufficientibus ut sibi debeantur omnia que in illis orationibus postullantur. neque enim omnia debentur quibuscumque meritis limitatis pure creature.

preterea ad exercitium humilitatis conducit preter aliam considerationem a meritis factis seipsum quasi meritis destitutum ad ea que facienda sunt extendere iuxta illud ad Philipenses 3. no 13. que retro sunt oblibiscens ad ea que sunt priora extendens meritum suum, ad designatum persequor etc.

atq[ue] hoc quasi utile consilium ad humilitatem exercendam docent s. P.P. ibi: ut d. Chrisostomus homilia 3. in math. d. greg. lib. 9. moralium cap. 17. bernar. sermone 9. in psalm. qui habitat. et expresse ex et 3010 quamuis n[on] nunquam ad alium finem eri gendi animum deiectum sit etia[m] bonum consilium p[ro]ponere sibi bona opera et merita facta ut statim dicet[ur].

n[on] igit[ur] ostendit in illis orationibus relatis in dictione p[ro]posita excludi omnino spem et confidentiam in n[ost]ris meritis ita ut nullo m[od]o liceat spe et confidentia 2ria in deum ut p[rae]cipuum authorem tendere simul etia[m] 2rio confidere in n[ost]ris meritis quasi medijs conducentibus ad finem ex dei ordinat[ion]e p[rae]scriptum ut etia[m] saepe continet in doct[rina] ecclesiae quam tradunt s. P.P. et alij authores supra relati p[raesertim] ut colligit ex locis ss. ibi adductis. 3a hoc n[on] nunquam viri sancti p[ro]ponunt sua bona opera et merita, ut in lib. 2. esdrae cap. 5. no. 19. memento mei deus meus in bonum s[ecundu]m omnia quae feci populo huic. et isaiae 38. no. 3. ezechias dixit: obsecro domine memento quomodo ambulauerim coram te in veritate &c. psalmo 17. no. 21. et retribuet mihi dominus s[ecundu]m iustitiam meam. et 2a ad timot. 4. no. 7. bonum certamen certaui &c. reposita est mihi corona iustitiae. atq[ue] hoc etia[m] in vita d. Pauli primi heremitae: et d. hilarionis refert d. hieroni[mus] illos morti propinquos effecisse.

4. obijcit[ur]. n[on] videt[ur] tutum collocare aliquo m[od]o spem et fiduciam in n[ost]ris meritis. nam videtur occasio et periculum inanis gloriae, qua ho[mo] de suis meritis gloriet[ur]. q[uo]d est s[ecundu]m illud 1. ad Corinth. 4. no. 7. quid gloriaris quasi n[on] acceperis. ergo nullo m[od]o sperandum est in n[ost]ris meritis.

praesertim cum de illis non simus certi neque de nostra iustitia.

aliqui ex quibus est Belar. t.o 3. alias 4. lib. 5. de iustificatione cap. 7. propositione 3. dicunt propter incertitudinem propriae iustitiae et periculum inanis gloriae tutissimum esse fiduciam totam in sola dei misericordia et benignitate reponere.

Sed hoc dictum ut notant Vasq. 1.a 2ae t.o 2. disp. 213. cap. 7. n.o 41. et 42. et alij intelligendum sano modo quem etiam indicat Belar in verbis infra referendis. nempe non est ita intelligendum ut sensus sit sperandum esse in sola dei benignitate quasi per illam solam consecuturi simus gloriam sine nostris bonis operibus et meritis, et quod nullo modo licitum sit in illis sperare. hic enim est sensus hereticorum supra confutatus. Sed illud potest ita exponi ut ex nostris meritis non habeamus in hac vita fiduciam absolute certam et securam quasi iam hic absolute simus securi de perseverantia et de consecutione gloriae. Sed praecipue speremus in sola dei benignitate quod si per nos non steterit dabit nobis perseverantiam, ne perdamus merita in quibus quasi medijs etiam possumus sperare ut ex positum est supra in 2.a. haec autem conditionalis est certa quod nisi homo ex sua parte defuerit gratiae non deseret a deo. unde in Triden sess. 6. de iustificatione cap. 13. dicit de perseverantiae munere hominem non debere sibi aliquid certi absoluta certitudine polliceri, tametsi in dei auxilio firmissimam spem collocare debeat quod deus nisi ipse homo illius gratiae defuerit sit coepit opus bonum ita perficiet etc.

Insuper illud dictum potest ita explicari ut sensus sit ad exercitium humilitatis tutissimum consilium esse aliquando non attendere ad nostra merita sed solum ad dei misericordiam

et benignitatem eliciere quendam actum spei, quo in illa sola speremus ut dictum est in solutione ad 3. obiectionem § praeterea ad exercitium etc. nam ut recte notat Bellar. in sua citato lib. 5. de iustificatione cap. 7. ad finem ex eo quod homo non respiciat sua merita nihil perdit nam deus illa bene novit, nec possunt esse irremunerata ut exponit D. Chrysost. homilia 38. ad Populum Antiochenum. sic etiam Vasq. 1.2. tomo 2. disp. 213. cap. 7. no. 49. dicit salubre consilium esse advertendam inanem gloriam et expellendam sententiam non respicere ad merita facta sed ad nova adquirenda aspirare quia ex hoc quod homo non convertat oculos ad opera et merita quae habet nihil apud deum iacturae facit etc. hoc autem ostendit testimonio D. Pauli et aliorum PP. quos retulimus supra ad 3. obiectum § praeterea ad exercitium etc.

cum hoc tamen stat licitum esse sublato periculo superbiae respicere merita facta et in illis aliquam spem seu fiduciam habere modo sit ex posito in cit. et ad 3. obiectum § non igitur. atque hunc sensum explicat Bellar. in praedicto lib. 5. de iustificatione cap. 7. § sit iam altera. ubi dicitur in bonis meritis fiduciam aliquam collocari posse modo superbia caveatur, et postea § is tot etc. advertit se addere hanc limitationem quoniam inquit, si quis in propriis meritis ita confideret ut ea se, a se, non ex gratia dei habere crederet. vel caeteros prae se despiceret, aut maiora se merita habere existimaret, quam revera haberet is non tam in spem erigeret, quam in superbiae barathrum praecipitaret.

quare ad 4. obiectum propositam cum in antecedenti dicitur non esse tutum collocare aliquo modo spem et fiduciam

in nris meritis. Rx. id ita velit dictum nequaquam e
nam qd aliquo modo in illis quasi in medijs licite spe
rari possit praecipue tn sperando in deo quasi in cā. 1ā.
ostendit ex doct. SS. et PP. ut probatum est supra in ... unde
potius colligit n ce securum omnino velit nulla
sub intellecta limitatione dicere qd nullo modo speran
dum sit in nris meritis. ut notant Vaz. ubi supra et alij.

Ad illud vero qd dicit inde oriri ocasionem et periculum
inanis gloriae. Rx. si ho ut debet prudenter studat hoc periculum
vitat attendendo se sine deo qui est praecipuus author ni
hil posse ac proinde n posse gloriari de suis meritis ac si
essent sibi propria ex se ipso quasi n acciperet illa praecipue
a deo. unde in illo loco 1 ad Corint. 4. no. 7. dicit. qd
gloriaris quasi n acceperis. ex quo colligit reprehendi illum
qui ita gloriat quasi n acceperit. qui sensus intelligit in
multis SS. et PP. testimonijs quibus damnat gloriatio
eorum qui gloriant esse quasi ex se et suis viribus ha
beant merita. —
caeterum n prohibet gloriatio praecipue relata in deum
quasi primum authorem et ad hoem quasi ad cam
secundariam et ut aiunt mynisterialem libere cooperantem
virtute dei ut et alijs quo modo exponit illud 1 ad
Corint. 3. no. 9. dei adiutores sumus. et cap. 15. no. 10
n ego sed gratia dei mecum. et 2a ad Corint. 3. no. 5.
n qd sufficientes simus cogitare aliqd a nobis, quasi
ex nobis, sed supposita autem hac solida veritate exclu
dente inanem gloriam ex eo qd ho divinis auxilijs libere
cooperat ad bonos actus pot illi quasi causae 2ae tribui
aliqua laus et gloriatio, nam bonum opus liberum
habet rationem laudabilis respectu eius a quo hoc modo

libere procedit ut ex Aris et coi doct exponunt. d. thes alij 12 q. 21. a. 2., et ex coi usu SS. et S. P.P. et totius ecclesiæ constat bonis et sanctis viris propter opera vir tutum tribui aliquam laudem et gloriam subordina tam tn Deo ut prīo ipsius authori.

Disputatio 4.a de diversitate ac tuum pertinentium ad virtutem Spei theologicæ sup.nalis.

Caput 1.m an virtus Spei theologicæ sup.nalis eliciat solum actum sperandi, an vero etiam actum amoris, desiderij et gaudij circa bonum. item odij, fugæ et tristitiæ circa malum sub roe sui obi formalis.

Sectio 1.a decisio quæstionis.

Dico 1. virtutem Spei theologicæ supernalis elicere non solum actum sperandi sed etiam sub roe sui obi formalis plures alios actus maliter diversos tum amoris, desiderij et gaudij circa bonum, tum etiam odij fugæ tristitiæ, et alios affectus detestationis circa malum illi oppositum. hæc c.o de re continetur in prīs cois doctrinæ quamvis in modo loquendi sit varietas apud diversos authores, specialim autem eam attingit S. q. pte t.o 1. l. 7. d. a. 4. in commentario § ut verò ubi dicit circa deum ut bonum nrum nobis amabilem posse versari plures actus nempe amoris desiderij spei et delectationis seu gaudij ya. et § quapropter eadem. asserit omnes actus elici ab virtute spei. item t. 4. disp. 3. sect 2.a agens de virtute pœnitentiæ no. 2. dicit illam sub roe sui obi formalis posse elicere omnes actus quibus voluntas tendit in bonum. et no. 6. addit eandem

fugere malum omnibus illis actibus quibus voluntas
solet malum refugere. inde autem colligit proinde modo
de virtute spei theologicae dicendum est. illam sub ratione sui obiecti
formalis posse elicere omnes actus quibus voluntas tendit
in bonum et fugit malum.
Probatur 1°. virtus spei theologicae habet pro obiecto formali deum
sub ratione boni nobis commodi ut expositum est supra disp.
2. cap. 1. sect. 4. ergo actus circa bonum innitentes tali obiecto
formali possunt elici ab ipsa virtute spei theologicae simul cum
voluntate concurrente. nam quaelibet virtus potest eli
cere actus innitentes suo obiecto formali; quamvis inter illos
sit diversitas materialis propter aliquod obiectum materiale aut con
notatum diversum.
2. Insuper eadem virtus quae tendit in bonum fugit etiam
malum illi oppositum propter rationem sui obiecti formalis boni, nam
fugimus malum quia amamus bonum. et sicut in naturalibus
eadem inclinatio quae tendit in aliquem terminum sibi con
venientem recedit etiam a termino opposito, v.g. ignis eadem le
vitate qua tendit ad suum locum superiorem recedit
ab inferiori, et terra eadem gravitate qua fertur
in centrum recedit a loco superiori. ita etiam suo modo
quaelibet virtus in voluntate existens quasi quaedam
habitualis inclinatio habet vim ut per se tendat in
bonum, et ratione ipsius boni detestetur et fugiat malum
illi oppositum ut docent communiter D. Th. et alii 1a 2ae. q. 25.
a. 2. corpore et 2a 2ae q. 28. a. 1. ad 2. et alibi saepe. et
ratio est, quia bonum potest esse formale motivum fugiendi malum
ac proinde actus fugientes malum propter tale motivum
bonum pertinent ad eandem virtutem quae tendit in
illud bonum. ergo eadem virtus spei theologicae quae ten-

dit in deum ut bonum verum fugit etiam malum illi oppositum nempe peccatum, eliciendo ratione sui obiecti formalis boni eos actus quibus voluntas solet malum detestari et fugere.

Confirmatur quia virtus charitatis ratione sui obiecti formalis quod est deus ut bonus in se et propter se amabilis amore amicitiae potest elicere eos actus materialiter diversos quibus voluntas tendit in tale bonum, et similiter eos actus quibus propter idem obiectum formale fugit malum illi oppositum. nempe peccatum. ut ostendimus suo loco in materia de charitate disp. 2. cap. 1. et alibi. item simili ratione virtus moralis poenitentiae propter suum obiectum formale bonum quod est honestas conservandi ius divinum illaesum, et resarciendi laesum potest elicere actus quibus voluntas tendit in tale bonum; nec non et alios quibus ratione eiusdem obiecti formalis fugit malum illi oppositum ut explicuimus in materia de poenitentia disp. 4. cap. 6. et specialiter etiam exponit S. ipsa citatus in cap. in posteriori loco. Ergo pari ratione idem suo modo dicendum est de virtute spei theologica.

2o. id sigillatim explicatur et probatur inductione in actibus bonum prosequentibus huius modi sunt amor desiderium spes gaudium seu delectatio. item in actibus malum refugientibus quales sunt odium fuga, tristitia, timor, ira, qui omnes actus possunt esse unius et eiusdem rationis specificae quia habeant unum et idem obiectum formale; quamvis distent individualiter materialiter propter obiectum formale seu connotatum diversum. atque hoc modo possunt se habere respectu virtutis spei theologicae.

in primis possumus propter rationem formalem boni divini prout nobis commodi amare deum quodam amo

ve concupiscentiæ, qui amor pertinet ad aliquam virtutem theologicam cum p obto formali habeat deum sub aliqua ratione ut supponit. Id non pertinet ad Charitatem. nam hæc amat deum amore amicitiæ ut constat. ergo pertinet ad virtutem spei theologicæ. id quod plenius authoritate et ratione probatur ex iis quæ adducta sunt supra disp. 2. cap. 1. sect.

hic amor concupiscentiæ erga deum est quidam individualis actus virtutis spei quo voluntas excitatur ad alios individuales actus eiusdem virtutis, realiter distinctos. nempe ad actum desiderandi et sperandi et ad alios affectus innitentes eidem obto formali; nam ut ait D. Th. 1a 2æ q. 18 a. 8. ad 2. spes actualis et omnis motus appetitivus provenit ex aliquo amore. et 1a 2æ q. 28. a. 4. corpore; amor, inquit, est prima affectio appetitivæ potentiæ ex qua sequitur et desiderium et gaudium. et ideo habitus virtutis idem est qui inclinat ad diligendum et ad desiderandum bonum dilectum et ad gaudendum de eo. ergo ex amore concupiscentiæ quo per virtutem spei theologicæ amamus deum, ut bonum nostrum provenit etiam aliquis affectus desiderandi ipsum deum propter idem obtum formale. atque hoc etiam significat D. Th. 2a 2æ q. 17. a. 8. corpore ut ex posuimus superius disp. 1a. cap. 6. difficultate 3. ad 2m.

possumus igitur propter rationem formalem boni divini prout nobis commodi desiderare ipsum deum, qui affectus pertinet etiam ad eandem virtutem spei cuius obto formali innititur distinguitur autem individualiter realiter ratione connotati a prædicto affectu amoris nam ille amor solum dicit quendam affectum complacentiæ circa tale bonum nostrum non attendendo illi prout possibile obtineri. at desiderium dicit de ratione affectum per modum tendentiæ ad tale bonum sub

obtinere. unde ex amore quietut notat D. Th. 1.2.q. 25. a. 2. corp. ex complacentia boni excitamur ad supposita possibilitate existimata desideremus illud bonum obtinere.

Ulterius innitendo etiam eidem rationi formali boni divini prout nobis commodi possumus sperare ipsum deum, qui affectus secundum eandem rationem predictam pertinet etiam ad virtutem spei theologice, distinguit autem individualiter materialiter ratione connotati a predictis affectibus amoris et desiderij. nam affectus sperandi proprie et stricte connotat bonum quoad consequutionem futurum saltem in existimatione. item etiam arduitatem ad quam superandam erigimus per affectum spei ut explicuimus superius disp. 2. cap. 1. sect. 5. diffi. 3. § alio modo rationem desiderij.

preterea secundum eandem rationem formalem boni divini prout nobis commodi possumus elicere quendam affectum gaudij seu delectationis de deo. qui affectus pertinet etiam ad virtutem spei theologice sub suo formali motivo. et sic locum habet distinctio qua D. Th. 2.2.q. 28. a. 1. ad 3. distinguit quoddam esse gaudium proveniens ex charitate, aliud vero ex spe. et de hoc posteriori gaudio exponit id quod ad Rom. 12. nº 12. dicitur. spe gaudentes. hic autem affectus gaudij distinguit individualiter materialiter ratione connotati a predictis affectibus amoris, desiderij, spei. nam gaudium seu delectatio connotat quandam presentiam seu possessionem saltem aliquo imperfecto modo inchoatam boni amati in quo aliqua ratione quiescit appetitus ut docent D. Th. et alij 1.2.q. 23. a. 4. corp. et q. 25. a. 2. corp. et q. 31. a. 1. ad 2. et alibi sepe.

Propter hoc etiam notandum est id quod D. Th. in eodem 1.2.q. 11. a. 4. corp. ad 2. advertit fruitionem seque est quedam delectatio et gaudium ut ex possumus in materia de beatitudine

Dissp. 3. cass 3. in 2a suppse, ita distingui ut alia sit frui
tio perfecta quae est de fine habito, non solum in intentione
sed etiam in re, alia vero sit fruitio imperfecta quae est de fine
hito non in re, sed in intentione. et 1a 2ae q. 20. a. 1. corpore. ad
1m notat quod Charitate etiam in hac vita possidere in nobis
quoddam gaudium de deo quamvis ipse deus in hac vita
in qua 2a ad Corint. 5. non dicimur peregrinari a domi
no sit nobis absens in comparatione ad illam praesentiam
qua beatis est praesens per visionem. ho

hactenus expositionem quo modo virtus spei theologica propter suum obiectum
formale possit elicere actus bonum prosequentes ut ss. actus amoris,
desiderij, spei et delectationis seu gaudij. quo autem non propter idem obiectum
formale possit etiam elicere actus respuentes malum vg. actum
odij peccati, et actum fugae et tristitiae, et timoris atque irae ita ex
plicat. quia propter deum ut bonum meum possumus odio habere peccatum
atque hoc odium pertinet ad virtutem spei theologicae, cuius obiecto
formali in nititur. nam ut ait. D. Th. 2a 2ae q. 25. a. 6. ad 1m. eiusdem
rationis est odio habere malum alicuius et diligere bonum eius.
qua ratione ibidem dicit; odium perfectum peccati propter deum
et formali motivo Charitatis pertinere ad Charitatem. simili
etiam ratione propter formale motivum spei hoc est propter deum ut bonum
meum possumus elicere actum fugae et tristitiae, actum timoris
de peccato, sicut etiam propter formale motivum Charitatis possumus
elicere actus huius generis. nam ut ait. D. Th. 2a 2ae q. 28. a. 1.
ad 2m eiusdem rationis est gaudere de aliquo bono, et tristari
de ijs quae illi repugnant. et 3. pte q. 85. a. 3. corpore. dicit
ad eandem Charitatem pertinere ut diligat bonum, et
gaudeat de illo, et tristetur de opposito; et habeat displicentiam
peccati, nempe propter formale motivum ipsius Charitatis.

, ix ho 2 1. circa adversus praescriptam
doctrinam.

1m arg. virtus spei dicit a sperando. g illius actus est solus
sperare. g illa n pot elicere ullum actum amoris neq
desiderij neq gaudij ca bonum. item neq odij fugae tristi
ciae ac timoris ca malum oppstum. Pbat coa a simili;
nam pota visiua quae dicit a videndo solum pot elicere
actum videndi: g similit hoc mo virtus spei quae dicit
a sperando solum pot elicere actum sperandi:

Rx. concesso ante, nego coam prout sperare denotat ac
tum individualem, vel obiectalis et connotati distinc
tum ab alijs actibus ibi enumeratis. nam ut notant d. th.
1.2. q. 92. a. 1. ad. 2. et alij ibi et pluribus locis saepe con
tingit aliud ee id a quo nomen desumitur, aliud vero id ad qd
significandum extendit. in praesenti autem hoc nomen virtutis spei
quamuis desumptum sit a sperando, in ipsa virtus spei ex
tendit ad plures alios individuales actus convenientes eidem
obto formali specifico cum diversis obis materialibus et connotatis
vel quorum ipsi actus individualit materialit distinguunt
illisq tribuunt alia peculiaria noa quamuis eliciant
ab eadem virtute specifica cuius nomen desumptum est ab
uno actu individuali f. communem notiori in hac
virtute. —

hoc exponit varijs exemplis in diversis materijs. v.g. nomen
potentiae appetitiuae concupiscibilis desumptum est ab actu
concupiscendi, et tamen ipsa pota extendit ad plures alios
actus, nempe gaudij seu delectationis ca bonum et
odij fugae aut tristitiae ca malum. ro autem est illa quam
exibet d. th. 1.2. q. 25. a. 2. ad. 1m. qa inquit, hoc mo no
minat aliqd rem qd nobis innotescit voces n. sunt
signa intellectuum, (hoc est conceptuum, sec. Aris. 1o. Per
Hermen. ca. 1o.) nos autem ut plurimum per effec
tum cognoscimus causa et quoniam inter omnes
passiones concupiscibiles magis est sensibilis concupisc

centia ab eadenominat. talis pôa

pręta pôa irascibilis extendit nõ solum ad actum iræ sed etiam ad plures alios, nempe spei, audacię, timoris, etc. et in ipsum nomen irascibilis desumptum è ab actu iræ q̃si a maniﬀestiori ut etiam notat D. thus in predicta q. 25 a 3 ad 1. itemq̃ ipse etiam D. thus 2. 2æ q. 30 a 4 corp. ait: unus et idem habitus charitatis quo inclinatur ad diligendum et desiderandum dilectum et ad gaudendum de eo et tamen virtus inquit nõ denominat a gaudio nec a desiderio sed a dilectione et dicitur charitas. qd explicuimus in nra de charit. dispt. 9 cap 1 difficult. 2 et 3; simil etiam de virtute penitentię, cuius nomen desumptum è ab actu penitendi de propriis pecatis commissis in eo à quo fuerint commissa et tamen dicta virtus extendit ad plures alios actus sub ro̅ne sui obti formalis qd è honestas conserbandi ius divinum ilesum et resarciendi lesum ut exposuimus in nra de penitentia dispt. 4 cap 3 qd etiam explicat S.ẓ 3 p. tomo 4 dispt. 8 sect. 2.

Ad illud vero exemplum quod in probatione contigafert de poâ visiva quę dicit a videndo et solum potest elicere actum videndi Rs videre ee ibi terminum genericum ad oes actus videndi aptitudine verbi qd poâ visiba solum potest elicere actum videndi, sicut et poâ intellectiba actum intelligendi; cęterum si eet aliqd peculiare nomen poę visibi desumptum ex aliquo illius individuali actu v.g. ex actu quo per albedinem dicitur disgregari visus et per nigridinem congregari, nõ sequeret ipsam poam visibam nõ extendi ad plures alios actus sicut in exemplis propositis; ex ergo qd nomen poę concupiscibilis desumptum sit ex peculiari actu concupiscendi et nomen poę irascibilis ex actu iræ, nõ sequitur tales poas nõ extendi ad plures alios actus sub ro̅ne sui obti formalis.

Verbum

Uum argtum. spes pertinet ad irascibilem cuius è respicere bonum arduum ut docet D. thus 2. 2æ q. 23 a 1 corp. et q. 25 a 1 et q. 40 a 1. g. virtus spei nõ potest elicere ullum actum amoris desiderii et gaudii circa bonum neq. ullum actum odii fugę, et tristitię circa malum oppositum, plus contra q̃ omnis ni actus pertinent ad concupiscibilem quę distinguit ab irascibili.

Rs negando contram q̃ irascibilis et concupiscibilis in appetitu

in apetitu racionali hoc e in voluntate n̄ ēē pōr realiter neq̄
fᵒraliter diuersę speciei inter ipso d thā et coī doctᵉ expositum
e supra disputacione 2 cap 2 sectᵉ 5ª dificultᵉ 3 ad 1ᵃᵐ obiec
tionem q̄ circa ariū etᵗᵉʳ et simult ad eandem specifica pōm
voluntatis pertinent actꝫ irascibilis et concupiscibilis ita etiam
pertinere posˢ ad vnum et eundem specificum habitum
qui potest illos elicere propter vnum et idem obtᵘm formale,
quamvis distinguant in indiuidualiter materialiter racione
diuersi obiecti materialis et connotatiue etiam explicatum e
in eadem dificultate 3 ad 2 obiectionem q ad illud vᵒ item
in hoc cap 1ᵒ presentis disputacionis atentis his quę dicta sᵗ
sectᵉ 1ª in 1ª et 2ª probacione.

Quare id qd in communi dici solet actꝫ irascibiles distingui
specię ab actibꝫ concupiscibilis et in particulari actꝫ amoris
desiderii et delectacionis differre specię inter se ab actibꝫ odii
fugę et tristitię item spei timoris et irę etᵗᵉʳ. exponendum
e ita ut id locum habeat quando tales actꝫ innitunt diuer
sis obiectis formalibꝫ nihil tn̄ obstare ostendit quominus
possunt hauere vnum et idem obtum fᵒrale ac proinde esse
eiusdem rōis specificę quamuis mᵃliter diferant. quo pacto
etiam vnus et idem et idem specificus habitꝫ charitatis sub
rōe sui obiecti fᵒrmalis potest elicere actꝫ amoris desiderii et
gaudii circa Deum ut bonum in se et propter se amabilem amo
re amicicię item etiam propter idem obtum fᵒrale potest elicere
actum odii fugę et tristicię de peccato et simili etiam mō actum
irę et timoris circa ipsum peccatum et insuper actum spei in di
circa bonum ut ex posuimus in mā de charitate dispᵗᵉ 3 cap 1.

Hoc autem ostendit etiam in doctrina Diui thomę
secunda secundę questione 28 a quarto corpore ubi dicit
vnum et eundem habitum charitatis inclinare ad diligen
dum Deum et ad desiderandum et gaudendum de eo
et in eadem questione articulo primo ad secundum asent

aserit eiusdem racionis esse gaudere de aliquo bono et
tristari de his quę illi repugnant. et quæstione bigesima
quinta articulo sexto ad primum docet, eiusdem racionis esse
odio habere malum maliuius et dilligere bonum eius et ques
tione 18 a 2 ad tercium afirmat beatos non per birtutem spei
id ex amore charitatis experare alliqs beatitudinem. inde
autem imfert quod uim sperare suo etiam modo alicitibe
conbeniat charitati ut etiam diximus superius dispt.e 1a
cap 3 ad terciam obiectionem quando dicit sperare esse proprium
specialis birtutis theologicę quę peculiter ad diferentiam
charitatis nominat spes id debet intelligi sub alio obiec
to formali quod est proprium tali birtuti ut obiter
exposuimus ibidem et plenius disputacione secunda
capite 1o sect.e 4a —

Ad hoc autem notandum est quod dici solet penitentiam duobus modis generaliter pro detestacione pecati.
ex quouis motiuo formali et sic non est unius specialis virtutis sed
pertinere ad diuersas virtutes speficas quarum quælibet propter
suum obiectum formale potest detestari peccatum. alio vero sumi specia
liter pro destatione peccati ex formali motiuo iustitię religiosę
cuius formale obiectum est honestas resarciendi ius diuinum le
sum et conserbandum illesum. et sic est specialis virtutis
quę ad differentiam aliarum dicitur peculiariter virtus moralis
pęnitentię. ut notant. S. Th. 3. p. te to 4. disp. 2. sect. 1a. no
1o. et sect. 3. no. 2. 3. et 4. et alij et exposuimus in
ma de pęnitentia disp. 1. cap. 1o sect. 2. et cap. 3. simili
proportione in præsenti dicimus actum sperandi sumi posse
uno modo generaliter pro expectatione boni ex quouis motiuo
formali, et sic non est unius specialis virtutis sed pertinere ad
diuersas virtutes speficas prout quælibet propter suum

motivum finale pot aliquo mō sperare. quare etiã Charitas pot sperare s. id qd. D. th. 2.2. q. 18. a. 2. ad 3. dicit beatos sperare aliis beatitudinem ex amore Charitatis. et 3. p. q. 7. a. 4. ad 1.m asserit xp̄m dominum sperasse aliqua nõ per spalem virtutem spei theologicæ quæ hæc nõ fuit in illo sicut neq̃ ē in aliis beatis. ut exposuimus in mā de incarnoē disp. 20. cap. 1. et plenius dicet infra ubi an spes sit in beatis.

alio vero mō actus sperandi sumit spaliter p expectatione boni ex finali motivo divinæ bonitatis prout nobis commodæ et amabilis amore concupiscentiæ, et sic ē spalis virtutis. quæ ad distam aliarum dicit peculiariter spes theologica. hic autem habitus licet denominet spes ex ordine expresso ad individualem actum sperandi pot tamen elicere alios actus qui pt suum obum finale ut ostensum est in hoc capite sct precedenti. illud vero qd dici solet spem here p obto bonum arduum licet pp authoritatem gravium authorum ita loquentium nõ sit absolute negandum ē tamen exponendum prout ex eorum doctrina colligit, ita ut bonitas obti prout nobis commodi sit finale motivum allicieris et movens voluntatem, arduitas vero sumpta p difficultate consequutionis sit conditio ad illum individualem actum quo pp̃t bonitatem erigimur ad superandam difficultatem ut explicavimus superius disp. 2. cap. 1. sct. 2. ad 5 et sct. 5. diffo 3. ad 1.m obiectum. item etiã ad 2.m

3. erg ē. si habitus spei theologicæ posset ppter suum obum finale elicere actus refugientis malum, posset ppt deum ut summum bonum nrũ elicere actum odii et de

testatio nisi ac doloris de peccato. Sed hoc videtur falsum. Arguitur et ans. maior probatur ex iis quae dicta sunt. Sit prima minor probatur; et probatione eius... minor vero ita probatur. quia talis actus esset contritio per se sufficiens ad remissionem peccati mortalis etiam extra Sacramentum. nam cum sit actus theologicus detestans peccatum propter Deum ut bonum summum non est minus sed potius magis perfectus quam actus contritionis elicitus a virtute morali poenitentiae rationalis. sed iste est contritio per se sufficiens ad remissionem peccati. Ergo et ille. hoc autem consequens est falsum. ita probatur quia spes non excludit peccatum mortale. sed est in sacratore fideli existente in peccato mortali ut constat ex communi doct. de qua supra disp. in ea. circa illius probationem. et cap. 6. differentia. ergo nullus actus elicitus ab habitu spei est sufficiens ad remissionem peccati mortalis, ac proinde non potest esse contritio.

Respondetur concedendo maiorem ut probatur ex dictis sub praecedenti negando autem minorem. ad illius vero probationem negando talem actum esse contritionem per se sufficientem ad remissionem peccati mortalis extra Sacramentum. ad illud autem quod in probatione dicitur illum actum non esse minus sed potius magis perfectum actu elicito a virtute morali poenitentiae Respondetur id concedendo. illud vero quod ibi subditur eum actum elicitum a virtute morali poenitentiae esse contritionem per se sufficientem ad remissionem peccati mortalis, negandum est, si sermo sit de contritione quae per se loquendo sit dispositio sufficiens ad remissionem peccati mortalis extra Sacramentum. nam huiusmodi dispositio debet esse contritio Charitate perfecta ut significat Tridentinum sess. 14. de Sacra poenitentiae cap. 4. ubi ita dicitur: contritionem hanc aliquando Charitate perfectam esse contingit hominemque Deo reconciliare

prius quam hoc sacra actu suscipiat. hoc autem dictum
quod ad remissionem peccati mortalis extra sacramentum
requirat contritio charitate perfecta intelligitur per se
loquendo seu divinae institutionis secundum communem ordinem na-
turalem. quamvis aliquando per accidens in aliquibus casibus
possit aliud contingere, ut dicetur infra & ceterum.

pro hoc autem nunc breviter ex his quae suo loco in
materia de poenitentia traduntur observandum est, aliud esse
loqui de dispositione sufficiente ad remissionem peccati in
sacramento poenitentiae reipsa suscepto, aliud vero lo-
qui de dispositione sufficienti extra sacramentum. et quo-
niam virtute sacramenti poenitentiae quod per se insti-
tutum est ad remissionem peccatorum pro fidelibus sicut et
sacramentum baptismi pro infidelibus suppletur per-
fecta contritio idcirco per se loquendo ut in hoc sa-
cramento reipsa suscepto remittantur peccata non requiritur contri-
tio perfecta sed sufficit attritio ut colligitur ex Tridentino in praedic-
ta sessione 14. de sacramento poenitentiae cap. 4. ubi dicit
attritionem quamvis sine sacramento poenitentiae per se ad iu-
stificationem perducere peccatorem nequeat tamen eum ad Dei
gratiam in sacramento poenitentiae impetrandam dispo-
nere. idque explicuimus in materia de poenitentia disp. 7. cap.
4. diffe 2. ex pluribus gravibus authoribus quos etiam re-
fert et sequitur S. 4 parte 1o 4. disp. 20. sect. 4a. n. 9. et 10.
unde autem consequenter infertur ad remissionem peccatorum
in sacramento poenitentiae sufficere loco attritionis cum
actum spei dictum ex habitu supernaturali spei elicitum
quo spes pro deum ut summum bonum nostrum detes-
tamur peccata.

ceterum ad remissionem peccatorum mortalium extra
sacramentum non sufficit attritio sed per se loquendo

requirit contritio charitate perfecta, quę aut detestet peccatum ex fi(n)e formali motivo charitatis, aut si sit actus virtutis moralis pęnitentię, sit coniunctus cum actu charitatis diligentis Deum, ut etiam exposuimus in materia de pęnitentia loco proxime citato. quamvis ut ibidem et disp. 5. cap. 5. cer. 2. notatum est, probabile sit aliquando saltem per accidens in casu ignorantię inuincabilis seu inadvertentię inculpabilis sufficere contritionem formalem ex virtute morali pęnitentię absque actu formali charitatis. quod etiam cum aliis authoribus esse probabile ad vertit. Joannes 3. parte t. 4. disp. 4. sect. 2. attentis iis quę docet ibi num. 8 et 9. inde autem colligitur per se loquendo ad remissionem peccati mortalis extra sacramentum non sufficere prędictum actum a virtute spei elicitum, quo propter Deum ut bonum nostrum detestemur peccatum, siquidem per se loquendo ad obtinendam iustificationem extra sacramentum requirit contritio charitate perfecta ut loco citato diximus, et significat in prioribus verbis concilii Tridentini supra relatis in solutione ad hoc 3. arg. § Rx concedendo ipsa

dist(inctio) est tamen super est an sit aliquando saltem per accidens in casu ignorantię inuincabilis seu inadvertentię inculpabilis contingit extra sacramentum obtineri iustificationem per actum contritionis pertinentis ad virtutem moralem pęnitentię formalis absque formali actu charitatis ut proxime diximus ex locis citatis in materia de pęnitentia. ita etiam concedi possit in prędicto casu ad iustificationem extra sacramentum sufficere actum elicitum a virtute spei detestantis peccatum propter Deum ut summum bonum nostrum, cum talis actus sit perfectior actu elicito a virtute morali pęnitentię.

aliqui id concedunt. Sed advertunt in modo loquendi
non esse absolute concedendum, quod spes sit sufficiens dis-
positio ad remissionem peccati mortalis seu ad iustificationem
quia nomine spei absolute prolato denotari solet deno-
minatio sumpta ab illo individuali actu, quo spe-
ramus aliquid propter deum ut bonum nostrum etiamsi non ha-
beamus actum, quo detestamur peccatum propter ipsum
deum ut bonum nostrum. et in hoc sensu exponunt
id quod conc. dixit spem esse in peccatore et non sufficere
ad remissionem peccati. qui sensus non excludit, quod loco contri-
tionis pertinentis ad virtutem moralem paenitentiae
sufficere possit etiam extra sacramentum praedictus actus
detestans peccatum ex formali motivo spei, qui actus est
quaedam contritio et paenitentia actualis prout
hoc nomine late sumpto denotari solet detestatio peccati
ex quovis formali motivo, et sane hoc expositum cum
tali limitatione non est unde ostendatur esse improbabile.

aliter tamen etiamsi praedictus sensus non concedatur assignari potest
discrimen, quare detestatio peccati pertinens ad virtutem
moralis paenitentiae etiam sine formali actu charitatis sit aliquid extra
sacramentum sufficiens dispositio ad remissionem peccati, non vero
detestatio peccati ex virtute spei, quamvis haec sit perfectior.
nempe hoc non pendet ex perfectione entitativa actus
utcunque nam etiam actus fidei est perfectior actu virtutis
moralis paenitentiae, sed pendet ex dei institutione, quae
colligi debet aliquo sufficienti fundamento, saltem probabili ex scriptura
et PP. ... expositionem gravium authorum, huiusmodi autem
fundamentum ex authoribus habet pro detestatione peccati, ex
virtute morali paenitentiae ad praedictum effectum ut explica-
tum est supra ceterum. at pro detestatione peccati ex virtute
spei non ostenditur ex ipsis authoribus tamen fundamentum

pot q. exhiberi congrua rō differentiae. ex hoc q. contritio ex virtute morali poenitentiae detestatur peccatum propter aequalitatem iustitiae religiosae deo debitae, et n. habet pro motivo formali bonum ut nobis commodum sicut habet actus elicitus a virtute spei, et ideo congruum d. rōt potius illi quam isti concedat rō dispositionis sufficientis ad iustificationem in casu supra dicto, sicut etiam pari modo inter homines detestatio iniuriae propter offensam contra ius alterius potius conciliat amicitiam et remissionem iniuriae, quam detestatio propter proprium commodum speratum.

Caput 2um an omnes actus eliciti ex habitu spei theologicae supernalis sint unius et eiusdem rōis formalis specificae.

Sectio 1a exponit et probat conclusio

Sit conclusio omnes actus eliciti ex habitu spei theologicae supernalis sunt intrinsece unius et eiusdem rōis formalis specificae, multi tamen sunt dissimiles in individualitate materiali propter diversa obiecta materialia et varia connotata. haec conclusio continetur in fundamentis cōis doctrinae quatenus cōiter authores eodem modo loquentes de spe infusa sicut et de fide et Charitate theologica asserunt aut supponunt quamlibet harum virtutum, quamvis sit diversae speciei ab alia, tamen esse conclusio unius et eiusdem rōis speciei, q. peculiariter de Charitate supernali exposuimus in materia de Charitate disp. 6. cap. 2.

colligit ex illo 1a ad Corint. 13. nō. 13. nunc autem manent fides spes Charitas tria haec. quibus verbis apostolus eam exponit in dicat has esse tres virtutes specificas inter se diversas quarum quaelibet d. in se specifice una, ac proinde sunt solum tres virtutes theologicae per se infusae in habitu alioqui concedendae essent plures quam tres specifice virtutes

theologicę infusę in hac vita cuilibet est h. qd n̄ ē con
sentaneum doctrinę coit' recepte.
Pbat. 1° a similit. ex paritate rōis. nam fides theolog. super
naturalis ē 2m se vnius et eiusdem rōis formalis specifice vt
coit' tradit in ma de fide 22. q. 4. a. 6. vbi D. Th.
roes fiales diuę bonitatis. nam sit facta comparoe int eam omnem ratm fialem bonitatis, qua deus e nobis bonus et commodus, et eam omnem quae bonus ipse et spt se amabilis amore amicitię, et quęlibet sit in adequata deo ipse; inferior e obum fiale adequatum perse motiuum spei, posterior vero charit ut ex coi et posuimus sup̃a disp. 1. cap. 1. sct. 4. itaetz facta comparoe int roes fiales inadequatas quibus deus e bonus nobis fieri pot persoam absolutam ut aliqua earum sit obum fiale adequatum perse motiuum alterius spei imperfectioris et diuersę rois speciei ab ista quę no dat. et similit facta comparoe int roes fiales inadequatas, quibus deus e absolute bonus ipse et spt se diligibilis fieri pot ut aliqua earum sit obum fiale adequatum perse motiuum alterius charit imperfectioris diuersę speciei ab eaque nunc infundit, cum in hoc nulla ostendat firmaro repugnantię.

3. Ex pte obi fialis qd et quo, nulla ess et diuersitas in ... distem specificam alterius spei sufficeret diuersitas in roem fialem obi sub quo, ita ut idem fiale motiuum obiiuum sub habitudine et consortio ad aliud aut aliam diuersę rois detrahet poam ad alium mum specificum tendendi, quarae fieri pot ut int aliquos habitus et actus dat disto specifica etsi habeant idem obum fiale qd et quo ut ex posuimus sup̃a disp. 2 - cap. 2 - sct. 2a 2a. diff. 2 - ad. 2 - g ex dictis. et alijs locis ibi citatis.

Sectio 2a. proponunt et soluunt difficultates cõtra dicta.

1a diffas. qd concessa possitate alterius

spei theologice supernalis concedenda et sit possibilitas alterius fidei, et luminis gloriae et gratiae etc.

Obijcies 1°. Si de potentia absoluta esset possibilis spes theologica supernalis diversae speciei ab ista quae modo datur, sequeretur inde simili ratione possibilem esse aliam fidem theologicam diversae speciei. Item aliud lumen gloriae, aliamque visionem beatam; et non super aliam gratiam iustificantem diversae speciei ab ijs quae de facto dantur. Sed hoc non videtur consentaneum principijs communis doctrinae etc.

Respondeo per vim consequentiae ex eo quod aliquid concedatur esse possibile in aliqua materia non sequitur idem esse concedendum etiam in alijs materijs si aliunde ex gravi authoritate vel ratione inveniatur obstare aliquod peculiare fundamentum discriminis, si autem non hoc assignetur poterit etiam idem concedi. Quod autem in qualibet materia dicendum sit suis locis disputatur. Nunc breviter ad solutionem obiectionis proposite dicimus probabiliter posse concedi quod de potentia absoluta non repugnare aliam fidem theologicam, et aliud lumen gloriae, aliamque visionem beatam diversae speciei ab ijs quae de facto dantur. quia nihil urgens contra hoc ex communi doctrina aut ratione ostenditur. quod specialiter fide theologica habente evidentiam quam vocant in attestante exposuimus in materia de incarnatione disp. 24. cap. 2. dicte 2. § contra obijcies etc. nempe si quis evidenter cognoscens divinam veracitatem aliquid attestari praeberet illi assensum, talis assensus propter illam ita cognitam esset fides theologica evidens diversae speciei ab ista fide, quae est propter divinam veracitatem obscure revelantem ut in illo loco explicuimus.

De visione autem beata quod per potentiam absolutam

sit possibilis alia diversae speciei imperfectioris ab ista quae non dat, quam esse specificam perfectissimam ex condigno in hac sede sit debita Christo domino ratione unionis hypostaticae ex plurimis in nostra de beatitudine disp. 2. cap. 8.

De gratia vero iustificante aliqui ex recentioribus asserunt de potentia absoluta esse possibilem aliam diversae speciei quod quidem non videtur improbabile ut diximus in nostra de gratia disp. 7. cap. 3. circa 2am. Sed eidem probabilius verisimiliter sequimur sententiam negantem propter specialem fundamentum discriminis quod colligitur ex authoribus nam per quam propria ratio gratiae iustificantis condistinctae ab aliis accidentibus supernaturalibus conformiter ad communem doctrinam et SS. et DD. collatam consistit esse qualitas supernaturalis quae est ratio divinae et summa divinae naturae participatio accidentalis cui alia accidentia supernalia debentur quasi radici ratione cuius prout medio accidenti fieri potest maxime ad deum accedimus quasi filii. in Christo autem verisimiliter intelligitur non esse possibilem aliam qualitatem diversae speciei quae sit propria gratia iustificans, nam aut illa esset diversae speciei imperfectioris aut perfectioris quam ista, quae non dat. si esset diversae speciei imperfectioris eo ipso illi deesset propria ratio gratiae iustificantis, quae debet esse ratio et summa divinae naturae participatio actualis quasi radix aliorum accidentium supernalium, ut supponitur in praedicta doct. si autem esset alterius speciei perfectioris, inde sequeretur istam gratiam quae non dat non esse specifice ratam et summam divinae naturae participationem actualem. quod est contra praedictam doctrinam receptam.

hanc rationem inter alios attingit ... parte to. 1. disp. 8 ...

ec. quibus colligo y. v. deinde. ubi dicit gram sanctifi-
cantem que d. in nobis ee supremam quandam par
ticipatm diuinę nę, qua fortasse nulla pot ee maior
per qualitatem creatam. idem asserit to. 2. meta. disp
30. sect. 15. no 22. hoc etiam docent Joan. vincentius in
relectione de gra xpi. l. 8. pag 230. § 30 p resolutione.
Cabrera 3. pte q. 10. a. 4. disp 4. ad. 1. no. 16. et alij.

2a difficultas quod supponit mutuam inclusio-
nem formalem omnium rationum formalium diui-
narum nequeat dari habitus l. actus habens p mo-
tiuo formali adequato unam rationem diuinam sine alijs.

hinc ita obijcit. quelibet ro formalis diuine bonita-
tis includit formalit implicite omnes alias rationes formales bonitis
dei ut supponit in sententia de mutua inclusione formali diui-
narum rationum absolutarum quam tenent authores
quos refert et sequitur ... 1. pte ... 2. lib. 1. de essentia dei cap
13. ergo impossibile est etiam de potentia absoluta dari aliquam spem
theologicam, quę habeat p motiuo formali adequato aliquam
rationem formalem diuine bonitatis, ita ut non includat etiam formalit
implicite alias. ergo nec de potentia absoluta dari potest ulla spes
theologica supernalis diuerse speciei ab ista quę modo datur.
probatur haec conseq, quia diuersitas specifica actuum et habi-
tuum debet desumi ex diverso obiecto formali: ergo si nulla ro
formalis diuine bonitatis pot assignari quę non includat
formalit implicite, in obiecto formali cuiusuis spei qualis, nec non et
huius quę modo datur sequitur inde neque posse dari aliam spem theo-
logicam diuerse speciei.

confirmatur quia habitus spei theologicę de facto infusus potest elicere
diuersos actus quorum aliquis habeat p motiuo formali expresse
et posito unam rationem formalem explicitam diuę bonitatis
ut nobis commodę, alius vero aliam explicitam ...

hos actus non dat diversitas specifica, quia nulla ex his ro-
nibus formalibus explicitis et motivum formale adaequatum
taliter ut non includat formaliter implicite alias rationes formales divinae
bonitatis, prout nobis commode ut dictum est ex prae-
cedenti sect. 2a diffic. 3. § ad formalem minoris. Et similiter
licet persona absoluta produceret alias species supernales quae
pro motivo formali expresse supposito haberent solam unam ra-
tionem formalem explicitam divinae bonitatis adhuc talis species
non esset specifice diversa, quia etiam in tali motivo formali include-
rent formaliter implicite omnes rationes formales divinae bonitatis
ut nobis commode.

huic obiectioni assignanda est duplex solutio priore concedendo
et distinguendo. 1a cons. quod dicit posse etiam ex persona absoluta dari
aliquam speciem theologicam quae habeat pro obiecto formali adaequato aliquam
rationem divinae bonitatis ita ut non includat etiam implicite formaliter
alias si sermo sit de inclusione in ratione formali obiecti ut res
se ut aiunt prout res est secus concedendum est non in de in-
clusione in ratione formali obiecti prout obiectum est. unde non sequitur
id quod contendit in 2° cons. ut autem hoc exponatur notanda
est distinctio quam tradit 1. p. ... q. 1 a. 3. § ad evidentiam et
alii ibi distinguunt aliam esse rationem formalem obiecti ut res
est aliam vero ipsius obiecti prout obiectum est. et ex eo quod aliquid
pertineat ad rationem formalem obiecti ut res est, non sequitur quod per-
tineat ad rationem formalem obiecti prout obiectum est. quae doctrina
apud multos propter varios et ambiguos loquendi modos
videtur confusa et ad propositum nostrum explicanda est
modo sequenti.

per rationem formalem obiecti ut res est denotatur ratio formalis rei, quae est
obiectum sumendo illam rem se adaequate quoad omnia quae
est aliter formaliter sive explicite sive implicite includit. at
vero per rationem formalem obiecti prout obiectum est denotatur ea ratio
formalis quae per se et ratione sui exigitur in obiecto ut sit formale moti-

motivum obiectivum ad talem aut talem actum specificum.
Porro autem stat in ipso obiecto prout res est hoc est in essentia rei
adaequate sumpta includi multas rationes formales quarum
quaelibet per se et ratione sui non exigit ut obiectum sit formale mo
tivum, ad talem aut talem actum specificum v.g. licet deus
in se prout res est includat formaliter rationem formalem om
nis possibilis immensitatis bonitatis et quascumque alias rationes formales
divinas, non ratio formalis illius prout est obiectum fidei theologicae
est divina veracitas, quia haec per se et ratione sua exigit ut sit
formale motivum obiectivum ad actum fidei. nam credimus
deo quia verax est, et S. Tho. 2.2. q. 1. a. 1. corp. ait: si in
fide consideremus rationem formalem obiecti nihil est aliud quam
veritas prima.
Item licet deus includat omnem rationem formalem bonitatis
tum absolute, qua dicitur bonus in se, tum respective
ad nos qua dicitur bonus nobis, non ratio formalis illius prout
est obiectum formale motivum charitatis est divina bonitas
absoluta seu qua deus dicitur bonus in se, quia haec ratione
per se et ratione sui exigit ut sit formale motivum obiectivum
ad actum charitatis, nam et charitate quae est amor
amicitiae diligimus deum non quia est bonus nobis, sed quia ab
solute et simpliciter est bonus in se et per se dignus amari
ut exposuimus supra disp. 2. cap. 1. sect. 4. et quamvis
divina bonitas respectiva qua est bonus nobis prout
res est includat formaliter implicite bonitatem absolutam
dei in se, et alia attributa, non ratio formalis prout est
obiectum motivum spei theologicae est ipsa bonitas res
pectiva qua deus dicitur nobis bonus, quia haec ratione per se
et ratione sui exigit, ut sit formale motivum ad affectum
concupiscentiae, nam hoc affectu versamur erga deum

qª est bonus nobis. ut explicuimus loco citato.
quamvis autem bonitas respectiva, qua deus dicitur bonus nobis dici possit bonitas dei in se, quia aliam quandam latiorem acceptionem denotantem haec etiam est bonitatem increatam existentem in ipso deo; tamen exposui authorum conformiter ad doctrinam collectam ex S. PP. item etiam ex Aristotele in loco citato ostensum est hoc nomen bonitatis dei in se et propter se sumitur strictius quando dicitur deum amore amicitiae diligi quia est bonus in se et propter se, nam denotatur ~~amore am~~ formale motivum obiectivum ad diligendum deum amore amicitiae, est ratio formalis divinae bonitatis absolute qua deus dicitur simpliciter et absolute bonus in se, ad differentiam bonitatis divinae sumptae non absolute et simpliciter sed sub ratione respectiva ad nos quatenus est nobis commoda et in hoc sensu stricto sola charitas dicitur diligere deum quia est bonus in se et propter se absolute et simpliciter. at spes dicitur diligere illum quia est bonus nobis. hic autem sensus non excludit alium quo in alia acceptione latiori etiam ex modo loquendi theologorum ut exposuimus supra disp. 2. cap. 1. sect. 5. diff. 5. &c.
2. § Praeterea ipsa etiam spes theologica dicitur diligere deum propter se hoc est non propter aliud obiectum formale extra deum, alioqui non esset virtus pure theologica.
illud etiam quod dici solet deum debere diligi propter se; et non posse diligi propter aliud. ita exponitur ut sensus sit deum non posse licite diligi propter aliud tanquam propter finem ultimum. cum tamen alio sensu bene constet, quod deus amore theologico pertinente ad virtutem spei possit diligi qª bonus

nobis. item etiam alio amore non theologico pertinente ad aliam virtutem possit licite diligi propter honestam bonitatem creatam non quasi propter finem ultimum ut eximimus disp. 3. cap. 1. sect. 2. diffic. 3. § adsentiunt autem et § Sane. et § ex igit.

predicta autem explicatio diversorum sensuum notanda est, ad solvenda multa argumenta que consistunt in equivocatione diversarum acceptionum bonitatis divine et propter se, et non propter aliud.

Ex dictis igit constat quo pacto verum sit aliam esse rationem formalem obiecti ut rei, aliam vero obiecti ut obiectum formale motivum, neque ex eo quod aliquid pertineat ad rationem formalem obiecti ut rei, necessario inferri quod pertineat ad rationem formalem obiecti ut obiectum, quia ratio formalis obiecti ut obiectum, denotat eam rationem qua per se constituit formale motivum obiectivum ad talem aut talem actum specificum respectu cuius alie rationes formales inclusæ formaliter in re que est obiectum dicantur pertinere ad rationem formalem obiecti ut rei, non vero ut obiectum.

quare licet quelibet ratio divine bonitatis considerata ut res includat formaliter implicite omnes alias rationes formales divine bonitatis non necessario inde sequitur quod ille omnes debeant pertinere ad rationem formalem obiecti ut est formale obiectum motivum respectu cuiuscunque actus. unde etiam neque sequitur quod de persona absoluta non sit possibilis aliqua species specialis theologica que habeat pro obiecto formali motivo adequato aliquam rationem formalem explicitam divine bonitatis prout nobis commode ad quam cum rationem formalem obiecti prout est formale obiectum motivum ad talem speciem non pertineant formaliter alie rationes divine bonitatis prout nobis commode: sed non obstante mutua inclusione formali omnium divinarum rationum absolutarum prout res sunt concurrit ad rationem formalem obiecti prout est motivum formale charit non pertinere rationem

formalem divinae bonitatis prout est nobis commoda
etsi in tot rationes formales divinae bonitatis prout nobis com
modae conveniat aliquam earum posse esse formale motivum
adaequatum alicuius actus naturalis qui propter suam imper
fectionem specificam non petat in suo obiecto formali motivo
includi implicite omnes rationes formales divinae bonitatis
prout nobis commodae.

Ad confirmationem illius 2ae obiectionis Respondeo concedendo anteced. et
negando consequentiam, quia virtus spei theologicae supernaturalis de facto in
fusa stante et talis perfectionis specificae ut in suo formali mo
tivo adaequato seu rationem formalem motivi postulet saltem
implicite includere omnes rationes formales divinae bonitatis prout
nobis commodae sicut etiam virtus charitatis supernaturalis de facto
infusa stante et talis perfectionis specificae ut in suo
formali motivo adaequato seu rationem formalem motivi ad
actus talis perfectionis specificae postulet omnes rationes
formales divinae bonitatis ipsius et propter se diligibilis a
more amicitiae ut ex communi doctrina expositum est in ea sp. praeced.
sect. 2. diffic. 3. Et ad probationem minoris, etenim ex per
fectione specifica actus quasi extrinsece a posteriori colligitur quale
debeat esse formale motivum adaequatum et quaenam rationes
formales pertineant ad illud prout est formale motivum.
Unde non repugnat de potentia absoluta posse Deum dare aliam
spem supernaturalem diversae rationis specificae imperfectioris quae
in suo obiecto formali seu rationem formalem motivi ad tales
actus specificos imperfectiores non petat includere
implicite omnes rationes formales divinae bonitatis prout nobis
commodae quas petit spes supernaturalis de facto infusa sicut
etiam suo modo de formali motivo charitatis dictum est supra
in hoc capite sect. 1a post cam in 2a probatione.

2a solutio ad supra dictam 2am obiectionem et illius cor

firmatur pot alit exhiberi in hunc mum. Ctconce
dunt neg. dispoa absoluta cē posse ullam spem
supnalem theologicam quae in suo formali motiuo et ratione
formali obi tanquam quo n includat implicite omnes
rões formales diuinae bonitatis sub qua pot nobis commodae. Et ea sic in
cludit formale motiuum huius spei defacto infusae. adhuc
in de n sequitur qd dispoa absoluta nequeat fieri
alia spes supnalis diuersae rõis speciei, nam etiam
stante eodem obto formali tanquam qd et tanquam
quo pot dari diuersitas specifica actuum ppter diuer
sitatem obi formalis sub quo. ut dictum ē in pcitata
sect. 1a. post cēm in 3. pbatione et alijs locis ibi relatis.
et ē simile in eo qd concedit idem omnino obum. vg.
nãam hois absque ulla diuersitate in portata ex pte obi
repraesentati posse ab intellectu hois et a diuersis Ange
lis cognosci per diuersas cognitiones specificas quarum
diuersitas in tali casu n sumitur ex diuerso obo formali
qd aut quo repraesentato siquidem ut supponit per
eas cognitiones repraesentatur omnino idem obum adaequa
tum in singulis illis cognitionibus quarum proinde diuer
sitas specifica sumitur radicalit ex diuerso obo formali sub quo, qua
tenus eadem rõ formalis obiua vg. nã hois habet aptitudi
nem ut sub concursu. ad cām efficientem specie diuer
sam remote aut proām aut speciem intelligibilem aut
auxilium diuersae rõis specifica possit suo mõ concurrere
ad diuersum actum specificum ut expositum ē loco proxime
citato.

Caput 4. An sit aliqua superna turalis Virtus infusa ad sperandum

Propter motivum formale bonitatis creatae

Sectio 1a. Sententiae et decisio quaestionis

cum virtus spei theologica non eliciat actus nisi propter motivum formale bonitatis increatae ut ostendimus disp. 2. cap. 1. sect. 1a circa 2. et 3. sententiam. et sect. 5. diffic. 2. superest disputandum an sit aliqua supernaturalis virtus infusa ad eliciendos actus sperandi propter motivum formale bonitatis creatae de virtute autem naturali et acquisita non est dubium quin possit generari per actus naturales quos homo propter formale motivum bonitatis creatae potest elicere.

1a sententia negat dari habitum infusum ad sperandum propter motivum formale bonitatis creatae. haec sententia continetur in doct. eorum qui asserunt non dari ullam virtutem infusam ad diligendum propter motivum formale bonitatis creatae quod docet Aragon 2.2. q. 23. a. 1. circa 2a. et tom. 1. de virtute et statu religionis tract. 1. lib. 3. cap. 5. no. 15. asserit valde probabile esse nullam dari in homine amicitiam per se infusam in ordine supernaturali ex obiecto tam formali quam materiali praeter charitatem, quamvis ibidem et alio loco sibi ipsi contradicendo dicat esse etiam probabile oppositum.

2a sententia est affirmans quam tenent doctores recentiores quibus favet Vasq. lib. 1. de adoratione disp. 6. cap. 2. et lib. 3. disp. 1. cap. 6. et 3. parte tom. 1. disp. 90. cap. 2. no. 9. et disp. 110. cap. 4. no. 25. ubi signat praeter virtutem charitatis qua diligimus proximum propter deum dari aliam virtutem qua diligimus illum propter motivum bonitatis creatae. videtur quoque [illegible] quicquid de virtute infusa atque id esse probabile docet q. 3. parte tom. 1. disp. 52. sect. 3. § ad rationes dubitandi: ubi postquam retulit quandam solutionem asserentium actum.

quo amat proximus propter illius sanctitatem creatam non elicia a virtute Charitatis sed a quadam virtute infusa amicitiae humanae quae non est virtus theologica sed moralis subdit id esse probabile. item Salas 1a 2ae tom. 2. tract 11. disp. 4. sect. 7. ad finem asserit praeter Charitatem theologicam dari aliam specialem moralem infusam.

Sit assertio. probabile est praeter virtutem infusam spei theologicae cuius motivum formale est bonitas increata prout nobis commoda supernaturaliter attingibilis, dari aliam virtutem infusam ad sperandum supernaturaliter propter motivum formale bonitatis creatae prout nobis commodae. colligitur ex pluribus authorum sententiis. explicatur et probatur hoc unico fundamento. dantur in hominibus etiam peccatoribus in hac vita actus supernaturales attritionis et timoris de peccato propter motivum formale creatum. ergo datur aliqua virtus infusa per quam proportionate secundum eorum ordinem supernaturalem eliciant tales actus. sed haec virtus infusa ad actus supernaturales quorum formale motivum est bonum creatum prout nobis commodum non est virtus spei theologicae, quia haec non habet pro motivo formali aliquid creatum. ergo est alia virtus infusa ad sperandum supernaturaliter propter motivum formale creatum.

antecedens probatur ex tridentino sessione 14. de sacramento poenitentiae cap. 14. ad medium. ubi dicit attritionem quae ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae et poenarum metu concipitur cum spe veniae esse donum dei et spiritus sancti impulsum. quibus verbis significat talem actum esse supernaturalem cum dicat donum dei, et impulsus spiritus sancti. item etiam significat illius formale motivum esse aliquid creatum siquidem dicit illam attritionem et timorem esse ex turpitudinis peccati consideratione vel ex gehennae vel poenarum metu. ubi subintelligitur bonum creatum nempe cuius detestamur et timemus

malum. nam detestatio et timor mali habet rõem boni dilecti cui opponit malum, et eiusdem virtutis ẽ detestari et timere malum ac diligere bonum illi opp^tum. vt ex cõi doct cum D. th. ostensum ẽ supra in hac disp cap. 1. sect. 1^a. post ca^m. in 1° illius pbatione ꝙ in superiora. ergo ad eliciendos tales actus supernales ppor tionate s^a com^m ordinem su^naalem infundit^r in voluntate aliqua virtus que cum habeat p obiecto motiuo aliqd creatum vt supponit debet eẽ distincta a charitate et spe theologica.

huic rõi assignari solet duplex solutio. 1^a ẽ aliquorum asserentium prędictos actus su^nales attritionis eliciex spali auxilio su^nali actuali, neqꝫ p illis infundi habitum, q^a sunt actus imperfecti per modum transeuntis et preuię dispositionis ad inducendam perfectam contritionem ac proinde n̄ opus ẽ p illis infundi habitum permanentem sed sufficit auxilium transiens.

sane hęc solutio n̄ videt^r improbabilis, neqꝫ oppositum ostendit efficacit^r ex verbis prędictis Concilij triden, nam in illa sess. 14. cap. 14. dicit^r. prędictam attritionem ẽ donum dei et impulsum spũs s^ti n̄ adhuc quidem inhabitantis sed tm̃ mouentis quo penitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. quę verba lꝫ signent prędictos actus eẽ supernales per impulsum spũs s^ti mouentis, n̄ tm̃ signant neqꝫ adducunt aliqd ex quo dedũcatur inferat^r ad illos infundi aliquem habitum.

sed licet verum sit ex prędictis verbis Concilij triden n̄ colligi efficacit^r habitum infusum ad tales actus, tm̃ aliunde ad dictis fundamentis cõis doctrinę id satis verisimilit^r colligit^r nam ex recepta sententia D. thę et aliorum grauium authorum q. 63. a. 3. concedunt^r habitus infusi virtutum moralium v.g. iustitię temperantię fortitudinis etc.a

ut proportionato modo eliciant actus finales post ho
nestatem creatam suorum obiectorum in ordine ad finem
finalem ut obiter exposuimus supra disp. 1. cap. 5. diffi
1.a post solutionem ad 1.m obiectionem in quadam replica quae dicitur
in doctrina [illegible] in prima responsione. Et pariter eadem
aliunde nihil obstet et ex doct. [illegible] videntur ubi supra
colligitur dari praedictos actus finales attritionis con
cedendumque dari habitum infusum per quem propor
tionato modo eliciant tales actus finales qui non solum
a peccatoribus sed etiam a iustis secundum communem ordinem possunt
frequenter elici. quare recte inter alios J. 3. pte. to. 4.
disp. 3. sect. 2. no. 10. probat dari habitum infusum ad tales
actus

2.a solutio est aliorum affirmantium praedictos actus
elici ex virtute spei: quam solutionem exhibet J. supra citatus ubi
illam sic explicat ac probat. eiusdem prius est amare aliquod bonum
et odio habere malum illi oppositum. cumque hic actus fundetur
potissime in timore gehennae quae directe opponitur vitae aeternae
quam spes intendit fit ut huiusmodi actus ad eandem virtutem
pertineat et eandem supernalitatem habeat.

Verum si sensus sit praedictos actus elici a virtute spei theolo
gica ita reiicitur quia illi actus tendunt in motivum finale aliquod
creatum ut supra probatum. ergo non eliciuntur a virtute spei theo
logica cuius motivum finale est increatum. neque ullus habitus elicit actum nisi propter suum motivum finale. unde ipse J. supra cit. in praecise no. 12. dicit virtutem finalem ob sanctitatem
Eademque illo motivo quod in unaquaque virtute morali perfe
in se reperit quod inquit motivum sumendum per confor
mitatem ad regulam et rationem finalem. nam ratio virtutis
moralis consistit in hoc ut in materia morali operetur secundum confor
mitatem ad rectam rationem et quando haec conformitas sumitur
per comparationem ad elevatam regulam et ad rectam
rationem ut elevatam ad supernaturalem ordinem (intelligendum
modo tendendi finali ad illam proportionato) tunc virtus

e infusa et actus eius tam in prosecutione boni quam in fuga mali supernalis est.
Si autem sensus sit prædictos actus elici a virtute spei non quidem theologicæ sed alterius virtutis infusæ cuius formale motivum sit bonum creatum ut nobis commodum supernaliter attingibile ratione cuius detestamur malum illi oppositum quod est malum culpæ et pœnæ sic quidem verum est. at hoc est quod contendimus in nostra supra propositio.
Confirmatur quia sicut præter virtutem infusam religionis latriæ qua colitur deus conceditur alia virtus infusa quæ dicitur dulia ad colendos sanctos propter eorum sanctitatem creatam ut docent d. th. 2a 2æ q. 130. a. 1. et alij quos refert v. as supra citatus in 2a sententia et s. t. 1. de virtute et statu religionis lib. 1. lib. 2. cap. 5. n. 4. ita etiam per modum non cur præter virtutem infusam spei theologicæ habentis pro formali motivo deum non concedatur alia virtus infusa ad sperandum propter formale motivum bonitatis creatæ prout nobis commodæ supernaliter attingibilis ratione cuius possint etiam elici alij actus supernales prosequentes bonum et fugientes malum oppositum propter idem motivum formale creatum quemadmodum etiam spes theologica propter suum motivum formale increatum potest elicere varios actus realiter diversos prosequentes bonum et fugientes malum oppositum ut explicatum est supra in hac disp. cap. 1.
Sectio 2a Difficultas et argumenta adversariorum.
§. 1. Difficultas ex authoritate.
1m arg. est ex auth. d. thomæ qui licet præter virtutem infusam religionis ad colendum deum concedat aliam virtutem infusam ad colendos sanctos propter eorum sanctitatem

creatam vn. negare videtur praeter Charitatem infusam ad diligendum deum et proximos propter deum dari aliam virtutem infusam ad diligendos proximos propter finale motiuum bonitatis creatae. Et ex illius mente dicendum est non dari illam virtutem infusam ad diligendum neque ad sperandum propter finale motiuum bonitatis creatae. ans. probat ex 1.2. q. 25. a. 1. ad 2.m et q. 31. a. 4. ad 3. vbi illud signate dicit vt in dicant verba quae in ipso textu videnda remittimus ob breuitatem.

Respondeo negando ans. quo ad 2.m partem qua dicit d. Th. negare virtutem infusam ad diligendos proximos propter finale motiuum bonitatis creatae non. ex locis citatis in probatione antis, aut ex alijs ostenditur id ab illo negari. Sed ipse d. Th. loquens de Charitate theologica dicit eandem esse virtutem qua diligimus deum et proximum propter deum, neque negat aliam virtutem infusam a theologica condistinctam ad diligendos proximos finaliter propter bonitatem creatam. Et hoc autem notandum est id quod 2.2. q. 103. a. 3. ad. 2. sic ait: per Charitatem non diligimus in proximo nisi deum (nempe quasi motiuum finale vt signant illa verba ibi praecedentia ratio diligendi proximum deus est) et ideo in quit eadem Charitate qua diligit deus et proximus. deinde subdit. Sunt tamen aliqui amicitiae differentes a Charitate secundum alias rationes quibus homines amant. item addit: similiter cum sit alia ratio seruiendi deo et homini, aut honorandi vtrumque non est eadem virtus latria et dulia, ex his autem verbis colligitur illum simili proportione qua loquitur de latria et dulia quasi de virtutibus distinctis loqui etiam de Charitate qua diliguntur deus et proximi propter deum, et de alia virtute qua diliguntur proximi propter aliud motiuum finale dis

finctum adeo.

2m arg. Dex auth aliquor SS. PP. qui asserunt dilectionem proximi ee necario connexam cum dilectione Dei. q̄m inde colligit ex consequentia nullam ee virtutem infusam ad proximi dilectionem diversam a dilectione dei et ppt deum et consequenter etiam negat ee infusam spem diversam ab ea qua speramus deum et ppt deum ut bonum nrum. antecedens pbat ex D. Aug. tr. 83. in evang. Joan paulo ante finem ubi sic ait: ubi dilectio proximi ibi necario et dilectio dei qui n. n. diligit eum quo mo diligit proximum? et in expone in epist. Joan. tr. 9. n. longe a fine ca illud qui n. n. diligit fratrem suum quem videt, deum quem n. videt quo mo pot diligere? inquit, diligit fratrem, diligit et deum, necesse est ut diligat deum. item D. Bernar. in lib. de diligendo deo post medium § amor castus sic ait: ut perfecta iustitia sit diligere proximum deum in ca here necesse est.

R. nego ccam, qa q̄do SS. PP. asserunt dilectionem proximi ee necario connexam cum dilectione dei ita ut diligat proximus ppt deum loquunt de dilectione perfecta qualis est charitis theologice ut colligit ex illorum verbis et contextu, q̄ in illis locis agunt de charitate. quare n. ostendit ab illis negari aliam virtutem infusam amicitie moralis ad diligendum finaliter proximum ppt fnale motivum bonitatis creatae. item et aliam virtutem infusam ad sperandum finaliter ex finali motivo boni creati prout nobis commodi.

2a difficas q̄d virtus moralis infusa ad diligendum aut sperandum ppt fnale motivum boni creati videat superflua.

hinc fit hoc arg. ad diligendos nos et proximos finali dilectione amicitie sufficit virtus infusa charitatis theologice, et ad sperandum finali affectu concupiscentie nobis et aliis bona commoda sufficit virtus

infusa spei theologicę, et superflua alia virtus infusa
ad diligendum et sperandum propter formale motivum boni
tatis creatę.
Respondendo ans. sufficit virtus infusa charitatis et
spei theologicę ad suos actus specificos propter suum motivum
formale, ceterum non est superflua sed ad supernalis ordinis
plenitudinem ornatum et fructum valde conducens
alia virtus infusa, tum amicitię tum etiam spei supernalis
non theologicę sed moralis ad alios actus specificos propter formale
motivum bonitatis creatę, quas virtutes infusas probabilius
concedi colligitur verisimiliter fundato seu precedenti adducto
discursu, si etiam conceduntur alię virtutes morales infusę
quę propter motivum formale bonitatis creatę versantur
per alios actus specificos circa materias quę possunt etiam a charitate
et spe theologica attingi propter formale motivum bonitatis
increatę.
dices. preter virtutem infusam fidei theologicę ad creden
dum propter increatam authoritatem dei, non conceditur alia virtus
infusa fidei moralis ad credendum propter authoritatem creatam.
ergo similiter preter virtutem infusam charitatis et spei theo
logicę ad diligendum et sperandum propter bonitatem
increatam non est infusa alia virtus amicitię et spei mo
ralis ad diligendum et sperandum propter bonitatem
creatam, nam eadem videtur esse ratio.
aliqui respondent negando ans. quia insequuntur propter fidem theologi preter
cam, infusa est alia fides moralis ad supernaliter creden
dum propter creatam authoritatem ecclesię et summi Pontificis quoad
ab illis proponuntur aliqua non ut immediate revelata a deo.
sed quid sit de hac doctrina de qua suo loco in materia de
fide interim ad obiectum aliter responderi potest etiam si omit
tatur ans. negando conseq. quia in ijs quę circa ordinem supernalem
ad fructum pertinent attendi debet fructum collectum

et doct. SS; aut Concii; aut. S. P. P., et aliorum gravium theologorum; specialiter autem infusione predictarum virtutum moralium ad amandum et sperandum finaliter ex motivo bonitatis create habet verisimile fundamentum deductum se et precedenti pcl. id qd sufficit ut illa probabiliter concedantur, et si non concederetur ulla moralis virtus infusa ad credendum finaliter propter auctorem creatam si (illius infusione non ostendat fundamentum, ita verisimile.

Ja difficultas est ex qd multi actus finales producant sine habitu. ubi de illustrationibus et inspirationibus. ——

ex hac difficultate arguitur. multi actus finales producuntur per speciale auxilium actuale absque habitu infuso. Sic actus attritionis ex turpitudinis peccati consideratione, gehenne et penarum metu per spiritum sanctum impulsum sunt finales ut ex Concii trid. dictum est in precedenti post cum multis probatione, non sequitur inde illis concedendum esse specialem habitum infusum habentem pro obiecto finali bonitatem creatam, sed dici pot tales actus produci per speciale auxilium actuale.

ans. probatur 1°. in actibus finalibus qui sunt dispositiones previe ad infusionem habitus finalis v.g. fidei aut Charitatis, nam tales actus cum sint dispositiones previe ut infundant habitus debent saltem prius natura precedere ad habitum infundendum ac proinde non debent produci ab ipso habitu sed speciali auxilio actuali presupposito.

2°. probatur in actibus finalibus qui sunt illustrationes et inspirationes quas deus dicitur operari in nobis sine nobis, nam tales actus non producunt ex aliquo habitu infuso producuntur ex speciali auxilio dei pro suo bene placito in nobis illustrationes et inspirationes. qdo vult etiam in gentilibus in quibus

non supernaturalibus habitus infusi. sed similiter dicendum est praedictos actus supernaturales attritionis sentientes amotivo supernaturali aliquod bonum creatum. item etiam alios actus supernaturales sive amicitiae sive poenitentiae ob obiectum supernaturale creatum secundum sine speciali auxilio actuali quasi dispositiones et inclinationes remotiores ad infundendam aliquam vel alios actus supernaturales constitutiones.

Respondeo omittendo antecedens et negando consequentiam. quamvis enim liberum sit multos actus supernaturales ... praedictae dispositiones ad habitus infundendos antecedenter illustrationes et inspirationes ad commovendum absque libero nostro concursu secundum quasi per speciale auxilium et non aliter in suppositum illi actus supernaturales qui ... eam legem ordinis supernaturalis sunt a nobis libere ... sufficientem dispositionem ad infusionem habitus ... quae sunt ab habitu infuso concurrente etiam potentia. nam habitus infusi dant ut libere illis utamur quandocumque voluerimus ad eliciendos actus supernaturales praesupponentes infusionem ipsorum habitum, et quoniam fideles sive peccatores sive etiam iusti possunt ... ordinem supernaturalem libere eliciare praedictos actus supernaturales attritionis. inde colligitur illis infundi habitum sed et specialis actibus supernaturalibus ... ordinem supernaturalem ... conciliare possunt praeviam dispositionem sufficientem ad infusionem habitus

Secundo notandum dico. est in probatione

maioris antecedentis.

... notandum. secundo est controversia an actus supernaturales qui sunt praevie dispositiones ad infusionem habitus producant efficienter ab ipso habitu infuso eodem instanti temporis in quo datur actus qui est sufficiens dispositio verbi gratia quando gentilis audita praedicatione rerum fidei elicit actum primum supernaturalem credendi qui est dispositio ut illi in eo instanti infundatur habitus fidei controversia est an talis actus producatur ab ipso habitu fidei. item quando peccator fidelis elicit actum perfectae contritionis qui est sufficiens dispositio ut illi infundatur habitus charitatis simul cum gratia controvertitur an ille actus producatur a habitu tunc infuso sententiam affirmantem tenent aliqui quos retulimus in materia de gratia disputatione 12. capite 2. sed ut ibi dictum est sequenda videtur

sententia negans gratiam etc ex mente D. Tho. 3. pte q. [illegible]
a. 1. ad 2., et 1a 2ae q. 62. a. 2. ad 3. et aliis locis ibi ci
tatis docent multi graves authores quos ibidem attu
limus vt specialiter probat J. 3. pte to. 4 disp. 4. sect.
nostra.

pro hac autem nunc breviter ponitur q[uia] id videtur magis
consentaneum doctrinae Concilij Tridentini sess. 6. de
iustif. cap. 1. et 6. et 7. vbi signat in adultis dispositionem ad
gratiam iustificantem habitualem praesupponi productam
per actualem gratiam adiuvantem suppositam excitan
te. nam ibi cap. 5. paulo post initium dicit: adultos
disponi per excitantem atque adiuvantem gratiam. et
cap. 7. initio dicit: hanc dispositionem iustificatio
ipsa consequitur. et postea fere ad medium
addit: gratiam infundi adultis secundum mensuram dispo
sitionis. vnde convenienter colligitur non praesupponi
gratiam habitualem a qua producatur dispositio, sed potius
dispositionem actuali auxilio productam praesuppo
ni quasi mensuram, vt infundatur gratia habitualis.

Secunda id etiam videtur magis consentaneum
propriae dispositionis [illegible], nam propria illius ratio
convenienter intelligitur petere, vt ad praeparandum
subiectum producatur ab agente condistincto a forma quae debet
invenire subiectum praeparatum vt etiam indicat expe
rientia in qualitatibus quae sunt propriae dispositio
nes ad alias inducendas.

2o. notandum est circa rem probatam eiusdem auxilij
propositi in arg. praedicto quod attinet ad illustratio
nes et inspirationes disputari suis locis quae sint et
quo modo producantur. nunc autem obiter ex iis quae ex
posuimus in materia de gratia locis supra citatis obser
vandum est illustrationes dici quosdam actus intellec

tus, inspirationes vero voluntatis quos Deus dicitur operari in nobis sine nobis moraliter hoc est sine nobis libere concurrentibus quia sunt actus necessarij, non tamen sine nobis phisice efficienter ad illos concurrentibus nam cum sint actus vitales debet ad illos effective concurrere nostra potentia vitalis adiuta auxilio dei ut explicuimus in materia de gratia disp. 8. cap. 2. tales autem illustrationes et inspirationes in ordine supernaturali dicuntur pertinere ad gratiam excitantem seu praevenientem quia per illas excitamur et praevenimur ad liberum consensum respectiue cuius auxiliatrix gratia dicitur comitans seu adiuvans et cooperans ut declaravimus in eodem cap. 2. et 3. et licet quaedam sint illustrationes et inspirationes non supernaturales quoad substantiam sed ex speciali auxilio entitative naturali et dato ex meritis Christi. In loquor specialiter de illis quae sunt initium et portionatum ad impetrandam gratiam iustificationis quamvis non sint dispositiones ultimae et proximae probabilius est eas esse supernaturales quoad substantiam ut signat P. in opusculis lib. 3. de auxilijs cap. 2. no. 6. Sed his omitto et explicuimus in materia de gratia disp. 10. cap. 6. et 4.

Ex praedictis autem illustrationibus et inspirationibus quaedam sunt eiusdem speciei cum actibus ad quos inclinant aliqui habitus infusi et de illis dicimus, quod per modum praeviae dispositionis praecedunt suum habitum non producta ab ipso habitu sed per speciale auxilium dei sicut de alijs praevijs dispositionibus dictum est supra in hac disputatione [illegible]. ceterum quod supposito habitu infuso elicimus libere alios actus similes ad illos efficienter concurrit habitus infusus nam ad hoc datur ut libere utamur illo ad eliciendos actus in quos inclinat.

Aliae sunt illustrationes et inspirationes diversae speciei ab ae

ribus in quos inclinant habitus infusi v.g. quando deus pro suo bene placito immittit in nostram voluntatem supernales quasdam inspirationes per modum affectionis erga actus charitatis, spei, obedientiae, religionis et aliarum virtutum infusarum quibus inspirationibus ad eliciendos virtutum infusarum actus specie diversos, de talibus autem illustrationibus et inspirationibus ad quas non est in nostra libera potestate facultas ut eas post praevias dispositiones eliciamus alias similes, dicendum est illas non infundi habitum sed ad dei quidam reservari ut per speciale auxilium producantur in nobis absque nostro libero consensu quando ipse deus vult, nam habitus dantur ut libere illis utamur ad actus in quos inclinant, ut dicit commune axioma et indicat experientia.

2a Diff.as de unitate aut distinctione specifica virtutis moralis infusae ad diligendum et sperandum propter motivum finale bonitatis creatae.

Nullam esse huiusmodi virtutem infusam probare contendit hic auctor. Si daretur virtus moralis infusa ad diligendum et sperandum propter motivum finale bonitatis creatae, sequeretur inde tot esse concedendas specificas virtutes infusas quot sunt species bonitatis creatae quae possunt esse finale motivum diligendi et sperandi, nam nulla maior ratio assignari potest cur potius concedenda sit virtus infusa ad diligendum et sperandum propter unam bonitatem creatam quam propter alias. Sed tanta multitudo virtutum infusarum videtur aliena a communi sensu, neque ostendit hanc sententiam apud graves auctores esse ipse.

12\. Respondeo negando sequellam. quia non est ut pro qualibet specifica bonitate creata detur una specifica virtus moralis infusa ad sperandum propter illam quasi propter medium finale, sed sufficit una specifica virtus moralis infusa ad sperandum peculiariter ex finali medio bonitatis creatae. conveniunt autem omnes propter bonitatem nostram creatam quae est noster finis ultimus tanquam quo nempe nostram beatitudinem finalem esse ponat virtute morali infusa medium finale ad quamlibet rem cuius speramus alia bona creata quasi ob amalia, nam ab ipse intelligit eiusdem virtutis moralis esse sperare quasi finale medium eam bonitatem creatam quae est noster finis ultimus tanquam quo et rem illius sperare alia bona et detestari mala illi opposita. quare idem sicut non dicitur de virtute infusa spei theologicae cuius finale medium est bonitas increata prout nobis commoda quae est noster finis simpliciter ultimus servata proportione accommodari ad virtutem infusam spei moralis cuius finale medium est bonitas creata prout nobis commoda, quae est noster finis ultimus tanquam quo hoc est tanquam actus quo assequuturi sumus beatitudinem obiectivam deinde autem virtute morali spei infusae potest habere locum id quod S. Thomas 3 parte tomo 4 disp. 5 sect. 2 num. 19 ad finem notat ex eo quod eiusdem fuit amare aliquod bonum et odio habere contrarium malum bene colligi quod ad virtutem spei pertineat actus detestandi peccatum propter gehennam quae opponitur vitae aeternae quam spes intendit

D. 2. De subiecto Spei

Haec disputatio dividitur a D. Thoma in 4 art. in 1. docet spem esse in voluntate ut in subiecto. in 2. affirmat spem esse in beatis. in 3. negat esse in damnatis. in 4. asserit spem esse

certam participationem.

Disp. 9. de subiecto spei theologicae et aliis illius causis.

Caput 1um an spes theologica sit in voluntate tanquam in subiecto seu causa materiali subiecti, de illius causa efficienti, finali, formali, et an sit in appetitu sensitivo hominis aliquis habitus spei.

Sectio 1a aliqua praenotantur, et statuit spem theologicam esse in voluntate

praenotandum dico esse spem theologicam sicut et esse alios actus habere locum suo modo quatuor genera causarum nempe efficientis finalis formalis et materialis. de causa efficienti dicendum est habitum supernaturalem spei theologicae sicut et quemcumque alium habitum supernaturalem non produci neque augeri efficienter physice ab actibus etiam supernaturalibus sed infundi a deo. unde D. Thom. 1.2. q. 55. a. 4. corp. dicit: deum esse causam efficientem virtutum infusarum. hoc autem exposuimus supra disp. 4 cap. 9. de difficultate 9. dub. 2. quod etiam declaris pluribus authoribus probat Salas 1.2. tom. 2. tr. 10. disp. 9. sec. 6.

actus autem supernaturalis spei theologicae praesupponentes habitum infusum producuntur efficienter quasi per primam virtutem proportionatam ab ipso habitu infuso concurrente etiam nostra potentia vitali elevata quod etiam explicuimus in praedicto cap. 9. difficultate 9. dub. 1. § si vero sit. caeterum de potentia absoluta non repugnat illos produci sine habitu infuso ut probatum est illo dub. imo etiam de facto probabile est eos esse actus supernaturales qui per modum praeviae dispositionis in adultis praecedunt in ordine habitum infusum produci ex speciali

quae dari ex speciali auxilio finali supplent vicem habitus ut etiam
quaerunt per naturales illustrationes et inspirationes etiam in gentibus
in quibus non est habitus infusi ut dictum est disp. 4. cap. 4. sec. 2a
diffic. 3. post solutionem ad arg. notabili. 1. et 2.
de causa finali spei theologicae dicitur a Sacro Concilio Tridentino
sessio 6. de iustif. cap. 7. paulo post initium dicitur causam fina
lem iustificationis esse gloriam dei et Christi ac vitam aeternam
ita etiam suo modo id locum habet respectu spei theologicae
Causa autem formalis intrinseca in spe theologica sicut etiam
qualibet alia re quae est composita ex materia et forma physice
vel tamen metaphysice loquendo illius est illa quae per genus et differentiam
in eius definitione essentiali explicatur. qua ratione d. Thom. 1.2. q. 55. a. 4.
corpore dicitur formam virtutis accipi ex eius genere et differentia
quibus constat illius definitio.
Specialiter autem huius spei solet ex magistro sententiarum in 3. d.
26. initio assignari haec definitio Spes est certa expectatio
futurae beatitudinis veniens ex dei gratia et meritis. quae
definitio ita exponitur ut spes dicatur expectatio habitualis
quidem si referatur ad habitum spei, actualis vero si ad
actum sperandi et est definitio accommodata ad deno
minationem sumptam ex ordine ad talem actum notiorem
quo dicimur sperare seu expectare beatitudinem dicitur
autem venire ex dei gratia et meritis, quia beatitudo consequen
da est praecipue per dei gratiam in adultis vero exigunt
bona opera et merita ex quibus etiam tanquam ex
mediis conducentibus dicitur venire nostra expectatio
seu spes beatitudinis. unde etiam in illis ratione possumus
sperare quamvis in deo praecipue tanquam in causa
sperandum sit ut explicuimus sup. disp. 3. cap. 2.
Et quoniam quod ad rem attinet habitus spei in or
dine ad actum qui notiorem denominatur spes
seu expectatio extendit etiam ad diversos alios actus

prosequentes bonum et fugientes malum sub spe
ciale motivum ut ostensum est disp. 4. cap. 1.
sec. 1a in c. et sec. 2. ad 1m assignandam alia
dispositio in ordine ad omnes illos actus hoc modo vir
tus infusa spei theologica est habitus supernalis incli
nans in actum sperandi beatitudinem et in alios
actus prosequentes bonum et fugientes malum
propter deum ut bonum nostrum. quae dispositio satisfacit
ex his quae dicta sunt in illo cap. 1. et alijs locis
ibi relatis. atque ita manet explicata species nostra for
malis ex parte quae metaphysice loquendo dicitur capitalis
seu forma intrinseca huius virtutis. solet etiam obiectum formale
appellari quodammodo forma prout suo modo dicitur
dare speciem ut notat D. Th. 1.2. q. 18. a. 2. corp.
et ad 3m.

Praeter hanc virtuti spei et alijs assignari solet alia forma
quae dicitur extrinseca et moralis. nempe charitas dici
solet hoc modo forma spei et fidei et aliarum virtutum
quae proinde per charitatem dicuntur moraliter formatae
et vivae, sine illa vero informes et mortuae ut obiter
explicuimus superius disp. 1. cap. 1. post a.m in 2. illius
parte et ad 2m et ratio est quia virtus charitatis simul cum gratia gratum
spiritualis vita animae excludit peccatum mortale quod est spiritualis mors
animae et ordinat habitualiter hominem et reliqua in deum tan
quam in finem simpliciter ultimum atque ita merito tam
tum moralem dicitur forma virtutum. unde fit ut sine
charitate non dicantur simpliciter virtutes in statu perfecto
morali quamvis habitus honestissime sine charitate existentes di
cantur et sint virtutes physice loquendo secundum suam rationem
intrinsecam et ordine reali ad suum obiectum et actum hones
tum ut dictum est loco proxime citato, et plenissime.

mā de Charit. d. disp. 1.a cap. 4.
denique ut explicet eā mali prout suo modo coire pot. spei theo
logicae notandum est 2.o cum distingui soleat mā ex
qua, et ad quam, et in qua, mā ex qua sit et fra phy.a
n coit rebus simplicibus quae n componuntur ex ma. et
fra physica, ac proinde n coit virtuti spei sed neque ulli
alteri virtuti. unde D. Th. 1a 2ae q. 55. a. 4. corp. ait:
virtus n habet mām ex qua, sed habet mām circa quam
hoc est obiectum et mām in qua videlicet subiectum. nempe
mā ad quam dicit obiectum circa quod versat, de obo autem
formali motivo huius virtutis spei dictum est supra disp. 2.a
cap. 1.o sect. 4. de mali vero disp. 3. cap. 1.
mā autem in qua sca eā mali dicit subiectum in quo re
cipit, et de hoc superest explicandum quod nam sit, nem
pe in quo subo sit spes. omissa autem latiori acceptione
spei seu expectationis vel fiduciae prout aliquo refert
atque ad habitum seu actum intellectus quo credimus aliquod
bonum esse nobis eventurum quae credulitas solet
late appellari spes seu expectatio ut dictum est
supra disp. 2.a cap. 1. sect. 1.a circa 1.m sententiam, supra sententia
et sect. 5. diffic. 1. ad 1.m in praesenti sumitur spes stricte et
proprie prout pertinet ad voluntatem, et de hac spe
authores supponentes illam esse in voluntate disputant
an sit in voluntate prout est irascibilis, an vero pro
ut concupiscibilis. aliqui autem asserunt illam esse in vo
luntate prout est concupiscibilis quod sentire videntur
Scotus 3. sententiarum d. 26. q. 1. Gabriel, Almayn et alii
ibidem. illam vero esse in voluntate prout est iras
cibilis docere videntur D. Bonav. 3. sententiarum d. 26.
a. 2. q. 5. et D. Th. ibidem q. 1. a. 2. et q. 2. a. 2
ad 1.m et 1. parte q. 82. a. 5. ad 2. et alibi saepe D.

hec diversitas apud plerosque videtur esse dumodo loquendi et conciliari potest sequenti explicatione. —

sit ergo virtus spei theologicae est in voluntate tanquam in subiecto, et quamvis prima denominatio spei sumpta ex ordine ad actum sperandi bonum arduum dicatur esse in voluntate prout est irascibilis, tamen ex ordine ad alios actus propter suum finale motivum dicitur etiam esse in voluntate prout est concupiscibilis. prior pars quod virtus spei theologicae sit in voluntate est communis sententia apud authores proxime relatos eamque communiter exponunt dicti et alij hic q. 18. a. 1. et probatur quia spes theologica habet pro obiecto finali deum sub ratione boni mihi ut constat ex supra dictis, quod est in voluntate cuius est versari circa deum sub ratione boni. vide supra disp. 2. cap. 1. sec. 1a circa 1am sententiam. —

posterior vero pars quod virtus spei theologicae quamvis prima denominatio spei sumptam ex ordine ad actum sperandi bonum arduum dicatur esse in irascibili voluntatis, tamen ex ordine ad alios actus dicatur etiam esse in voluntate prout est concupiscibilis satis exposita et probata est supra disp. 4. cap. 1o. sec. 1a et 2a ad 1. et 2. et quod hoc vere continetur in eodem S. T. parte 1o. q. 7. a. 4. in commento § quod Sitandem dicit hanc virtutem quae dicitur spes denominatione sumpta ab actu difficiliori et maxime arduo, qui tribuitur voluntati quatenus est irascibilis, esse habitualem amorem concupiscentiae propriae beatitudinis. et ibidem dixerat ab hoc habitu propter suum finalem motivum elici etiam actus amoris et gaudij seu delectationis, qui actus pertinent ad voluntatem quatenus est concupiscibilis.

confirmatur quia sicut quod distinguit intellectus prout practicus et speculativus non denotat diversitatem realem nec realis physica quoad ipsam potentiam ~~intellectus~~ ipso

vnus et idem specificus et numericus intellectus dicitur practicus et speculativus ex ordine ad actus practicos et speculativos. vnde etiam fieri potest vt vnus et idem habitus specificus et numericus dicatur esse in intellectu prout practico et prout speculativo ex ordine ad actus practicos et speculativos qui sunt vnius et eiusdem speciei quando innitunt vni et eidem obiecto formali vt v.g. actus practici et speculativi elicii ex habitu fidei diuinae propter eandem authoritatem dei. tali modo quando voluntas distinguitur prout irascibilis et prout concupiscibilis non denotat diversas reales nec realis specifica quoad ipsam potentiam voluntatis sed vna et eadem specifica ac numerica potentia voluntatis dicitur irascibilis prout inclinat in actus suo modo similes iis quos habet appetitus sensitiuus irascibilis, dicitur vero concupiscibilis prout inclinat in actus suo modo similes iis quos appetitus sensitiuus concupiscibilis vt docent D. Th. 1. parte q. 82. a. 5. ad 2. vnde etiam fieri potest vt vnus et idem habitus specificus et numericus dicatur esse in voluntate prout irascibili et concupiscibili ex ordine ad actus materialiter distinctos eiusdem tamen rationis speciei propter vnum et idem obiectum formale vt de actibus ipsius spei theologicae probatum est supra disp. 4. cap. 1. sec. 1a. item sec. 2. ad 2. et cap. 2. sec. 2. diffic. 1a. in quibus locis proposita et soluta sunt argumenta quae contra hoc obiici possunt.

Dicis D. Th. 3. Sententiarum d. 26. q. 2. a. 2. ad 1. sic ait: subiectum spei prout est virtus theologica non est nisi irascibilis. et in quaestionibus de veritate q. 25. a. 5. ad 8. charitas, inquit, et spes non sunt in irascibili et concupiscibili. Respondeo. Respondeo D. Thomas ibi vt ipsemet explicat vult has virtutes theologicas non esse in irascibili et concupiscibili sumpta pro appetitu sensitiuo at quod hoc relatis eius verbis et propositis supra disp. 2. cap. 1. sec. 5. diffic. 3. ad 2. obiectum est observandum ibi.

Sectio 2a. an sit in appetitu sensitiuo hominis aliquis habitus infusus suo modo respondens virtuti spei existenti in voluntate.

Similiter Sco. disputat in ma de charit. an sit in appetitu sensitivo in suis aliquis habitus respondens charitati existenti in voluntate. Sententiam negantem tenent Aragon. 22. q. 24. a. 1. § hoc non obstante. y et P. de Lorca 12. t. 2. in tt de virtutibus disp. 16. m. 5. dub. 3. Probabilior sequenda videtur sententia affirmans, modo exponendo ceu sequenti.

Dico. Licet in appetitu sensitivo hominis non sit virtus spei theologica nec moralis spiritualis, probabile tamen est illi inesse quendam corporeum habitum infusum proportione quadam suo modo respondentem virtuti spei existenti in voluntate. 1m punctum huius conclusionis quod in appetitu sensitivo hominis non sit virtus spei theologica nec moralis spiritualis certum est ex communi doct. et probatur, quia appetitus sensitivus est corporeus et illius obiectum formale est bonum sensibile, et illi non convenit ulla virtus spiritualis; sic intelligit D. Th. 22. q. 24. a. 1. ad 1. ubi expresse loquens de concupiscibili quae est pars appetitus sensitivi sic ait: amor qui est in concupiscibili est amor sensitivi boni ad bonum autem divinum quod est intelligibile concupiscibilis se extendere non potest. sed sola voluntas, y

2m vero punctum quod probabile sit appetitui sensitivo hominis esse infusum quendam corporeum habitum proportione quadam suo modo respondentem virtuti spei existenti in voluntate tradit a doctis recentioribus et colligitur ex authoribus antiquioribus quatenus docent virtutibus existentibus in voluntate respondere in appetitu sensitivo hominis quaedam habitus seu virtutes. sic D. Th. 12. q. 56. a. 4. corpore et ad 1. dicit in appetitu sensitivo irascibili et concupiscibili hominis esse aliquas virtutes quatenus suo modo possunt obedire rationi. quo pacto dicunt participare rationem seu esse rationales per participationem. ubi medium ad ultimum dicit in appetitu sensitivo hominis esse temperantiam et fortitudinem infusam, et Aragon 22. q. 24. a. 1. in explicatione art. ad 1m asserit in appetitu sensitivo esse virtutes morales

nitubas. et pro generali doctrina quod in appetitu sensitivo has sint virtutes multos authores late refert et sequitur Salas in 1.2. tr. 11. disp. 2. sec. 1. no. 8. specialiter et in eodem tr. 11. disp. 6. sec. 5. no. 33. et 36. probat in appetitu sensitivo esse virtutes infusas respondentes virtutibus infusis in voluntate.

Explicatur et probatur ex eo quod huius vitae status per quem ordinatur ad perficienda opera virtutum in ordine ad finem supernalem et ad gratiam dei gaudentiam pertineat, praestandis proportionalis mediis supernalibus ad hunc finem adiuvare; et receptam doctrinam Theologis ut vis ... non solum voluntati sed etiam appetitui sensitivo infundi aliquos habitus virtutum quibus ipse appetitus adiuvetur in bonis affectibus supernalibus suo modo comitetur voluntatem et illi subserviat. Ergo consequenter ad hanc doctrinam probabiliter dici potest in ipso etiam appetitu sensitivo infundi quendam habitum proportionalem quendam respondentem virtuti spei infusae in voluntate ut etiam in affectibus supernalibus spei appetitus suo modo proportione quadam comitetur voluntatem et illi subserviat.

Ut autem haec exponatur quomodo appetitus sensitivus proportione quadam in bonis affectibus comitetur voluntatem et illi subserviat, notandum est in hac vita propter connexionem et dependentiam internarum potentiarum quoad suos actus quod dum intellectus versatur circa res etiam spirituales ut circa deum aut Angelos simul etiam sensus aestimativus seu phantasiae et imaginativae versatur circa aliquid sensibile quasi circa imaginem proportione quadam respondentem obiecto quod intelligit. Ita suo modo quod voluntas suo affectu versatur circa has res simul etiam appetitus sensitivus affectu sensibili versatur circa aliquid bonum sensibile quasi circa imaginem proportione quadam

illis respondeo v.g. quod voluntas amat deum proponit etiam appetitui sensitivo per vim imaginativam seu phantasiam seu imaginativam. ex directione intellectus bonum sensibile pulcherrimum suavissimum et ornatum aliis perfectionibus sensibilibus, et quod in hanc quasi sensibilem imaginem loco dei substitutam fert appetitus sensitivus idcirco iste dicitur hic amorem proportione quadam respondentem illi amori quo voluntas amat deum.

Hoc modo intelliguntur aliqua loca SS. et PP. in quibus appetitui sensitivo tribuitur quod suo actu comitetur voluntatem qua deum desideramus et amamus ut Psal. 62. nº 2. Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. et psal. 83. nº 3. cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. circa quae verba D. Thom. 1. 2ae q. 24. a. 4. in corpore dicit nomine cordis intelligi appetitum intellectivum, nomine vero carnis appetitum sensitivum. et q. 30. a. 1. ad 1. sic ait: ex appetitu superiori fortis fit redundantia in inferiorem appetitum ut simul etiam ipse inferior appetitus suo modo tendat in spirituale bonum consequens appetitum superiorem, et etiam ipsum corpus spiritualibus deserviat. et 3. p. q. 21. a. 2. ad 1m caro in quantum exultat in deum vivum non per actum carnis ascendentem in deum sed per redundantiam a corde in carnem in quantum appetitus sensitivus sequitur motum appetitus rationalis.

Propterea experientia indicat in viris spiritualibus ex ferventi meditatione dei et vehementi actu charitatis excitari in appetitu sensitivo delectationem sensibilem et suavis affectus interdum etiam cum immutatione corporis, facit etiam ad hoc id quod ex Aristot. lib. 3.

aiā tex 87 dicit. Sicut sphera superior movet inferiorem, ita appetitus superior inferiorem appetitum. item id qd d. Bernard. in epist. ad fratres de monte dei colum. 10. sci ait: ubi incipit spus reformari ad imaginem conditoris sui mox etiam resurrecturus caro ex voluntate sua incipit conformari reformato spiritui, et quasi sensum suum incipit eam delectare qd qd delectat spum suum.

Ad id autem non obstat quia non neque possibile ut sensui interno, et appetitui sensitivo proponat obiectum spirituale qd proponit intellectui et voluntati. Quod sensui interno et appetitui sensitivo proponit aliqd obiectum sensibile quasi imaginem sensibilis proportione quadam respondens illi obiecto qd proponit intellectui qui in hac vita dicit intelligere per conversionem ad phantasmata. et quando intelligit obiecta etiam spiritualia et supernaturalia format phantasma obiectum proportione aliqua illis respondens qd ab aestimativa seu phantasia percipitur quasi bonum sensibile circa qd versari potest appetitus sensitivus.

Probabile quoque est in appetitu sensitivo hominis infundi a deo quosdam supernaturales habitus corporeos proportione quadam respondentes virtutibus infusis in voluntate ut quando voluntas elicit illarum actus supernaturales circa sua obiecta simul etiam appetitus sensitivus suo modo illi subserviens eliciat actus sensitivos supernaturales circa bonum sensibile quasi circa imaginem substitutam loco obiectorum spiritualium quae attingunt a voluntate quam proportione quadam suo modo comitatur appetitus sensitivus. et sicut hac ratione probabiliter conceditur appetitui sensitivo infundi alias virtutes respondentes virtutibus voluntatis, potest etiam

probabiliter concedi, in ipso appetitu sensitivo infundi quendam habitum respondentem spei theologicae infusae in voluntate..

Sectio 3. Difficultates contra dicta praesertim in 2a sectione concedente appetitui sensitivo quandam virtutem infusam respondentem spei. —

Quae contra id quod diximus spem theologicam esse in voluntate obijci possunt aliqua argumenta contendentia illam esse in intellectu. Sed illa proposuimus et dissolvimus supra disp. 2. cap. 1. sect. 3. diffic. 1a quare nunc solum proponendae sunt difficultates contra aliam conclusionem sectione 2a statutam, quod in appetitu sensitivo infusa sit quaedam virtus respondens spei.

1a. difficultas est ex eo quod appetitus sensitivus non videatur subiectum capax virtutis.

1o. obijcitur. appetitus sensitivus non est subiectum capax virtutis. ergo nulla virtus illi inest. antecedens probatur 1o. ex Aristotele lib. 2. ethicorum ad Nicomachum cap. 6. post medium, ubi ait: virtus est habitus electivus; sed electio requirit libertatem quam non habet appetitus sensitivus. ergo non est subiectum capax virtutis. 2o quia virtus proprie debet esse in ea potentia, quae est propria hominis ut homo est. at appetitus sensitivus est communis etiam brutis. 3o. virtus debet attingere obiectum honestum ut honestum est. at hoc non potest attingere appetitus sensitivus quia eius obiectum formale est solum bonum sensibile delectabile et commodum,

Propter hoc et quaedam alia argumenta quae ex dicendis solventur aliqui ut Scotus 3. sententiarum d. 33. q. unica Ricar. Gandi et alij ibidem et alijs locis quos refert Salas 1a 2ae tom. 2. tract. 11. et disp. 2. sect. 1. no. 2. concedunt appetitum sensitivum non esse subiectum capax virtutis proprie unde consequenter dicunt bonos habitus appetitus

sensitivi non ē simpliciter capax virtutis. D. Th. 1a 2ae q. 56. a. 4. corpore asserit appetitum irascibilem et concupiscibilem sensitivum quatenus natus obedire rōi esse subiectum virtutis. et exponit Caiet. Conrad. Medin. et alij ibi et pluribus locis quos etiam citat et sequitur Carō in illa in illa Sec. 2. tō 4. ubi advertit apud multos esse solum dissensionem de nomine quod etiam observat Valen. 1a 2ae disp. 5. sec. 2. punto 1. § quanquam video.

distinguendum ergo nomen virtutis sumi uno mō stricte pro ho bono potentie ordinate ad attingendum bonum honestum formaliter sub rōe honesti; alio mō latius pro hitu bono potentiae subordinate et subiecte alteri potentiae superiori attingenti formaliter bonum honestum; priori mō virtus coit solis potentijs que sunt personales prout sunt intellectus et voluntas eiusmi sunt et de virtute hoc mō stricte sumpta intelligunt ea que afferunt in 1a etc. et 3a probatione antecedentis quamvis illud quod in 1a probatione Aris dicit virtutem esse hitum electivum intelligat specialiter de virtute pertinente ad voluntatem cuius proprium est elligere.

Ceterum virtus posteriori mō sumpta coit appetitui sensitivo hois proba quod D. Th. 1a 2ae q. 56. a. 4. corpore dicit appetitum sensitivum hois quatenus natus obedire rōi esse subiectum virtutis quod etiam colligitur ex doct. Aris lib. 1. ethicorum ad finem circa medium cap. 13. post medium ubi dicit appetitum sensitivum hois appellat partem hois rationalem quia in illum quodam mō subdit, ac rōis participem quatenus ipsi obediens eius quod imperio

et temperat. et lib. 3. cap. 10. initio agens de virtute temperantiae, et supponens virtutem fortitudinis quam cap. preced. approbaverat sic ait: hę irrationalium partium esse virtutes videntur.

2a diff. ad ea quod in sensu interno nullus videatur esse habitus.

ita obijcit: in sensu cognoscitivo interno nempe ęstimativę seu phantasię et imaginativę nullus est habitus virtutis cognoscitivę. ergo neque in appetitu sensitivo erit ullus habitus virtutis appetitivę. conseq. probatur quia eadem videtur esse ratio de illo ac de isto. nam sicut appetitus sensitivus deservit voluntati, ita sensus cognoscitivus internus deservit intellectui. ant. autem probatur ex D. Th. 1.2. q. 56. a. 5. ubi in titulo inquirens an vires apprehensivę sensitivę sint subjectum virtutis in ipso corpore art. ita respondet: si qui sunt habitus in talibus viribus virtutes dici non possunt.

Ad secundam ans. distinguenda sunt duo puncta. primum est an in sensu interno hominis sint aliqui habitus. 2m est an illi sint virtutes. de primo dico esse in sensu interno esse aliquos habitus saltem acquisitos. neque hoc negat D. Th. sed aperte affirmat nam in illo art. 5. corpore initio sic ait: in viribus sensitivis apprehensivis ponuntur aliqui habitus quod etiam asserit in eadem 1.2. q. 50. a. 3. ad 3. idem quoque docent alij authores sibi et alijs locis quos referunt et sequuntur S. 1. 2. meta disp. 44. sec. 1. no. 14. et sec. 3. no. 6. et salas 1.2. tr. 16. disp. 2. sec. 2a no. 57. et ratio est quia experientia colligit ex frequentia actuum in sensibus internis imaginativę phantasię et memorię acquiri promptitudinem et faci-

litatem ad similes actus requi, et corrigit illam pro-
venire ex aliquibus habitibus adquisitis. an vero in
sunt alii aliqui habitus illis respondentes dicet
infra.
circa 2m vero punctum an illi habitus sint virtutes d. th.
aperte in predicta q. 56. a. 5. asserit illos non posse
dici virtutes. quod etiam docent fere omnes. Conradus
medin. et alii quos sequitur salas in 1. 2. tr. 11.
disp. 2. sec. 4. nro 27. vero autem in quam d. th. in illo a. 5
exhibet quae etiam in se videtur difficilis et variis diversorum
authorum expositionibus videtur reddi difficilior, nunc
breviter explicat prout explicat d. th. in corpore illius
art. et ad 1. colligitur hoc modo. virtus cum sit consu-
mativa boni operis debet esse in ea potentia cui convenit
consumare bonum opus in eo genere ad quod ordinat
virtus, et quoniam virtus cognoscitiva ordinatur ad
cognitionem veri cognitio autem veri non consumatur in
sensu, nam id respectu intellectus se habet ut
mobens suo actu per se praecedente cognitionem intel-
lectus a quo est consumatio veri idcirco habitus
existens in sensu cognoscitivo non habet rationem virtutis, at ha-
bitus existens in appetitu sensitivo habet rationem virtutis
quia appetitus sensitivus respectu voluntatis, quae est appe-
titus rationis, a qua bonitas moralis participatur se habet
ut motus ab ea, et ideo opus appetitivae virtutis consu-
matur in appetitu sensitivo, ac proinde iste est subiectum vir-
tutis v.g. consumatio bonorum operum temperan-
tiae ex voluntate movente derivatur in appetitum
sensitivum hominis.
si autem inquirat an in sensibus internis sint ali-
qui habitus infusi eiusdem ordinis finaliter ut sunt in
appetitu sensitivo, quamvis illi ob rationem proxime ex. d. th.

assignatam non habeant rationem virtutis, quam sententiæ huius authores non habent. ita expressa deter minatio est de habitibus infusis in appetitu sensitivo non ostenditur improbabile, nisi dicat consequenter in ea doct. contineri, quod sint etiam concedendi habitus infusi in sensibus internis, cum in illis sint etiam modo similis ratio locum habeat. quod non est præsentis instituti id examinare.

Contra dictas expositiones affectus in parte sensitiva dicantur redundare ex parte superiori. ex hac difficultate obijcitur: quando voluntas per charitatem diligit deum et per spem in illo sperat, tunc ex redundantia partis superioris (ut loquuntur authores ex dicto) [illegible] postea hoc modo sequitur in appetitu sensitivo quidam affectus, aspersione quadam respondens illi affectui qui est in voluntate. et non datur in ipso appetitu sensitivo ullus habitus infusus ad talem affectum. quidem ut supponit in antecedenti talis affectus sequitur ex redundantia partis superioris.

Respondetur concesso antecedenti, contra illum vero modum loquendi nam nuda est ratio, quam in eo dicto, quo asserit ex redundantia partis superioris sequi in appetitu sensitivo illum affectum, denotat ex affectu charitatis et spei existentis in voluntate circa deum excitari in appetitu sensitivo quosdam sensibiles affectus non quidem per se attingentes deum sed attingentis bonum sensibile quasi in imaginem sensibilem loco dei substitutam ut sæpe præcedenti circa [illegible] 2. [illegible] in 2º. [illegible] expositum est, ut autem tales affectus finales eliciant propter eorum ordinem finalem, quo eliciunt actus aliarum virtutum finalium, cum aliunde nihil

obstet probabilit. conadit infundi habitum, in ipso appetitu sensitiuo, et conadit infundi ad alios affectus fimnalis v.g. temperantiæ infusæ.

Dices. sequeret modo quod singulis virtutibus in voluntate infusis concedendas esse alias virtutes infusas in appetitu sensitiuo sua proportione illis respondentes, quia non est maior ratio quare concedantur pro aliquibus, quam pro alijs. Et hoc videtur esse contra doct. d. thom. qui 1. 2. q. 56. a. 4. corpore in prima loquens etiam de virtutibus in comuni scilicet abstrahendo a virtutibus infusis vel acquisitis non videtur in appetitu sensitiuo constituere aliam virtutem quam fortitudinem in irascibili, et temperantiam in concupiscibili. et q. 61. a. 1. ad 3. ait: post rectificationem in irascibili ponitur fortitudinem et in concupiscibili temperantiam.

Respondetur probabilit. concedi sequellam a doctis recentioribus, asserentibus in appetitu sensitiuo infundi virtutes respondentes singulis virtutibus infusis in voluntate quia eadem ratio locum habet in singulis. in comuni autem loquendo de virtutibus abstrahendo ab infusis vel aquisitis aliqui ut refert Salas. 1. 2. tom. 11. disp. 2. sect. 3. n. 25. ad finem asserunt in appetitu sensitiuo esse virtutes respondentes omnibus obiectis honestis circa quæ versantur virtutes existentes in voluntate. et ipse Salas ibi n. 26. inuitu dicit virtutibus existentibus in voluntate respondere habitus in appetitu sensitiuo, et in eodem tom. 11. disp. 6. sect. 5. n. 55. ad medium refert aliquos thomistas generalit. asserere omnibus virtutibus acquisitis in voluntate et in appetitu sensitiuo respondere similes virtutes infusas in eisdem potentijs.

ad illud vero quod obijcit quod videri contra doct. d. thom. Respondetur dicendo quia lt. d. th. in illis locis solum faciat expressam mentionem

temperantiæ et fortitudinis convenientis appetitui
sensitivo non denegat, illi etiam coire, alias virtutes
respondentes virtutibus existentibus in voluntate,
imo in illa q. 56. a. 4. corpore tradit fundamentum
generale, quod expediat appetitum sensitivum perfici habi
tibus virtutum quibus recte disponat habituali con
formitate ad voluntatem cui debet subijci. præterea
in alijs locis ipse d. th. numerat alias virtutes con
venientes appetitui sensitivo, nempe 1.2. q. 60. a. 1.
corpore tribuit illi liberalitatem magnificentiam et magnanimitatem quod etiam docent
Conr. ibidem et Medi. q. 56. a. 2. Arag. 2.2. q. 30. a. 1. quæst. dubitabili [illegible] obiecti
dicit misericordiam esse in appetitu sensitivo. denique asserit Vazq. ibidem dub.
c. 2. et Salas. 1.2. to. 2. tr. 11. disp. 2. sec. 3. no. 26. neque obstat quod d. th. in alijs
locis ut 1 p. q. 21. a. 1. ad. 1. et 1. cont. gent. cap. 93. et alibi tribuat etiam
has virtutes voluntati, nam etiam in voluntate sunt virtutes quibus
tribuit deo nomen [illegible] sed in diversa specie ab illis quæ sunt in appetitu sensitivo

Ex dictis. Dico quod appetitus sensitivus non attingat obiectum supernale
et quomodo possint in illo esse virtutes morales etiam si nullum obiectum
tempore supernale attingat.

huius difficultas est. appetitus sensitivus non attingit ullum obiectum supernale nam
illi per sensus interiores supponunt obiecta sensibilia quæ de facto sunt
naturalia quod quidquid sit an per potentiam absolutam dari possint aliqua obiecta sen
sibilia secundum suam entitatem supernalia, ergo in ipso appetitu sen
sitivo nulla est virtus infusa. probatur cons. quia virtus infusa
cum sit supernalis debet habere pro obiecto aliquod supernale, nam habitus et actus
supernaturalis respicit obiectum [illegible] supernaturale.
ergo si appetitus sensitivus non attingit obiectum supernale se
quitur dari in illo nullam esse virtutem infusam.

Respondeo concedendo ant. ita quod de facto appetitus sensitivus
practicus non attingit ullum obiectum quod in re sit super
nale, negatur tamen cons. et ad illius probationem dicendum est
non esse necessarium ut quælibet virtus infusa etiam si sit super
naturalis secundum suam substantiam habeat pro obiecto aliquod supernale
in se, nec enim verum est communem habitum ita etiam sup

nalem debere respicere obum conse supnali q attin
gat; nam obum connale pot supnali modo tendendi
attingi per habitum et actum supnalem; Itaque obum conse
supnale potnali modo tendendi in proportionato at
tingi per habitum et actum nalem vt exposuimus
sup. disp. 4. cap. 2. sec. 2. diffe. 2a. § ad id vero q actum
in eadem diffe. 2. ad. 2. et 3. obiectum.
quae licet bonum sensibile qd per sensum estimatiuum seu
phantasiae proponit appetitui sensitiuo sit connale
tn ad illud attingendum modo tendendi supnali et excellen
tiori quam possit per solas virtutes nales expedit in ordine
supnali eleuante nam infundi habitus supnales propor
tione quadam respondentes habitibus supernalibus
in voluntate infusis vt ex recepta doct. exposuimus
sup. in hoc cap. sec. 2. post cum in. 2. pte. vg. virtus
temperantiae infusae attingit supernali modo obta sen
sibilia quae pertinent ad delectabilia tactus et gustus
et dicit. regulari in finem supnalem per regulam
supernalem fidei aut prudentiae infusae in intellectu.
vt autem id magis explicat, q in hac et alijs materijs sunt
varius et ambiguus loquendi modus solet esse confusio. notan
dum est ad hoc id qd exponit Vasq. 1. 2. q. 18. a. 1.
disp. vbi supponens in appetitu sensitiuo esse virtu
tem in fusam temperantiae et explicans quomodo illius re
gula dicat esse sub sensum sic ait: aliud est dicere qd obum
temperantiae sit sub sensum; aliud qd regula actus tempe
rantiae infusae sit sub sensum; 1m est falsum nam tempe
rantia siue infusa siue acquisita est circa delectabilia
tactus et gustus. Sed differentia est qd illa est circa delectabilia
regulata ratione per lumen supernale, ista vero per
lumen nale. prudentiae acquisitae et sub dit. sit obum
temperantiae acquisitae dicit sensibile et sic mensura

cuius sit recta ratio sit non impedit quominus temperantiae infusae sit obiectum sensibile regulatum in ratione recta per lumen fidei.

2o notandum quod in ea divisione qua distinguit obiectum aliud esse supernale, aliud naturale, nomine obiecti per se supernalis intelligi in genere obiecti id quod proportionato modo prout proxime et accommodate petit ratio obiectiva supernalis non potest attingi nisi per actum supernalem hoc est superantem naturae vires, et illis indebitum cui ratio non obstat quominus supposita propositione talis obiecti possit aliquomodo in proportionato et inferiori attingi per actum naturalem hoc est eliciatum per solas naturae vires nomine autem obiecti per se naturalis denotat in genere obiecti id quod proportionato modo prout proxime et sibi accommodate postulat ratio obiectiva naturalis potest attingi actu naturali hoc est per solas vires naturae, elicito cui ratio non obstat illud posse alio superiori et excellentiori modo attingi per actum supernalem. quae doctrina et ex ipsis nostris recte apprehensis atque expositis conveniunt intelligit et satis ostendit communibus fundamentis quae adducta sunt locis citatis in solutione ad praesentem dissertationem 4. § R. concedendo ista

hinc infertur 1o id quod dici solet actus supernales et naturales specificari ac distingui ex obiecto supernali et naturali si intelligatur de obiecto quod per se sit supernale et naturale posse exponi de actibus proportionatis accommodate ad ipsum obiectum per se supernale et naturale. hoc est de actibus qui versentur modo tendendi proportionato et accommodato circa huiusmodi obiecta ita ut obiectum per se supernale si modo sibi proxime et accommodate proportionato sit attingendum petat actum supernalem, non tamen excludat quominus aliquomodo in proportionato possit attingi per

actum nalem. item obum vu se nalis si mô sibi pro
xime et accommodate proportionato sit attingendum
quantum postullat rô obiive nalis petat actum
nalem, nô nô excludat quominus possit attingi alio
excellentiori mô per actum supernalem.
2° infert. si sermo sit de actibus supernalibus et
nalibus in cõi abstrahendo ab hoc qd mô pportio
nato aut improportionato attingant obum vu se
supnale et nale, nô nario requirit ut specificent et
distinguant ex obo vu se supnali et nali; siquidem
pot eê actus nalis qui mô improportionato attingat
obum vu se supnale. et e° pot eê actus supnalis qui
mô altiori quam postullat rô obiive supnalis illud
attingat. quapropter actus sufficient intelligit eê vu
se supnalis per hoc qd vu se het essalem modum tendendi
superantem nâ vires sive illius obum sit vu se sup
nale sive nale. ad eum modum quo actus dicit et e spi
ritalis qui vu se e in corporeus sive illius obum sit
spiritale sive corporeum. eodem q obum sive vu se sup
nale sive nale sub habitudine et consortio ad cam
efficientem supnalem e attingibile per actum supnalem
at vero sub habitudine et consortio ad cam nalem e
attingibile per actum nalem ut explicuimus supa
disp. 4. cap. 2. su. 2. diffe. 2.
3 infert intelligentia illius doctrine quam ubi
dicunt virtutes infusas et supernalis nô nario distin
gui ab acquisitis et nalibus per hoc qd ille respiciant
obum vu se supnale, iste vero obum vu se nale, qa
in quibus qdcunq obum sive materiale sive motivum
supernale aut nale pot suo mô attingi tum ab aliqua

virtute supernali; tum etiam naturali: quod ut alios probat Salas
1a 2ae tr. 11. disp. 6. sect. 2. no. 3. 6. nempe id ita intelli
git quod ad diversitatem specificam virtutis supernalis
et nalis non necessario requirit diversitas specifica obiecti
formalis quod aut quo, quia circa idem obiectum quod et quo differunt
specie actus supernalis et nalis per suum formalem
modum tendendi supernalem et nalem, ad quam diversi
tatem etiam circa idem obiectum formale quod et quo, hoc est perse
rativum et motivum sufficit diversitas obiecti formalis sub quo
hoc est ipsius obiecti sub habitudine et consortio ad diver
sam causam efficientem supernalem et nalem, cuius vi debeat
specificus modus tendendi supernalis aut nalis ut dictum est.

hoc modo exponit id quod idem Salas in illa sect. 2 no.
37. dicit: non oportere omnes habitus specificos existen
tes in eadem potentia distingui ex obiectis formalibus, sed satis esse
distingui ex modo tendendi, nempe id ita intelligit quod
non oporteat illos distingui ex obiecto formali quod aut quo ut
dictum est; id vero quod ibi addit ipsos modos procedendi
diversos reducendi in aliquam diversitatem obiecti formalis,
intelligitur de diversitate obiecti formalis sub quo ut signant
illius verba, quia inquit obiectum ut est attingibile uno modo est
obiectum unius habitus, ut vero est attingibile alio modo est
obiectum alterius, et sic materia virtutis moralis (v.g. tempe
rantiae in cibo et potu) prout est attingibilis supernaliter
et modo proportionato ad finem supernalem est obiectum vir
tutis moralis infusae, ut vero est attingibilis naturaliter
et modo proportionato ad finem solum nalem est obiectum
virtutis moralis acquisitae. (notandum autem est
quod nullus conformitas et proportio ad finem et regu
lam supernalem aliquid per actum virtutis infusae
in intellectu et voluntate afferat ex parte obiecti ut
aiunt in actu signato, non ad actum supernalem sup

fiunt ut in actu exercito ipsius tendendi ipsius actus ex
influxu ex efficientis supernalis sit ipse supernalis, ac pro
inde ipse conformis et proportionatus fini et regulae
supernali.
Sic etiam Molina in concordia [editionis antuerpiensis
anni 1595] q. 14. a. 13. disp. 38. § ijs dubijs, ex a ver
su hinc constat. exponit et idem obiectum quod et quo posse
evadere actum naturalem aut supernalem ex diverso influ
xu naturali aut supernali elevante potentiam ad actum.
et ibidem § quoad 3. obiectum. late explicat actus dis
tingui specie per respectus trales ipsis intrinsecos ad
diversum obiectum formale sub quo; diversitatem vero ob
iecti formalis sub quo attendi ex ordine ad diversas potentias
aut alia principia efficientia quibus potentiae elevant ad
actus habentes specificos tendendi modos diversos. quod ex
posuimus supra disp. 4. cap. 2. sec. 2. diffe. 2. § et quo
niam ex a et alijs locis ibi relatis. et pro hoc facit id
quod D. Th. 1. 2. q. 60. a. 3. corp. sic ait: diversitas obiecti
quae respicit diversitatem potentiarum semper diversificat
speciem virtutum. unde colligitur idem dicendum esse de obiecti di
versitate quae respicit diversitatem habituum aut auxiliorum
elevantium potentiam ad diversum specificum modum tendendi
actus circa obiectum.

Caput 2. an spes theologica supernalis sit in omnibus viatoribus fidelibus. item in animabus purgatorij et damnatis.

Sectio 1a. proponitur et probatur conclusio.

Conclusio: spes theologica supernalis est in omnibus viatoribus
fidelibus, et in animabus purgatorij; non tamen in damnatis.
haec conclusio continet tres partes singillatim explicandas et proban
das. 1a pars quod spes theologica supernalis sit in omnibus

viatoribus fidelibus ita explicat et probat: si sermo sit de fidelibus iustis quod illis insit virtus spei infusa, habetur speciatim ex decreto Concilii Trid. sess. 6. de iustifica. cap. 7. post medium ubi ita dicit: in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per iesum Christum cui inseritur, fidem spem et charitatem. probatur etiam ex doct. SS. et Scripturis variis locis in quibus iustis viatoribus tribuit spem in deo ut Psal. 63. no. 11. laetabitur iustus in domino et sperabit in eo.

Ratio autem est, quia ad divinam providentiam supernaturalem pertinet viatoribus conferre media proportionata quibus tendant in finem supernaturalem; unum autem ex his mediis est virtus infusa spei theologicae, qua supernaturaliter eriguntur ad sperandum in deo et superandam arduitatem.

hinc colligit etiam Angelis quando fuerunt in gratia conditi et viatores fuisse infusam virtutem spei theologicae simul cum fide et charitate, ut ostendit 1. p. q. 62. a. 3. ubi D. Th. et alii exponunt Angelos fuisse creatos in gratia. et a. 2. explicat illis data fuisse media supernaturalia quibus supernaturaliter in deum tenderent.

si vero sermo sit de fidelibus peccatoribus existentibus in peccato mortali (dummodo non sit peccatum mortale infidelitatis aut desperationis quo destruitur fides et spes) quod illi etiam habeant virtutem infusam spei theologicae docet communis sententia cum D. Th. 1. 2. q. 65. a. 4. ubi Caiet., Medina, Conrad, et alii ibi, et 2. 2. q. 18. a. 3. ubi Bañes et Aragon, et Valen. disp. 2. q. 1. pto. 3. [illegible] et Vega lib. 9. in Triden. cap. 3. fere ad medium ubi dicit: hanc esse sententiam omnium theologorum.

et quidem quod peccatores fideles extra propriam ordinariam pos

13. sint sere et plerumque habeant actum finalem spei ita
certum ut negari nequeat sine errore, ut cum aliis
notat Vazq. 1.2. q. 62. a. 3. n. 3. et probat ex triden.
sess. 6. decreti cap. 6. paulo post initium ubi dicit
peccatores credentes erigi in spem fidentes deum
sibi propter Christum propitium fore. et sess. 14. in doct.
de sacramento poenitentiae cap. 4. ad medium dicit
in peccatoribus attritum cum spe veniae esse donum
dei, et spiritus sancti impulsum.
unde autem colligit in talibus peccatoribus fidelibus
permanere habitum spei theologicae, et si hoc ut obser
bant Vazq. in 1.2. dicto a. 3. n. 4. et Arag. ibidem
n. 3. et alii non sit ita certum sicut quod in illis per
manet habitus fidei, nam in triden. sessione 6. decreti
canone 28. expresse diffinitur in illis esse veram fidem
et non sit viva; at non ita expresse definitum quod in illis esse ve
ram spem, tamen non potest sine temeritate negari ut etiam in illa
n. 4. advertit Vazq.
probatur 1.o ex locis SS. et PP. in quibus fidelibus etiam peccato
ribus in hac vita tribuit spes et fiducia divinae misericor
diae ut psal. 4. n.o 6. sacrificate sacrificium iustitiae et spe
rate in domino. psal. 16 n.o 7. qui salvos facis sperantes
in te. ecclesiastici 21 n.o 1. fili peccasti non adiicias
iterum, sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur.
2.o probatur quia peccatoribus fidelibus quamdiu per contra
riam dispositionem infidelitatis et desperationis non destruunt fidem
et spem relinquenda aliqua media proportionata
quae sint initium et fundamentum ad impetranda ulteriora
auxilia, quibus possint acquirere peccatorum ve
niam et gratiam. haec autem media proportionata quae sunt
veluti fundamentum spiritualis aedificii sunt fides et spes

quę quidem non habent in sua conservatione necessariam con
nexionem cum charit. et grã; ac proinde etiam vim eam or
dinem poss. sine illa permanere in peccatoribus fide
libus; qui ut possint impetrare peccatorum veniam et
gratiam debent supernaliter in deum credere et in illo sperare.
ad hoc facit comm. dictum quod in aedificio spirituali fides et spes
se habent quasi fundamentum praesuppositum ad charit. et grã.
quę veluti fastigium est posterior; destructo autem fasti
gio potest permanere fundamentum neque sublato eo quod poste
rius extruxisse est auferri id quod prius est; cum non habet in sua
conservatione necessariam connexionem cum illo.
notandum autem est 1.o quod aliquis audientiis in credit in pec
catum mortale diversum ab infidelitate et desperatio
ne permanet quoad physicam entitatem in re eam idem
numero habitus fidei et spei qui antea erat, et licet quod erat simul
cum charitate et grã diceretur formatus et vivus, postea vero
destructa charitate et grã dicatur informis et mortuus
tamen per hoc non variatur in re entitas ipsius habitus fidei
et spei sed solum est variatio quoad esse moralem
extrinsecam quia sublata est charitas et grã quę dicitur forma
moralis licet extrinseca virtutum ut notatum est cas
prę dicendis sect. 1. § praeter hanc virtutis fid. quod vero in
peccatore fideli permaneat idem numero habitus fidei et spei
qui erat ante peccatum exponunt Aray 22. q. 6.
10. a. 3 ad 3. et alij ibi et 19. q. 64. a. 4. item
d. th. 22. q. 4. a. 4. corpore docet eundem esse habitum
fidei formatum et informis. ubi etiam id ostendunt varij
Aray et alij. in de autem sequitur habitum fidei et spei
permanentem in peccatore fideli esse veram fi
dem et spem quę licet non dicatur simpliciter virtus
quia perfectum statum moralem habet non in

tricam vocem physicam virtutis ut est dictum de cas precedenti sec. 1. § grata huic virtuti et alijs locis citatis.

2° notandum conclusionem intelligi cum limitatione dictum esse spem theologicam supernaturalem esse in omnibus viatoribus fidelibus; nam illa non permanet in hereticis sicut nec fides supernaturalis ut exponunt Vasq. 1.2. q. 18. a. 3. § Si queritur. et Valen. ibidem disp. 2. q. 1. puncto 3. § ex his sequitur. et alij et probatur ex D. Aug. l. 2. in enquiridion cap. 7. ad finem ubi dicit spem et charitatem non posse esse sine fide. ratio autem in O, quia fides supernaturalis est fundamentum spiritualis edificij et ordinat ad comparandum obiectum formale spei supernaturalis. atque ita destructa fide quae fundamentum destruit etiam spes supernaturalis ab illo pendens quoad eorum ordinem supernaturalem. Unde sicut ea quae heretici credunt non credunt per fidem theologicam supernaturalem sed per quandam fidem acquisitam naturalem; ita ea quae sperant, non sperant per spem theologicam supernaturalem, sed per quandam spem acquisitam naturalem.

2a pars conclusionis scilicet exposita quod in animabus purgatorij sit spes supernaturalis. traditur ut certa ex communi sententia cum D. Th. 2.2. q. 18. a. 3. corpore ad finem, ubi Vasq. Aragon et alij. et includitur in ecclesie consensu quo animas purgatorij censent esse certas de eterna beatitudine consequenda. ut probat Belarminus in priori editione tomo 1. (alias 2.) controuersia 6. generali lib. 2. de purgatorio cap. 4. probatur, quia nihil est inconveniens quominus animae purgatorij, retineant spem supernaturalem sicut et fidem cum charitate et gratia, nam licet iam non sint in via ad meritum, tamen per satispassionem sunt in via ad beatitudinem et expedit eas consolari per spem supernaturalem future beatitudinis.

Quoad vero attinet ad animas limbi, si sermo sit de animabus SS. Patrum. quiusque ad Christi Domini passionem et mortem fuerunt

in limbo qui dicit sinus Abrahae, dicendum est in illis fuisse spem supernaturalem sicut et fidem cum charitate et gratia ut docent magister sententiarum in 3. d. 26. ad finem et alij ibi. et probatur ratione praedicta.

Si vero sermo sit de animabus puerorum qui mortui sunt in peccato originali, et sunt in limbo qui dicitur limbus puerorum, dicendum est in illis non esse spem supernaturalem sicut neque fidem aut aliam virtutem supernaturalem quia non fuit illis applicatum sacramentum per quod tamquam per causam supernaturalem sublato peccato originali infunderent virtutes supernaturales cum gratia. notandum autem est id quod d. Th. 2. sententiarum d. 33. q. 2. a. 2. ad. 5. ait quamvis pueri non baptizati sint separati a Deo, quantum ad illam coniunctionem quae est per gloriam, non tamen ab eo sunt penitus separati, imo sibi coniunguntur per participationem naturalium bonorum, et ita etiam de ipso gaudere poterunt naturali cognitione et dilectione. hoc autem exposuimus in materia de beatitudine disp. 1. cap. 11. difficult. 2. ad 2. ubi quo modo tales pueri dicantur habere beatitudinem naturalem.

3a denique pars eiusdem ita proposita quod spes supernaturalis non sit in damnatis. est etiam certa et communis sententia cum d. Th. 22 q. 18. a. 3. ubi Aragon, Vanez et alij. pro hoc solet afferri illud Proverb. 11. no. 7. mortuo homine impio nulla erit ultra spes. qui locus quamvis ut ibi notant Jansenius et alij contineat sensum literalem de spe humana impii quam in bonis temporalibus habuerunt impij in hac vita, ut etiam indicat id quod ibi subditur: expectatio sollicitorum peribit. sicut et illud Sapien. 5. no. 15. spes impij tanquam lanugo est quae a vento tollitur. tamen in sensu spirituali intelligitur de spe supernali desperanda in damnatis ut etiam in priori loco signant Janse-

glosa, Lyra, hugo et alij.
Probat. q.a damnati certo sciunt se esse damnatos sub aeternam perpetuam nam illis declarat sententia suae condemnationis aeternae juxta illud Math. 25. n.o 4. discedite a me maledicti in ignem aeternum &. nempe ut bene notat. D. Th. hic. q. 1 O. a. 3. corpore id pertinet ad conditionem poenae et miseriae damnatorum ut scientes se nunquam evasuros damnationem magis crucientur. sicut etiam ad perfectam quietem et felicitatem pertinet scire se nunquam amisuros beatitudinem. neque etiam habitus permanet ad eliciendos illos actus supernaturales nam in poenam peccatorum expolliant omnibus habitibus supernaturalibus, item etiam privant omnibus auxiliis supernaturalibus, ut exponunt multi 1. p. q. 64. a. 2. assignantes hanc speciem obstinationis demonum et aliorum damnatorum, quod specialiter relatis alijs authoribus explicat Vasq. ibi disp. 239. cap. 7. et disp. 240. cap. 4. et de hoc non nihil diximus in materia de peccatis sum.. ut ibi annexa de poenis cap. 5. post num. 1. q. ad praedictam poenam.

Sectio 2.a Obiectiones adversus doctrinam propositam.

1.o obijcit id quod D. Aug. to. 8. in psal. 31. in praefatione paulo post medium sic ait: "mala conscientia tota in desperatione est. et post pauca subdit: ille sperat qui bonam conscientiam gerit, quem vero pungit mala conscientia, retrahit se ab spe, et non sperat nisi damnationem. ergo sentit in peccatore etiam fideli non esse spem.
R. nego consequentiam, q.a in illis verbis sensisse, ex mala conscientia excitari desperationem de consequenda vita aeterna ut aiunt, secundum praesentem iustitiam, hoc est attendendo ad

qd debet demeritis præsentis status mali conscie. qd hic sensus non obstat, quominus ipsi diuam bonitatem in hac vita habeant spes de impetranda peccatoris venia et gratia, et consequenter gloria ut ipse etiam D. Aug. sæpe docet, et inicanet præfatione paulo ante finem loquens ait: attendunt opera tua, et inveniuntur omnia mala, quod debet illis operibus deus redderet utique damnaret, et postea subdit. deus donat indebitam gratiam dat indulgentiam, fides assumpta spe et dilectione incipit bene operari. etc.

2. obijcit. Charitas dicitur radix reliquarum virtutum supernalium, et illud ad Ephes. 3. num. 17 in Charitate radicari et fundari. qd sublata radice non manent rami: Sed cum per quodlibet peccatum mortale tollatur Charitas consequenter etiam tollitur spes, ac proinde hec non manet in peccatore fideli.

Respondeo explicando maiorem: Charitas dicitur radix reliquarum virtutum supernalium duplici modo, 1° ratione connexionis quoad infusionem quantumvis in se, nempe quia infusa Charitate cum gratia simul etiam infundunt aliæ virtutes supernales ratione communem legem illi annexæ, nisi aliquæ speciali ratione præsupponantur aliunde prius infusæ, ut quando adultus non dum baptizatus prius infundit fides et spes. proptereaque adillas prius supponant ut expliciumus supra prius disp. 1. cap. 6. diffe. 1. § cæterum loquendo. 2° est infusa ratione perfectionis moralis quoad statum perfectum virtutis, quia Charitas est forma moralis per quam aliæ virtutes dicuntur fiate in perfectum statum virtutis ut dictum est cap. præcedenti sect. 1. § præfa

huic virtuti etc et alijs locis ibi relatis etc. a hoc D. Th. 1.2. Q. 62. a. 4. ad 2. ait: Charitas est radix fidei et spei in quantum dat eis perfectionem virtutis. Sed fides et spes secundum rationem propriam praesupponuntur etc.

Verum licet Charitas sit ita radix reliquarum virtutum supernaturalium ut quaelibet quoad suam existentiam in nostri carne ratio nostra conservatione pendeat ab illa. quia etsi per quodlibet peccatum mortale destruatur Charitas et gratia non sequitur destrui spem et neque fidem. unde in Tridentino sess. 6. de iusti. canone 28. damnantur asserentes amissa per peccatum gratia simul et fidem semper amitti. et ibidem diffinitur fidem quae remanet in peccatore fidelis esse veram fidem licet non sit viva. idem quod diximus de spe colligitur ex doct. eiusdem Concilii et est certum ex communi consensu ut probatum est supra post cap. cap. 1. partem ... etc.

Dices per quodlibet peccatum mortale destructa Charitate et gratia simul etiam destruuntur virtutes morales infusae nempe temperantia iustitia etc. ut docent D. Th. et alij 1.2. q. 65. a. 2. et q. 71. a. 4. ergo etiam destruuntur fides et spes in subjectum eadem videtur esse ratio de istis ac de illis, imo et a fortiori, quia istae cum sint theologicae sunt magis perfectae ac proinde videntur esse magis connexae cum charitate et gratia.

Respondeo ... quia id pendet ex divina ordinatione qua Deus in poenam ... mortalis statuit subtrahere concursum conservantem has aut illas virtutes infusas ex doct. ... 33. et PP. colligitur non per quodlibet peccatum mortale subtrahi fidem et spem. quod specialiter de fide colligitur a S. PP. ex illo Jacobi 2. n. 17. et 20. ubi asserit fides mortua sine operibus

.2 ad Chor. 13 nº 2. Si habuero omnem fidem et caritatem
autem non habuero nihil sum, et in Conc. Tridentino sess. 6. de
iustif. cano 28 et alibi decernit veram fidem sine gratia
permanere in peccatore, quod est asserendum esse de spe
infusa probatur me... sec. 2ad § Si vero sermo sit ... sup
posita autem in hac divina ordinatione assignat ratio congrua ex
eo quod fides et spes infusa sint quasi fundamentum aedificij spi
ritualis ac proinde expediat relinqui in peccatoribus
fidelibus veluti initium ad impetranda alia dona
ut expositionem ibidem probatur. Virtutes autem
morales infusae quae sunt quasi ornamenta concessa
amicis dei per quodlibet peccatum mortale destructa
amicitia destituunt ut explicant authores cum D. Th.
1.2. q. 65 a. 2. et q. 71 a. 4. ubi specialiter Salas
tr. 11. disp. 7 sec. 2. nº 52. atque hoc exposuimus in nostra
de actibus humanis disp. 7 de virtutibus cap. 4. diffi
4. Cum hoc autem stat id quod ibi et aliis locis ibidem
relatis diximus spes probabile esse in peccatori
bus fidelibus permanere habitum moralem infusum pie
affectionis qui est annexus fidei, et habitum moralem in
fusum attritionis qui est annexus spei theologicae.
Instabis: Saltem spes remanens in peccatore fideli non vi
detur esse vera spes. 1º quia in scriptura reprehenditur spes peccatoris
ut Sap. 5. nº 15. spes impij dicitur esse quasi lanugo
et spuma et fumus etc. 2º quia spes debet fundari in
aliquibus meritis, nam ex communi sententia cum Magistro
3. sententiarum d. 26. spes diffinitur esse certa expectatio
futurae beatitudinis veniens ex dei gratia et meritis. Sed
in peccatore non sunt merita ergo etc.
Respondeo negando antecedens, nam Synodus Tridentina sess. 6. de iustif. canone
28. dicit amissa per peccatum gratia remanere

veram fidem licet non sit viva. ita etiam de spe dicendum
ut probatum est secus praeced. ad. 1m vero spectat parte re
spiciendi spem humanam de rebus malis et vanis
ut constat ex contex. et cui expresse. ad. 2. Respondeo ad spem
sufficere merita quae aliquis ex dei gratia sperat aliquando
se habiturum, quamvis nunc non habeat, ut notant
D. th. 3. sententiarum d. 26. q. 2. a. 3. q.la 2. ad. 1m
et 1a 2ae q. 62. a. 4. ad. 2. et alij ibidem.
3. obijcit spes theologica amore concupiscentiae diligit deum
super omnia, nam illum diligit et sperat tanquam sum
mum bonum et ultimum finem. sed fidelis existens in
peccato mortali non ita diligit deum super omnia sed
potius plus diligit creaturam constituendo illam
sibi tanquam ultimum finem siquidem avertit
a deo vero ultimo fine. ergo spes theologica non manet
in peccatore fideli habente peccatum mortale.
Respondeo concessa maiori nego minorem, nam
quamvis existens in peccato mortali non diligat deum
super omnia amore amicitiae, tamen nihil obstat quominus
diligat eum super omnia amore concupiscentiae qui est com
patibilis cum peccato mortali: nam hoc per se loquendo
solum opponitur amori amicitiae ut exposituri sumus
in lib. 2. cap. 1. sec. 1. dist. 1. § dicimus 4a.
ad illud vero quod in probatione dicitur eum qui est in peccato mor
tali plus diligere creaturam quam deum, et constitue
re sibi creaturam ut finem ultimum ergo. Respondeo quamvis
ille plus diligat creaturam quam deum prout amabi
lem amore amicitiae, quia avertit a deo prout est amabilis
amore amicitiae, non tamen plus diligit creaturam quam
deum prout amabilem amore concupiscentiae. et ex
dicatur constituere in creatura ultimum finem ali
quo modo, nempe negative quatenus neque actu neque

bitus ordinatus in deum vt est vlt amabilem amore amicitiae ab illo et scia versus in ipsam de aliam non constituit vt finem simpliciter vltimum possimus ita vt illam aestimet et amet quasi summum bonum in quo se ipsum et omnia sua referat vt exposi situm est in pr. dicto loco et alijs ibi relatis.
4. obijcit. heretici quamuis discedant a fide catholica non tamen desperant de deo. ergo non amittunt spem infusam. nam haec non videtur amitti nisi per desperationem illi contrariam.
R. negando consequentiam. quia destructa fide quae est fundamentum totius spiritualis destruitur et spes infusa ab illo pendens vt communiter tenent Doctores. Patres ordinarie 1a 2ae. q. 62. Aug. lib. 3. in enquir. cap. 7. ad finem dicit spem non posse esse sine fide vt expositionem sequentis praecedenti praestantem. item. eius. §. 2. notandum mysterium. propter hoc autem obseruandum in quo Vaneg. rq. c. 18. a. 3. ex quo ... aduertit posse amitti dupliciter, scilicet per actum contrarium, scilicet destructo fundamento sicut in quibus amittitur virtus moralis per destructionem prudentiae, et frigiditas per destructionem substantiae.
5. obijcit. animae purgatorij sunt extra statum viae. ergo non retinent spem, nam haec sicut et fides videtur esse propria huius viae, quamuis charitas sit etiam communis patriae. 1a illud 1. ad cor. 13. vbi post quam non. 8. dixit hanc charitas nunquam excidit, postea non. 13. dicit nunc autem manent fides spes charitas. tria haec.
R. exponendo antecedens quamuis animae purgatorij sint extra statum viae quoad rationem meriti et demeriti adhuc tamen quodam modo dicunt esse in via ad statum gloriae. et sic D. Thom. q. 18. a. 3. corpore dicens ait in viatoribus siue sint in vita ista, siue in purgatorio potest esse spes. verum autem animas purgatorij non esse in statu

merendi aut demerendi gram aut gloriam vt spectant
testa. SS. et PP. quae adducit Bellar. t. 1. in priori edi
tione (alias t. 2.) controversia 6. grali. lib. 2. de
purgatorio cap. 2. et in hoc sensu intelligit id quod
eodem cap. 3. quam ad 1.um ya dicit: aias purgatorij non
in via si in ro quantum ad grae augmentum. illud
vero quod adducitur ex illis verbis nunc autem manent
fides spes charitas. solum asserit nunc manere has
virtutes, neque negat illas manere in purgatorio quod
pot etiam sub intelligi illa particula <u>nunc</u> prout distin
guit a statu gloriae.
Dices aiae purgatorij sunt certae et securae de consequutione
gloriae cuius certam cam hent per gram quam nequeunt
amittere ergo in illis non manet spes. probat cons. quia simili
roe. D. Th. 1a2ae q. 67. a. 4. ad 3. et 1a. q. 18. a. 2. ad 4
in fine docet: <u>aias beatas non here spem gloriae corporis</u>
<u>quia habent inevitabilem et sufficientem illius cam.</u>
Respondeo conc. quia ad excludendam spem non sufficit sola certitudo
et securitas consequutionis gloriae, donec consequutus finis
praecipuus ad quem via introductionis ordinat spes. quae proinde
manet in aiabus purgatorij ut introducant ad statum
gloriae. alia vero roe de beatis a quibus excludit virtutes
spei, quia iam habent consequutum finem praecipuum
nempe deum clare visum ad quem via introductionis
ordinat spes. et sic intelligit doct. d. th. in praedic
tis et alijs locis ut exponet cap. sequenti.
Urgebis consequutio gloriae respectu aiarum purga
torij quia het securam et certam huius cam non het roem
boni ardui prout requirit ad obiectum spei. ergo in illis
non manet spes.
Resp. 1o. negando ant. nam ad huc respectu illarum conse
cutio gloriae habet roem boni ardui, quia non est ad eam

peruentur nisi per vehementes cruciatus purga
torij vt exponunt Aragon 2. 2. q. 18. a. 3. § et ad arg
et alij ibidem. Ad 2.um R. etsi respectu illarum conse
quutio gloriae non haberet rationem ardui in ordine non sequeret
illis deesse obiectum speciale spei et finem praecipuum
ob quem in illis conservetur virtus spei, nam ardui
tas semper est differentia obiecti consequendi non est obiectum speciale
spei sed solum est conditio ad illum in dividualem ac
tum quo ratione boni ardui vt obiecti specialis erigimur ad su
perandam difficultatem vt exposuimus tractatu de fide disp. 2. cap.
1. sect. 2. item sect. 3. disp. 3. et quamuis animae purgato
rij non haberent eum in dividualem actum quo eri
gimur ad superandam arduitatem adhuc in illis
maneret finis praecipuus ob quem retineant virtu
tem spei quod nondum consequuti sunt Deum vt est in se
per claram visionem.
neque aliquid obstat quominus persistente fine primario et praeci
puo alicuius virtutis persistat etiam ipsa virtus in aliquo
statu in quo defectu alicuius conditionis requisitae non
potest habere aliquem individualem actum quem potest
habere in alio statu vt constat de virtutibus moralibus
quae conceduntur permanere in patria licet ibi non sint
habiturae aliquos individuales actus quos poterat
habere in via vt docent D. Th. et alij 1. 2. q. 67. a. 1.
corpore et ad 3. et explicuimus in materia de incar
natione disp. 19. cap. 2. ad 1.m et alibi.
6. obijcit. contingere potest vt damnati aliquo errore
decepti existiment se aliquando euasuros ex poenas inferni
et consequuturos beatitudinem ergo illi possunt habere
spem. Confirmatur quia in aliquibus historijs legitur ali

quos damnatos fuisse liberatos a penis inferni
nempe in quadam orat. de fidelibus defunctis quae ab
aliquibus tribuit. D. Joan. Damas. refert precibus
S. Theclae fuisse ab inferno liberatam animam cuiusdam
feminae cui nomen erat Falconila. Item in vita
D. Greg. Papae refert eius orationibus fuisse libera
tam animam Traiani imperatoris. Et alij damnati
poterunt sperare fortasse etiam se esse liberandos.
Ad obiect. Rx 1.º negando ans. quia omnes damnati
sunt certi de perpetuitate suae poenae; nam illis decla
ratur sententia suae perpetuae damnationis ut dictum est
supra in praeced. paulo ante finem. et probat. quia damnati ipsa
latius adm. aeternitatem poenarum infernalium expressi
mus in ma. desperationis in lit. illi annexo de poenis pec
catorum cap. 3.
Rx 2. omissis aliis nego conseq. quia licet contingeret
aliquos damnatos habere eum errorem inde non seque
retur eos posse habere spem finalem de qua in praesenti
agit. nam illi in poenam peccatorum priuantur omni
bus donis et auxiliis finalibus ut infra dicens locis
explicatum est.
Ad confirmat. Rx 1. illas historias non esse authenticas nec
certae fidei ut inter alios notant Belar. in priori edit.
to. 1. (alias 2.º) controu. 6. general. lib. 2. de purg. cap. 8. 1. 4.
ad q. Amya. S. 3. p.te 1.º 2. disp. 4. sect. 5. ad alia verò
Henriquez to. 2. Summae lib. 9. cap. 16. n.º 4. et alij.
Rx 2. omissis illis historiis si concedatur illud ita contigisse
dicimus factum fuisse speciali dei priuilegio ultra coem legem.
unde non sequitur illud secundum potentiam ordinariam posse contin
gere damnatis ut obseruat. D. Th. 4. Sententiarum. d. 45. q. 2.
a. 2. q. 1. ad 5. et 4. p.te in additionibus. q. 71. a. 5. ad 5.
Dices in damnatis est fides in spem nam Jacob. 2.º

nõ 19. dicit: demones credunt et contremiscunt q[uia]
in illis ē etz spes infusa, eadem n. nõ videt ēē de ista ac
de illa.

ad hoc D. th. 2.2. q. 18. a. 3. ad 2. ita ait: in damnatis
magis pot ēē fides infusa quam spes, q[uia] bona divina
nõ sunt eis futura possibilia sed sunt eis possibilia. quae ver
bant ibi notant Caiet. Vanes. Arage et alij nõ ita in
telligunt quasi D. th. concedat damnatis fidem infusam
nam hanc illis negat in eadem 2.2. q. 5. a. 2. corpore et ad
2. sed sensus ē attenta rõe fidei et spei in cõi abstrahendo
ab infusa et acquisita magis posse ēē in damnatis fidem
quam spem q[uia] in illis etz iuxta provam ordinariam pot ēē
et de facto ē aliqua fides nempe acquisita, nõ vero
ulla spes etz acquisita de beatitudine consequenda
nam ad fidem acquisitam sufficit ex aliquibus signis seu
indiciis seu fundamentis colligere aliqd ēē a deo dictum seu
revelatum. demones autem ut exponit ipse D. th. in praed
q. 5. a. 2. corpore vident multa manifesta indicia ex
quibus percipiunt doct. ecclesie ēē a deo, et de hac fide
ab illis acquisita intelligitur illud Jacob. 2. nõ. 19. de
mones credunt et contremiscunt. atq hanc fidem
D. th. in illo a. 2. ad 1. dicit ēē in demonibus aliquo modo
coactam ex signorum evidentia. et ad 3. asserit de
monibus displicet qd signa fidei sint tam evidentia ut
per ea credere compellant.

at spes etz acquisita cum id qd speratur seu expectatur nõ
ē nisi de eo qd existimatur ēē possibile et futurum ipsi spe
randi. et quoniam damnati certo sciunt beatitudi
nem nõ ēē sibi possibilem nec futuram post aeternam dam
nationem, et privationem auxiliorum ideo nequeunt ac
quirere ullam spem de beatitudine consequenda. atq
hec rõ continetur in doct. D. th. alternissima quae docet 2.2
q. 18. a. 3. corp. et ad 2. et exponetur amplius ex dicen
dis

cap. 4.

Caput 3. an spes sit in beatis aut possit saltem de potentia absoluta esse in illis.

Sectio 1a. sententiae et conclusiones.

quamvis omnes authores consentiant in beatis non esse spem quoad actum sperandi sibi beatitudinem essentialem ut exponet infra conclusio 1a. dissentiunt tamen inter illos dissensio an in beatis permaneat spes quoad habitum, et quoad aliquos alios actus condistinctos ab actu sperandi sibi beatitudinem essentialem.

1a sententia est affirmans quam referunt Argen. 3 sententiarum d. 26. q. unica a. 3. conclusio 4. et gerson in libro de vita spirituali quem refert et impugnat Aragon 2. 2ae q. 18. a. 2. initio ubi etiam praedictam eandem sententiam refert durand. 3. sententiarum d. 31. q. 3. et 4. sed durand ibi id non asserit, immo in 3. d. 26. q. 3. n. 7. inclinat in oppositum. eadem sententia tribui solet Alexan. alensi 3. parte q. 12. m. 3. ad 1. quatenus dicit in Christo domino non esse id quod perfectionis est in spe. sed ut ipse explicat solum vult id quod perfectionis est in spe, hoc est adhesionem ad deum esse in Christo per aliam virtutem nempe charitatem sicut etiam dicit id quod est perfectionis in fide videlicet cognitionem verum fidei esse in Christo per alium habitum nempe luminis gloriae et scientiae infusae. unde ibidem dicit in Christo neque esse fidem secundum rationem fidei, neque spem secundum rationem spei.

praedictam tamen 1am sententiam tenent S. B. p. 1. 1. q. 7. a. 4. in comment. § quod si tandem ya. ubi dicit: virtutem spei, quamvis non maneat in beatis quoad denominationem sumptam ab actu sperandi propriam beatitudinem essentialem manere tamen in illis quoad habitum ad alios actus

propter Deum ut bonum totum.

Ita sententia asserit virtutem spei non manere in beatis neque quoad actum sperandi beatitudinem essentialem neque quoad habitum ad ullos alios actus. haec sententia est communior apud authores infra citandos post 1m cam 2am illius partem. et videtur sequenda et exponenda nobis subjiciendo.

1a co. certum est in beatis non esse spem quoad actum sperandi sibi beatitudinem essentialem; an vero sit in illis habitus spei ad aliquos alios actus propter suum objectum formale pro necessaria parte sive affirmante sive negante habet aliquid certum; communior vero et sequenda est sententia negans. Prior pars huius conclusionis quod certum sit in beatis non esse spem quoad actum sperandi sibi beatitudinem essentialem tradit communiter ab authoribus supra citatis, et aliis infra citandis conclusione 2a. partem conclusionis. Specialiter autem Vasquez q. 18. a. 2. in fine advertit esse fidem certum esse in beatis non esse spem tam pro actu sperandi beatitudinem. ubi ut indicat contextus et illius finem loquitur de actu quo quis sperat sibi beatitudinem essentialem; non enim probat dici communiter de actu quo quis sperat sibi beatitudinem accidentalem aut de actu quo sperat alteri beatitudinem essentialem.

Probatur ex illo ad Rom. 8. n. 24. Spes quae videtur non est spes. Nam quod videt quis quid sperat. quibus verbis ut signat contextus et communis expositio spes sumitur obiective pro re sperata quae quando videtur, hoc est quando praesens et possessa, iam non speratur. ergo id quod quis possidet non sperat. unde ibidem subdit, si autem id quod non videmus speramus etc. igitur beati non habent spem quoad actum sperandi sibi beatitudinem essentialem siquidem hanc iam possident.

Probatur. 2a actus sperandi est et desiderandi proprie et formaliter est de re absenti, et non possessa, ergo est

quasi motus tendens ad adquirendam rem quam spe
rat et desiderat. vt constat ex coi modo loquendi
et concipiendi et speciatim exponit d. th. 1.2. q. 23.
a. 3. corp. vbi dicit desiderium ee motum ad aequiren
dum bonum non dum habitum et spem etiam ee respectu boni
non dum adepti quatenus docet q. 25. a. 2. corp. et ad 1.
et q. 30. a. 2. corp. et q. 40. a. 1. corp. quod beati
non hent actum sperandi sed neque desiderandi prae
beatitudinem essentialem, siquidem iam illam possident.
et pro hoc facit coe axioma quod dici solet: consequuto
termino cessare motum ad illum. et adepta quiete vt
termino iam non ee motum in eum terminum.

2a. pars praedictae concl. quod de habitu spei et de aliis actibus
condistinctis ab actu sperandi sibi beatitudinem essentialem
an permaneant in beatis necne probabilis sententia est sive
affirmante sive negante habeat aliquid certum probat
2o. neque ex doct. SS. neque s. PP. aut alio fundamento osten
ditur esse hoc aliquid certo statutum. vnde mit alios vasquez
1.2. q. 18. a. 2. paulo post initium dicit. non ee temerarium
rem asserere in beatis habitum spei permanere; sane
1a. sententia supra relata et affirmans quam speciatim se
quitur s. ibi citatus, non est vnde debeat notanda vlla
censura aut existimanda improbabilis vt immerito
aliqui asserunt.

3. denique pars eiusdem concl. quod sententia negans in beatis per
manere habitum spei aut vllum illius actum sit communior
et sequenda, probat 1o. ex communi consensu gravium
authorum nam magister sententiarum in 3. d. 31.
§ aduertendum ait: charitas nunquam excidit,
fides vero et spes penitus evacuabuntur. d. bonav.
ibidem a. 2. q. 2. corp. in o. 3. cois inquit, modus di
cendi est, quod habitus spei simpliciter evacuatur in gloria.

idem docet Scotus in eodem d. q. unica § resp. ya
Gabri. q. etiam unica a. 2. conc. 1.a in illius probat maio
conc. 2. et 3. Duran. in eodem q. Sententiarum d. 26. q. 3.
nu. 7. Ricar. a. 3. q. 2. corp. et alij.

Specialiter vero D. Th. in q. disputatis in tito de virtutibus q. unica de spe a. 4. corp. ait in beatis non esse spem quae est virtus theologica in illis cessat spes cuius huius virtutis etiam q. 67. a. 4. ad 2. in beatis nequit non esse spes tamquam virtus theologica etiam q. 18. a. 2. corp. ait: spes sicut et fides evacuat in patria et ibidem ad 3. dicit beatos quia in illis non durat virtus spei non sperare aliis beatitudinem ex virtute spei sed ex amore charitatis ex quibus locis constat illum negare beatis non solum actum sperandi sibi beatitudinem et aliis sed etiam ipsum habitum virtutis spei et omnem illius actum. idque exponunt Caiet. 1. 2. q. 67. a. 5. paulo post initium § ad aliud dicit. Vaz. 1. 2. q. 18. a. 2. Aragon ibidem et alij.

ad hoc probandum, quod pertinet ad factum pendensque ordine a Deo statuto (nam de potentia absoluta aliud non repugnat ut dicit in prima conc.) sentio desumendum ex locis SS. et SS. PP. in quibus significat virtutem spei sicut et fidei non permanere in beatis. id autem colligitur ex 1.a ad Corint. 13. attendendo id quod n. 8. dicit Charitas numquam excidit et n. 10 cum venerit id quod perfectum est evacuabit id quod ex parte est. et n. 13. nunc autem manent fides spes charitas. in quibus verbis attenta vi contextus et expositione PP. indicat ex his tribus virtutibus fide spe et charitate, quae nunc habent solam charitatem numquam excidere sed permanere in patria fidem vero et spem evacuari et sicut in de fide cum doctrinam etiam adversariorum colligitur non solum actum fidei sed etiam illius habitum evacuari in patria

ita etiam de spe idem asserendum est, quia predicta verba et expositio SS. eadem non loquuntur de spe ac de fide neque aliunde ostenditur aliud.
Constat ex eo quod ad predictum locum D. Hieronymus ait: in presenti tria hec, in futuro sola Charitas permanebit. et D. Chrysostomus homilia 34. in 1. ad Corinth. in cap. 13. exponens etiam illa verba fides inquit et spes creditis speratisque rebus advenientibus cessant &c. et subdit nunc manent fides spes Charitas, sed maior est Charitas quia transeunt illa hec durat. D. Theodoretus ibidem ait: ostendit Paulus solam Charitatem manere. Beda etiam circa eundem locum: nunc inquit manent tria hec fides spes Charitas sed cum quis quis ad eterna pervenerit duobus ipsis decedentibus, charitas permanebit. que verba desumpta sunt ex D. Augustino lib. 1. de doct. xpiana cap. 38. ad finem.
Supposito autem in predicto puncto, assignanda est duplex ratio congrua, ob quam in beatis permanente Charitate destruatur spes sicut et fides non solum quo ad actum sed etiam quo ad habitum.
Prima ratio est quia finis primarius et precipuus in quem ordinatur habitus spei est ut erigamur ad sperandum deum ut summum bonum nostrum arduum consequendum. ad alia vero ordinatur 2.rio et ex consequenti, adepto autem 1.rio et precipuo fine cessat habitus spei etiam respectu eorum ad que 2.rio et ex consequenti extendebat, quia non decuit per maneat absque suo fine 1.rio et precipuo.
hoc non intelligenda videtur ratio D. Thomae 2.2 q. 18. a. 2. in corpore ubi dicit finale obiectum spei esse beatitudinem eternam tamquam bonum arduum ex divino auxilio possibile et futurum ac proinde quod beatitudo iam non est futura sed presens non permanere spem. nempe hec ratio D. Thomae non est ita intelligenda ut nomine beatitudinis quam dicit esse obiectum finale spei denotet nostra beatitudo formalis que est quid creatum sed denotat nostra beatitudo obiectiva que est Deus ut exponit ipse D. Th.

2a 2ae q. 19. a. 9. ad 2. vbi dicit obum spei st et aliarum
virtutum theologicarum eẽ deum. et subinde per virtu
tem spei nõ sp quis innititur diuo auxilio ad adipiscen
dum quęcunq alia bona, sed principalit ad adipiscendum
deum tanquam principale obum yca.
cum autẽ D. th. ad pręd dictum obum spei addit rõem
ardui idẽ nõ ita intelligit quasi arduitas sumpta ex dif
ficultate obi consequendi sit obum principale seu motiuum
principale sed ẽ conditio nõ quidem ad quemcunq actum qui
pot elici ex hitu spei sed ad pręcipuum illius actum ex
quo sumit denomõ spei qualis ẽ actus quo erecto
animo speramus deum ut bonum nrum arduum
consequendum ut ex doct ipsius D. th. explicuimus
sup. disp. 2. cap. 1. sec. 2. ad finem, et sec. 3. diff. 3. et disp
4. cap. 1. sec. 2. ad 1m. et 2. et quoniam primus et pręcipu
us finis ad quem ordinat hitus spei ẽ talis actus spe
randi summum bonum nrum arduum, ad alios vero
ordinat 2rio et ex consequenti idcirco deficto pręcipuo
et 1rio bono cessat hitus spei et nõ permanet pro alijs
quę solum 2rio et ex consequenti respiciebat.
in hoc autẽ nõ sensu exposito intelligendam eẽ prędic
tam rõem D. th. colligit etiã ex alijs illius locis nempe
3. p. q. 7. a. 4. corpe dicit: virtutem spei here pro obo de
um cuius fruitio expectat, alia vero bona sufficere
ex consequenti: et inde infert in xpo dnõ nõ fuisse vir
tutem spei quia ab instanti conceptionis habuit fruitione
dei. pręterea in quęstionis disputatis in titulo de virtutibus q. vni
ca de spe. a. 4. ait: si subtrahat principale obum spei quod
ẽ virtus theologica, ita quod beatitudo ęterna iam nõ sit
subtracto sed habita cessat species huius virtutis, et ad
4. et 5. dicit in beatis nõ permanere virtutem spei ad
sperandum beatitudinem corporis sibi, neq alijs etiã alia
bona, quia ad hęc ordinat nõ principalit sed 2rio et remoto

eo qd est spale n permanet ad alia 2ria sic et duran
do. d. 26. q. 4. no 7. dicit eam qre in beatis n
permanet habitus spei eo qa ibi n pot exire in actum suum
spalem.

2a r° congrua est. qa ad perfectum status beatifici spectat
qd spali roe ordinetur ad consumatum ordinis finalis
theologici sublatis imperfectionibus perfectissime attin
gentis deum consentaneum est ut sit in intellectu beatorum
n est virtus theologica finalis nisi perfectissima ad vi
dendum clare deum, et ideo ibi n solu quoad actum sed
etiam quoad habitum excludit fides que includit imperfectum
obscuritatis. et ut colligit 2. petri cap. 1. no 19. datur in
hac vita quasi lucerna lucens in caliginoso loco do
nec illucescat dies, ita simili roe ad perfectum eiusdem
status beatifici consentaneum est ut in voluntate bea
torum n sit virtus finalis theologica nisi perfectissima
ad amandum deum amore amicitie qualis est virtus cha
ritatis ac proinde ibi n solum quoad actum, sed etiam quo
ad habitum excludat spes que includit imperfectum deri
vandi amore concupiscentie erga deum ut bonum no
bis commodum, qui est quasi amor mercenarius im
perfectus ut explicuimus supra disp. 2. cap. 1. sect. 4. et ideo
circo n est consentaneus in ordine finali theologico
consumato filiorum dei prout est status beatificus, ubi
spali roe excluditur imperfectio talis ordinis, quia illud
1. ad Corinth. 13. no 10. cum venerit qd perfectum est
evacuabitur qd ex parte est. ex quibus verbis et alijs sit
colligitur penitus quoad actum et habitum evacuandam
esse fidem, ita et spem, ut notat magis. sententiarum
in 3. d. 31. § advertendum, et alij ibi. ex probatis docet
D. Th. in p. sit expositio § ad hoc probandum.

Dubium superest an de pota absoluta

Spes possit permanere in beatis.

Sit 2a. certum n̄ repugnat de potentia absoluta in beatis permanere spem, tum quoad habitum, tum etiam quoad actus condistinctos ab actu sperandi sibi beatitudinem essentialem. ita sentiunt Maior 3. sententiarum d. 21. q. unica q. 1. et alij, et quos afferunt citati in 1a sententia. sec. 1o. de habitu spei ita probatur. quia ille de potentia absoluta posset relinqui in beatis ad aliorum ornatum in actu 1o. et si n̄ posset ibi habere ullum actum 2m. neque affertur ulla contradictio in hoc quod habitus sperandi sit simul cum actu possidendi rem quae est obiectum spei sicut neque in hoc quod habitus fidei simul cum actu videndi rem quae est obiectum fidei. qua ratione concedit habitum fidei de potentia absoluta posse permanere simul cum visione beata, ut exponunt Salas 1.2. t. 1. tract. 2. disp. 6. sec. 1a. no. 4. et alij. praeterea habitus spei sicut et fidei dicit ordinem ad multa quae non possident, nec vident a beatis. —

Quod vero de potentia absoluta spes possit esse in beatis non solum quoad habitum sed etiam quoad actus condistinctos ab actu sperandi sibi beatitudinem essentialem sic probatur. quia licet beati eo ipso quod sint beati possideant beatitudinem essentialem ac proinde neque de potentia absoluta possint habere proprium actum sperandi illam sibi siquidem propria ratio actus sperandi sicut et desiderandi connotat non esse possessum id quod proprie dicitur sperari et desiderari ut constat ex propria notione talium actuum, et ex communi modo concipiendi et sentiendi cum D. Th. locis infra citatis post autem 1m. in confesso n̄ n̄ repugnat beatis actus sperandi, et desiderandi aliqua bona quae non possident, item neque actus amoris concupiscentiae, et gaudij ac delectationis de bono possesso, et actus odij de malo illi opposito qui actus pro formale motivum, sive bonitatis quod est nobis commodae

pertinent ad unum et eundem habitum spei q[uo]d ad rem attinet, quamvis denom[inati]o spei sumpta sit ex ordine ad actum sperandi. ut expositum est sup[r]a disp. 4. cap. 1. sec. 1. et 2.

Sectio 2ª arg[umen]ta opposita.

Im[pri]m[is] arg[uitur] 1. ex illo psal[m]i 17 n[umer]o 3. deus meus adiutor meus et sperabo in eum. quilocus intelligit de Xpo D[omi]no prout homine sperante, et fidente, in deo. unde Paulus ad Hebr. 2 n[umer]o 13. hunc locum de Xpo intelligens refert his verbis. ego ero fidens in eum. pr[æ]terea illud psal. 30 n[umer]o 1 in te domine speravi (ut ibi notant d[ivus] Aug[ustinus] concione 2ª d. hiero et alij PP. et expositores) accommodat ad Xpum. ut hoem̄ loquentem cum patre æterno in quo dicit se sperasse. Ergo si Xpo ut homini quamvis ab in[iti]o sanctificæ conceptionis fuerit beatus, tribuit spes, similit[er] d[icen]dum est illam ee in aliis beatis.

D. Th. 3. p. q. 7. a. 4. ad 1m. ita Resp. hoe[m] n[on] dicit de Xpo secundum spem quæ est virtus theologica sed eo q[uo]d quædam alia speravit n[on]dum habita, ut dictum est, scilicet ex corpore illius. a. ita dixerat. Xpus a p[r]i[nci]pio suæ conceptionis plene habuit fruitionem divinam et ideo virtutem spei n[on] habuit, habuit tamen spem respectu aliquorum quæ n[on]dum erat assecutus. quibus verbis d. Th. negat Xpum habuisse virtutem spei theologicæ ut constat. nihilominus tamen concedit illum sperasse aliqua n[on]dum habita sed n[on] explicat an hic actus sperandi fuerit in Xpo elicitus per aliquem habitum infusum an solum per actuale auxilium. item an fuerit eiusdem speciei specifice cum actu pertinente ad virtutem spei theologicæ

ad hoc solent exhiberi variæ solutiones quarum aliquas refert et impugnat Va[squez]. 3. p. t. 1. d. 41. disp. 43. cap. 1. et ex sup[r]a dictis de dicendis confutari poterunt.

ipse autem in Va[squez] ibi cap. 2. n° 4. et 5. dicit in Christo domino
usque ad suam resurrectionem fuisse actum ad virtutem spei
theologicae pertinentem quo speravit gloriam sui corpo-
ris. et postea n° 9. asserit in fuisse in Christo habitum spei
ne aut illum amitteret, post adeptam gloriam corporis
aut ipsum postea otiose retineret, sed illum actum
fuisse elicitum ex actuali auxilio dei sine habitu.
idemque dicit de actu quo alij beati sperant gloriam
sui corporis. sed si concedit Christo talis actus non ostendit
cur non sit elicitus proportionato modo ex habitu. item
si non censet inconveniens talem actum post adeptam
gloriam corporis amitti, similiter dici poterit, concesso
habitu non fore inconveniens illum tunc amitti; aut etiam
si permaneret non fore otiosum sed utilem. vel ad eli-
ciendos alios actus sperandi alia bona sive ipsi Christo
sive alijs, vel. si non haberet ullum actum adhuc deser-
vire ad ornatum si aliunde non assignat alia ratio
obstans.
probabiliorque videtur alia solutio quae colligitur ex d. Th.
2a 2ae q. 18. a. 2. ad 4. ubi dicit evacuata spe in bea-
tis adhuc ab illis sperari aliqua, sed non virtute spei sed
ex amore charitatis. unde consequens est eum actum quo Christus
dominus et alij beati dicuntur sperare aliqua non dum ha-
bita esse actum elicitum a virtute charitatis, nam etiam
ipsi charitati convenit suo modo sperare propter summum
divinum finale ut explicuimus sup. disp. 1. cap. 4. ad 2.
obiectum, et disp. 4. cap. 1. ad 4. unde talis actus cum
sit charitatis est diversae rationis speciei ab actu pertinen-
te ad virtutem spei, condistinctae a charitate, sic
autem non concedendo id quod d. Th. loco proxime citato dicit
eum actum quo beati dicuntur aliquid sperare non esse

De Spe

14. a virtute Spei et Charitatis conveniunt habeat talem actum non solum cum solo auxilio actuali sed etiam habitu Charitatis, ut procedat proportionate a sua perfectam actu scilicet per supernale principium proportionalem perfectioni status beatifici cui cum sit status perfectus et consumatus amicorum et filiorum dei specialiter ratione in ordine supernali theologico consentaneum est ut omnes affectus supernales theologici innitentes divinæ bonitati eliciant sub ratione perfecta amandi deum propter se qualis est affectus Charitatis ut expositum est. Secus procedendo est sed non congrua.

Ex margine est testa. SS. et PP. quæ afferunt ad probandum in beatis non esse spem videntur solum loqui de actu sperandi beatitudinem essentialem et de imperfectione talis actus sicut et aliorum actuum imperfectorum ex parte intelligit illud. 1. ad Corint. 13. no. 10. cum venerit quod perfectum est evacuabitur id quod ex parte est. Secundo quia cur reject in beatis permanere habitum spei, et aliquos etiam illius actus diversos ab actu sperandi beatitudinem essentialem. Constat quia ibidem no. 9. in illis verbis sive scientia destruetur significatur in statu beatitudinis destruendam esse scientiam in hac vita acquisitam id non ita intelligitur quasi scientia quoad habitum et omnes illius actus sit destruenda sed quoad imperfectum actum huius vitæ, quia tunc non erit usus scientiæ per conversionem ad phantasmata, sicut in hac vita ut exponit D. Th. 1. 2. q. 67. a. 2. ad 1. et alij ibi. Ergo similiter quod affirmat aut significat in statu beatitudinis destruendam esse spem dici potest id intelligi quoad imperfectum actum huius vitæ permanente habitu, et aliquibus actibus consentaneis illi statui

ad argumenta et ponendo ans, aliud est id quod per

illa test. SS et PP, certo constat signari; aliud dico
qd lt n certo, magis tn probabilit attenta expoe
gravium authorum et congrua roe ex illis colli
git. priori mo concedit in omni sentia certum e
per illa testa signari qd in beatis n spes quoad ac
tum sperandi sibi beatitudinem essalem, ut exposi
tum e hac prcedd. v. 1. m. 1a illius pte. ulterium omnis
n ita certo, sed probabilit, fa coiorem sentiam theo
logorum et congruam roem colligit, n solum ta
lem actum, sed etz habitum spei et omnes illius actus
excludi a beatis ut pbatum e m. 3. pte. eiusdem
ce is.

ad confirmatm ph concedendo ans, ut coit concedit
cum. d. th. loco ibi citato, negatur pri coa, qa ut hac
prcedenti prob. 1m a m. 3. illius pte fa coiorem sentiam
gravium authorum pbatum e ex peculiaribus ver
bis et contextu d. Pauli, et expoe pp, et congruis
ronibus ibi adductis colligit spale sentum pp
qd dm sit spem stet fidem n solum quoad actum sed
etz quoad habitum a charitate condistinctum penitus ex
cludi a beatis et cum etz adversarij concedant fidem
huius vie excludi a beatis n solum quoad actum sed
etz quoad habitum, n e unde firmit ostendat
n ee idem dm de spe, quam eodem mo loquendi
et simili roe simpliciter excludi in dicat fundum
loco citato adductum fa coiorem sentiam. atqz
hoc discrimen speciatim exponit magister sentiarum
m. 3. d. 31. § advertendum ubi sic ait. fides et
spes penitus evacuabunt, scia vero quoad ae
ttem et num, ... qui nunc e n. tm suiffiam

tollet, ipsa n. virtus scię remanebit, sed alium tenebit usum et modum.
Dices D. Th. 3. p. q. 7. a. 9. ad 1. sic ait: in Christo non fuerunt defectus quos important fides et spes, sed quod quid est perfectionis in fide et spe in Christo est multo perfectius, et sendit. in Christo quamvis fuerit beatus ab instanti suę conceptionis fuisse fidem et spem sublatis imperfectionibus.
Resp. explicando ans. D. Thomę modum loquendi significat in Christo non fuisse hanc fidem et spem neque quoad actum neque quoad habitum specificum, cum hęc fides et spes ratione specifica includat imperfectum obscuritatis, et spes imperfectum amoris concupiscentię et quasi mercenarij, quantum est ex se et respectu beatitudinis et aliis. unde ipse D. Th. 1. 2. q. 67. a. 5. corpore dicit nihil idem numero vel specie quod est in hac fide et spe esse in beatis, sed solum idem genere. illud autem quod verbis in arti relatis asserit quod quod perfectionis est in fide et spe fuisse in Christo multo perfectius ita intelligit quod in Christo fuerunt alij perfectiores habitus et actus diversę ac superioris rationis specificę quibus longe perfectiori modo attingebat ea quę suo modo imperfectiori attingunt hę fides et spes. et est similis sensus, et quod dicit quod quod perfectionis est in sensibus et virtutibus creatis est eminenter in Deo multo perfectius
3. arg. permanente obiecto formali alicuius habitus permanet etiam ipse habitus et in eius possunt elici alii actus. sed obiectum formale spei theologicę ut exposuimus supra disp. 2. cap. 1. sect. 4. est deus sub ratione summi boni nobis commodi et hoc permanet in statu

beatitudinis. Obiectum permanet habitus spei quia eius respectu tale obum formale possint elici aliqui actus.

Confirmatur, quia licet in beatis habitus spei non possit deservire ad eliciendum actum sperandi sibi beatitudinem essentialem adhuc non potest deservire ad alios fines quod non est curandum negetur. antecedens probatur quia ille potest beatis deservire 1.o ad sperandum sibi continuationem beatitudinis essentialis. 2.o ad sperandum sibi gloriam corporis et alia bona pertinentia ad beatitudinem accidentalem, 3. ad sperandum alijs beatitudinem essentialem et alia bona. 4. ad actum amoris concupiscentiae et delectationis et gaudij de deo sub ratione formali boni nostri nobis commodi. quod obum formale est proprium spei et non charitatis. 5. ipse habitus spei posset beatis deservire in se ad complementum ornatus etiamsi nullum actum in esset habiturus, nam haec ratione conceditur in beatis post resurrectionem esse fidem gratinam et nutritinam quamvis haec non sit ibi habitura suum actum ut ait proposuimus in materia de beati dispositione cap. 11. dubitatione. 6.

Si autem dicatur respectu beatorum non permanere rationem boni ardui requisiti ad spem. haec solutio non videtur satis facere, quia arduitas sumpta pro difficultate obi consequendi non est obum formale spei sed ratio boni prout nobis commodi cum haec ratio non sit obum formale charitatis sed amoris concupiscentiae qualis est amor spei ut probabimus in prima disputatione 2. capitulo sectione 2. et 4. praedicta autem arduitas sit conditio ad illum individualem actum, quo

erigimur ad superandam difficultatem ratione boni maioris, quod tamen est conditio requisita ad omnes actus qui possunt elici propter tale obiectum finale ut ostensum est locis citatis sectione praeced. et cum aliis.

Ex explicando autem praedicti argumenti permanente obiecto finali alicuius habitus permanet etiam ipse habitus si adsint alia requisita ad rationem et praecipuum finem propter quem conservatur ille habitus, et quoniam primarius et praecipuus finis ob quem habitus supernaturalis spei theologicae est eum ordinem finalem conservat, et ut erigamur ad sperandum deum ut summum bonum arduum consequendum, idcirco in beatis consequuto hoc bono subtrahitur adeo concursus conservans habitum spei sicut et fidei ut ostendit superius sectione praeced. post. 1m et 2m num. 3. illius parte.

Ad confirmationem Respondeo licet in beatis per potentiam absolutam posset permanere habitus spei ad illos fines secundarios tamen quia cessat primarius et praecipuus finis ad quem eum ordinem finalem ordinat, idcirco de facto non relinquitur ad illos fines secundarios, sicut neque relinquitur habitus fidei quietem de potentia absoluta deservire posset saltem ad credendum ea obiecta quae non videntur in statu autem propter imperfectionem obscuritatis quod impedit habitum fidei conservari in beatis itaneque habitum spei propter imperfectionem amoris concupiscentiae quasi mercenarii cum perfectioni status beatifici qui est status perfectus et consummatus amicorum et filiorum dei speciali ratione in ordine finali theologico constantium ut omnes actus finales theologici eliciant sub ratione perfecta amandi deum propter se qualis est affectus charitatis ut dictum est in solutione ad 1m.

unde ad hi colligit ipsum habitum spei et et fidei esse
imperfectum quam includunt in essentiali ordine theo
logicos qui specialiter scilicet in beatis perficit non concurrere ad orna
tum beatorum, et unde alia ratione de potentia gradiva, et
nutritiva quae post resurrectionem erit in corporibus beato
rum, quia in suo ordine vitali pertinet ad ornatum ani
malis quasi potentia connaturaliter debita. neque aliunde ex authe
ntice habet aliquid obstans quominus dicatur esse in cor
poribus beatorum, et ideo potius ex communi doctrina est concedendum
ut exposui nunc in mea de beatitudine disp. 3. cap. 11. dubi
tatione 5.

Caput 4. an qui haberet absolutam et certam revelationem suae damnationis posset adhuc sperare beatitudinem.

Sectio 1a an sit possibilis talis revelatio

Huiusmodi revelationem esse impossibilem docent aliqui attri
buentes D. Bonavent. 1. sententiarum d. 40. art. in expositione
litterae dub. 1. ubi sic ait: impossibile est quod alicui revelet
sua damnatio. Sed D. Bonavent. ibi ita loquitur
non explicando an solum de potentia ordinaria an vero
etiam de potentia absoluta id sit intelligendum. similiter
loquuntur gilib. Altisio lib. 3. lib. 3. tr. 6. c. 1. post
medium et alij.
Sed sit conclusio non est impossibile per potentiam dei absolutam fieri
certam et absolutam revelationem alicui peccatori de
sua damnatione. ita D. Th. in disputatis de veritate
q. 23. quae est de voluntate dei a. 8. ad 2. primi ordinis parte
ubi sic ait: de potentia absoluta deus potest alicui revelare
suam damnationem, sed non de potentia ordinaria. idem
asserunt michael de palacio 3. senti. d. 26. disp. 2.
post medium q. 2. a. mesa Arrayo 2.2. q. 22. a. 1.
dub. 1. circa 4. vanes ibidem dub. 3. Alexan. [illegible]

in comment. in universam theologiam d. Th. in 2a 2ae
disp. 2. q. 1a. Vasq. 1a 2ae. t. 1. disp. 72 cap. 13. no. 15. Salas
ibidem tr. 7. disp. 5. sect. 3. nu. 6. et alij.
Probat et explicat, deus certo scit qui nam peccatores sint
damnandi, et non deest illi potentia ad revelandum certa
et absoluta revelatione id quod certo scit. nec quid ostendit
aliqua implicatio contradictionis in hoc quod per potentiam
absolutam fiat alicui peccatori certa et absoluta reve
latio suae damnationis, sit et sui peccati finalis, ergo etc.
notandum autem est quod d. Th. loco citato dicit de potentia or
dinaria non posse fieri alicui certam et absolutam (in hac vita)
revelationem suae damnationis, unde inquit si alicui fieret
revelatio suae damnationis deberet intelligi non commu
nicatione praedestinationis, l. praescie, sed per modum praefigurationis
comminationis, quae intelligitur sub conditione, ergo etc. similiter
intelligitur de potentia ordinaria id quod ait scientia d. 46. q. 1.
a. 4. ad 2. sic ait: illa positio quod alicui sua damna
tio revelet est insolens quia nulli sua damnatio reve
latur etc. et subdit si alicui revelaret, posset credere
commination et non per praescientiam dictum. sanctus
Palacios Aragon, et Alexan. plures sic ita docent
certam et absolutam revelationem damnationis, quamvis
in hac vita fieri possit de potentia absoluta non tamen de ordi
naria.
Et autem ita exprimunt illud dicit non posse fieri de potentia
ordinaria quod est quia contra ordinem a deo statutum et
quoniam communis ordo a deo statutus est ut ijs qui sunt dam
nandi non fiat in hac vita suae futurae damnationis
certa et absoluta revelatio idcirco hic dicit non posse
fieri de potentia ordinaria, ut docent d. Th. et alij proxime
citati. etenim deus suavi providentia quam contra legem
decrevit omnes viatores adultos excitare ad spem

vitae aeternae et illos non solum illustrationibus et inspi-
rationibus atque consiliis Dei etiam frequenter erigere ad speran-
dum, in hac autem non communi lege includitur quod per potentiam
ordinariam non fiat in hac vita iis qui damnandi
sunt certa et absoluta suae damnationis revelatio
nam ex hac deiiceret et prosterneret animus atque
impediret ne speraret vitam aeternam, quam
certo sciret se non esse consequuturum. ceterum de potentia
absoluta non repugnat fieri alicui in hac vita certam
et absolutam revelationem suae damnationis ut 4. d.
Th. et aliis dictum est in [illegible]

Praedicta obiicitur: ex hypothesi quod alicui per potentiam
absolutam fieret certa et absoluta revelatio suae dam-
nationis sequeretur illum adeo cogi ad desperationem
quod hoc consequens est impossibile etiam per potentiam absolutam.
ergo et antecedens est etiam per eandem potentiam impossibile. maior
probatur, quia ille non posset sperare beatitudinem siquidem
certo sciret ex ea suppositione attentis omnibus circum-
stantiis se non esse consequuturum beatitudinem, nul-
lus autem non potest erigi ad sperandum spem circa id quod certo
scit se non esse consequuturum. ergo cogeretur ad des-
perationem ex ea revelatione facta a Deo. minor vero
probatur: quia cum desperatio sit intrinsece mala repug-
nat aliquem ad illam cogi aut necessitari a Deo

Respondeo negando maiorem ad cuius vero probationem con-
cesso antecedenti, quod ille data ea suppositione ut aiunt in sensu com-
posito non posset sperare, ut ex ponet sua sequentia nega
consequentiam, quod tamen ille cogeretur ad desperationem, nam aliud
est non sperare, aliud vero positive desperare, ex eo au-
tem quod ille tunc non posset etiam physice sperare, solum sequi-
maria negatio actus sperandi, non vero actus contrarius.

sitas phys.a ad actum positiuum desperandi, siue desperatio sumat pro actu malo, siue pro actu non malo nam desperatio in eo qui physice libere pot sperare est peccatum, non vero in eo qui physicum non pot sperare: vt docent D. th. et alij 2.2. q. 20. a. 1. ad 3. et exponet infra in casu autem posito ex illa reuelatione non sequeret proprie coactio, nec necessitas phys. ad vllam positiuam desperationem siue malam siue non malam.

Pro hoc autem notandum est proprie loquendo, aliud esse aliquem cogi seu physicam violentiam pati, aliud vero necessitari Vnde com[munis] sententia docet, deum, quamuis possit nostram voluntatem necessitare etiam physice ad actus bonos quibus desit libertas, non tamen posse inferre proprie propriam violentiam seu coactionem physicam voluntati quoad actum immanentem elicitum vt docent D. th. et alij 1.2. q. 6. a. 4. et explicuimus ibi disp. 1. cap. 4. sect. 2. etenim physice violentum seu coactum proprie dicit illud quod fit a principio extrinseco contra inclinationem passi cui non est voluntarium. atque nostram omnis actus immanens elicitus voluntaris, est illi voluntarius ideirco quamuis possit esse necessarius non pot esse proprie physice violentus et coactus. quod late relatis multis authoribus exponit salas 1.2. t. 1. tr. 3. disp. 2. sect. 6. no. 66. atque hoc modo intelligit com[munis] dictum quo dici solet deum non posse nostram voluntatem ad actum immanentem elicitum proprie cogere seu violentiam illi inferre, quamuis posset illam necessitare ad actus non malos.

In supra dicto igitur casu data hypothesi quod per potentiam absolutam fieret alicui certa et absoluta reuelatio suae damnationis non sequeret illum proprie cogi ad vllam desperationem neque etiam ad eam physicum necessitari. quia quamuis

tunc ille non posset physice sperare ex hoc non sequeret illi narium esse negatum actus sperandi quae negatio stare pot sine phys. necessitate positivi actus desperandi ut ex infra dicendis amplius ostendet.

dices D. Thom. in disputatis de veritate q. 23. quae est de volunt. dei. a. 8 ad 2. probariori pote sci ait de pote ordinata non pot alicui fieri revelatio sue damnationis quia talis revelatio cogeret eum desperare. ergo sendit in tali casu voluntatem fore cogendam ad desperatum.

R. explicando ans. in illo dicto D. Th. verbum cogendi non sumitur stricte prout denotat physicam coactionem et violentiam, sed late prout denotat exhibitionem vehementis occasionis quae moraliter dici solet coactio in eo sensu quo ille qui alteri dat vehementem occasionem ad aliquid faciendum dicit illum cogere ut Luc. 24. no. 29. coegerunt illum dicentes mane nobiscum, et 2. ad Corint. 12. no. 11 factus sum insipiens vos me coegistis. quod autem D. Th. in eo dicto non sumat verbum cogendi stricte prout denotat physicam coactionem et violentiam constat ex eo quod ibidem concedit de pote absoluta posse alicui fieri sue damnationis revelationem ex qua tamen non concedit inferri voluntati quoad suum actum immanentem elicitum propriam coactionem physicam, nam hanc neque de pote absoluta posse inferri voluntati docuit 1.2. q. 6. a. 4 ut ex ponunt authores ibi, et diximus supra q. procaudit.

2o. obijcit in eo quod Joann. no. 21. Christus dominus dicit Judeis in peccato vestro moriemini fuit revelata eorum damnatio. siquidem revelatum fuit illos esse in peccato gravi morituros, morientes autem in peccato gravi infallibiliter sequitur damnatio. ergo non. Adversum id quod D. Th. et alij supra citati proposuerunt ... asserunt de facto nemini in hac vita revelari suam

damnationem.

R. illud dictum exponi de reuelatione comminatoria subintellecta conditione, ita ut sensus sit: in peccato vestro moriemini nisi credideritis in me, qui sensus indicatur in eodem cap. 8 num. 24. ita subditur. si enim non crediteritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. atque hunc sensum exponunt ibi multi PP. et alij interpretes ut Tolletus, Maldo., et alij.

plerumque etiam in S.S. continentur reuelationes in quibus licet non exprimatur subintelligitur conditio, ac proinde sunt reuelationes comminatoriae conditionatae ut notant expositores cum illud Isaiae 38. num. 1. ubi Regi Ezechiae dicitur: morieris tu et non viues, et Jonae 3. num. 4. adhuc quadraginta dies et Niniue subuertetur. quas reuelationes non fuisse absolutas, sed comminatorias sub conditione subintellecta nisi fuisset sequuta poenitentia constat ex rei euentu. Specialiter autem de reuelationibus cum damnationem post poenam ordinariam probationem sic expositam. notandum autem ita locum habet eod. q. D. Th. et alij ibi citati dicunt si alicui fieret in hac vita reuelatio suae damnationis id deberet intelligi per modum comminationis sub conditione, si autem in personam absolutam fieret reuelatio omnino absoluta ad singularem Dei iudicium pertineret patefacere sensum absolutum.

Sectio 2 an ex eo quod aliquis certa et absoluta reuelatione sciret se esse damnandum sequeretur illum non posse sperare beatitudinem.

1.a sententia quam refert Araujo statim citandus contra aliquos qui ita sentiunt, ut dicant in tali casu illum posse sperare

diviso, non vero in sensu composito. Sed quoniam hi duo sensus divisi et compositi solent varie sumi, simpliciter sentiendi per sensum divisum denotetur quod semota tali revelatione ille potest sperare, quod non facit ad propositum huius quaestionis quam quaerit an stante tali revelatione ac proinde in sensu composito cum illa possit ille sperare. Unde recte Aragon 2.2. q. 22. a. 1. § sed nunc restat ... advertit in praesenti quaestione sermonem esse de sensu composito cum tali revelatione certa et infallibili de futura damnatione.

2.a sententia absolute asserit illum etiam stante tali revelatione posse sperare. Et haec sententia referri solet Palacios 3 sententiarum d. 26. disp. 2. q. 2. annexa at ipse ibi eam non asserit, sed solum dicit hominem cui fieret revelatio damnationis potuisse facere deum non revelasse, quae simpliciter poterat bene sperari. Solet etiam citari Victoria quem refert et impugnat Arag. proxime citatus, neque haec sententia a quibusdam recentioribus illam asserentibus assignant alii authores.

3.a sententia affirmat illum tunc non posse sperare, ita Maior 3. sententiarum d. 26. q. unica a. 4. Banes 2.2. q. 22. a. 1. dub. 3. alteri his quae docet ibi ad 1.m 2. 3. et 4. Arag. in eodem a. 1. dub. 2. § his tamen non obstantibus. Alexander Pesantius ibidem disp. 2. q. 3. Valen. disp. 2. q. 1. puncto 1. § sed hic respondeo, et § quare aliter. Vas. locis infra citandis in 3. puncto et alii. Colligitur quod ex doct. D. Aug. D. The et aliorum gravium authorum ut exponetur infra.

Sed quoniam modus loquendi quo dici consuevit aliquid non posse fieri seu esse impossibile solet intelligi variis modis aut moraliter aut physice seu de impossibilitate morali aut physica explicare oportet in quo sensu intelligenda sit haec 3. sententia asserens supposita praedicta re-

velationem hoem n posse sperare beatitudinem.

notandum igit 1.º ad qd. s. greg. nazianzenus oroe 2.a de filio que inscribit lib. 4. de theologia ante medium sic ait: hoc verbum posse. l. n posse, n vno mo dicit sed variam ac multiplicem signatam habet. et sub dit sex mos quibus aliqd dicit impole. omissis autm alijs quos expossuimus in ma de gra diss. 6. cap. et alibi nunc sufficient duo modi quibus aliqd dicitur alicui impole aut physice aut moralit, hinc aliqd dicit alicui impole physice qdo illi simplicit deest pota seu virtus sufficiens ad illud efficiendum alternis omnibus ex pte prij in actu. l. ad physicam politatem requisitis. at vero moralit illi impole dicit qdo lt n deesit simplicit pota sufficiens ad illud e tn diffi cili ita vt raro. l. nunquam ab eo fiat vbi sub mo rali impollitate includit duplex grus prior e latior pro eo qd raro fit, posterior vero strictior pro eo qd nunquam fit, que disto colligit tum ex d. thom. lib. 1. de celo text. 111. vbi sic ait: impole dicit aut simplicit, aut qd n facile ne cito fia, tum etiam ex s. th. et alijs expositoribus ca illud Joan 12. nº 39. propterea n poterant credere ita et ca illud ad hebr 6. nº 4. impole est eos qui semel sunt illuminati rursus renovari. vbi s. d. Ansel sic ait: impole dicit qa l. nunquam, l. raro y.

2.º notandum e aliud ee dicere illum cui fieret certa et absoluta revelatio sue damnationis posse here aliquem actum amandi et desiderandi beatitudinem et elicitum ex virtute spei ppt illius obum finale motivum, aliud vero posse here proprium actum sperandi qualis e ille quo erigit voluntas vt ppt suum bonum consequendum

vellit superare arduitatem, qui diversi sensus solent ambiguis loquendi modis confundi et indigent distinctione ut infra exponet.

his suppositis sit 1º ille cui fieret certa et absoluta revelatio suae damnationis quamvis posset non solum phisice sed etiam moraliter amare et desiderare beatitudinem actu etiam elicito ex virtute spei propter illius finale motivum; non tamen moraliter immo neque phisice posset sibi beatitudinem sperare proprio actu sperandi qualis est ille quo voluntas animosa expectatione erigit ad superandam arduitatem rationem sui boni consequendi. hic 1º continens tria puncta distincte gradatim explicanda et probanda.

1m punctum est in eo casu eum posse non solum phisice sed etiam moraliter amare et desiderare beatitudinem actu etiam elicito ex virtute spei propter illius finale motivum hoc autem ita probatur quia ad amandum et desiderandum aliquid satis est illud proponi voluntati sub ratione boni possibilis absolute, neque obstat illud ex aliqua suppositione esse impossibile et non consequendum, nam experientia ostendit hominem amare et desiderare aliqua bona etiam si sciat se non consequuturum esse illa, et ex aliqua suppositione esse sibi impossibilia v.g. captivus et morti damnatus etiam si sciat se non evasurum nec posse evadere, ac proinde nullam habeat spem evadendi, adhuc amat et desiderat libertatem et vitam, etenim amor et desiderium est de bono quod quis vellet habere etiam si sciat se non esse habiturum, nec posse ex aliqua hypothesi illud consequi. ut exposuimus 19 cap. 3. disp. 7. cap. 3. et alibi: quod etiam ostendit ex iis quae dicent infra cap. 3. punctum. quod in fine

dicto casu ille possit phisice et moraliter amare
et desiderare beatitudinem, quae absolute esset possibilis
quamvis ex ea suppositione suae damnationis sibi certo revelatae
sciret se non esse illam consequuturum, ne stante
tali suppositione in sensu composito consequente suum
actum liberum praescitum esse sibi possibilem, nihil autem
tamen obstat quominus talem actum amoris et desiderii
posset elicere ex virtute spei theologicae propter formale
illius motivum quod est divina bonitas prout nobis com-
moda propter quam possumus elicere actum amoris
concupiscentiae et desiderii ut explicuimus sup. disp.
4. capite 4.
2m punctum est in praedicto casu illum non posse moraliter
sperare sibi beatitudinem proprio actu sperandi qualis
est ille quo voluntas animosa expectatione erigit ad
superandam arduitatem rationis sui boni consequendi.
hoc punctum de impossibilitate morali saltem prout de-
notat raro aut numquam fieri actum propter magnam
difficultatem concedit etiam ab adversariis, qui licet asserant
illum bene posse sperare, tamen id intelligunt de possibilitate physica
aut saltem hoc contendunt eorum puncta, neque ne-
gant impossibilitatem moralem in sensu praedicto.
Sic autem explicatur et probatur: impossibile moraliter dicitur
illud quod est ita difficile ut raro vel numquam fiat ut expositum
est supra in hac sectione notabili 1. Sed respectu illius qui certo
scit se non esse consequuturum aliquam rem, ita difficile
est excitari ad proprium actum sperandi quo animosa
expectatione erigat ad superandam arduitatem
propriam illius rei consequendae ut id raro aut numquam
contingat ut colligitur experientia qua ostenditur homines
quando certo sciunt se non esse consequuturos aliquam
rem desperare et cadere ab illa animosa expectatione

qua illam sperabant quo existimabant se forte illam ee consequuturos, nam animus dejicit et prosternit ab tanto motu expectationis cum .1.o certo novit suum connatum futurum irritum, et n ee consequuturum id qd sperabat. Ergo ni eo qui certa revelatione sciret suam damnatm esset moralit impole erigi ad proprium actum sperandi sibi beatitudinem talit ut raro aut nunquam contingeret sperare, quo vo locum habet etsi id tunc n eet physice impossibile.

3. punctum est id tunc ee impossibile n solum moralit sed etiam physice. hunc etiam sensum contendunt autores supra citati in .3. sententia ut constat ex eorum doct et fundamento, quo asserunt per certam et absolutam revelatm damnnis subtrahi obum requisitum ad proprium actum sperandi. unde sequitur qd neque physice tunc possit haberi talis actus. atque haec sententia merito dici pot cois ex autoribus supra relatis in .3. sententia et ex aliis infra referendis. neque propterea opponitur aliquibusdam recentioribus afferunt autores qui ostendant negare praedictum sensum, quem etiam ex doct D. Aug. et D. Thom. et aliorum de propria rone indivuali talis actus sperandi probandum in sequentibus.

ut au in hoc explicet et probet supponendum erit actus desiderii et spei proprie et stricte sumptos ee discrimen qd bene exponit Vasq. 1. p. t. 1. disp 48. cap. 1. nos 3. ubi sic ait: desiderium pot ee sine credulitate eius qd desiderat, imo etiam si quis firmissime credat oppositum futurum pot tn desiderium habere; spes au n nisi existimet futurum id qd desiderat

cē n̄ pot. idem qꝫ exponit 1.2. t.1. disp. 40 cap.2. nō 7.
et 3. pte. t.o 1. disp. 43. cap.2. nō 5. qd etiā comit. tradunt
aut supponunt alij autores supra relati in 3. sentia et
habet etiā ex Aris, D. Aug, Ansel, Chrisost et alijs
infra citandis. idem continet ini doct. de pprio
actu timoris per mūm fugę deiect. et anxię, qui
timor n̄ ē nisi de malo futuro 2m existimatm
ut infra exponet.

hinc igit. 3. prędictum punctum ita pbat. actus spe
randi ppri n̄ pot etiā physice haberi nisi de bono
futuro saltem 2m existimatm hoc ē qd existimet
futurum, ac proinde n̄ certo sciat illud n̄ cē futu
rum. sic ex oppto pprius actus timoris per mūm fugę
deiect. et anxię n̄ pot etiā physice haberi nisi de
malo futuro saltem 2m existimatm, g ille qui
haberet certam et absolutam revelatm suę damna
tionis n̄ posset physice habere actum quo ppri spera
ret sibi beatitudinem, coñ supp.to anti, bene infert, q
nullus actus pot physice haberi sine eo qd nario requirit
ad suum obum ppositum ut constat. g si ad pprium
actum sperandi requirit ut pponat bonum futurum
saltem 2m existimatm ita ut n̄ certo sciat illud n̄
cē futurum, sequit inde eum qui certa et absoluta
revelatione sciret se ē damnandum et n̄ conse
quuturum beatitudinem, n̄ posse physice habere p
prium actum sperandi sibi beatitudinem.

ans autē n̄ pbat. 1. ex Aris lib. 2. arbis rethoric. cap. 5.
ubi agens de timore oppto spei et confidentię initio
sic ait: timor ē ex imaginat futuri mali, et postea
ad medium: timor, inquit, ē cum expectatione alicu
iusdam passionis et manifestum ē neminem timere

cum arbitrat[ur] nihil se passurum. et postea subdit: Et fiducia timori contraria est, sic id quo confidimus ei quo timemus, quare spes est simul cum imaginatione rerum salutarium cum prope adsint &c.
ex hac doct. Aris. sic sit haec 1.a probatio. proprius timor per modum fugae deiect[ionis] et anxiet[atis] oppositus spei et fiduciae non est de malo quod sit solum imminens possibile, sed est de malo futuro saltem secundum existimationem probabilem ita ut non certo sciat illud non esse futurum, id non docet Aris. in praedictis verbis dicens: timor est ex imaginatione futuri mali, et manifestum est neminem timere cum arbitrat[ur] nihil se passurum. Ergo e contra propria spes et fiducia actualis sumpta pro actu sperandi opposito timori non est de bono quod sit solum imminens possibile sed tantum est de bono futuro saltem secundum existimationem probabilem ita ut non certo sciat illud non esse futurum. cons[equentia] probat[ur] quia a contrario similis est ratio per commune axioma contrariorum eadem est ratio, cum aliunde nihil obstans ostendit[ur]. quare ipse etiam Aris. huius con[tra]rietatis assignauit in illis verbis praedictis Et fiducia timori contraria est, sic id quo confidimus ei quo timemus, quare spes est simul cum imaginatione rerum salutarium si prope adsint &c. nempe sic existimet illas non esse remotas et alienas ab euentu, ac proinde non certo sciat illas non esse euenturas, hunc non sensum contineri in illa doct. Aris. ostendit[ur] in illius verbis et contextu alibi eius sumpto.
2.a probat[ur] ex D. Aug. t. 4. lib. 83. question. q. 33. paulo ante medium ubi sic ait: nullus metus est nisi futuri et imminentis mali. et postea subdens rationem dicit: quoniam non metuit nisi ne aliquid accidat mali. quae verba et ratio ut constat denotant proprium timorem seu metum per modum fugae deiect[ionis] et anxiet[atis] non esse de malo

qd sō sit z^m se pole, ꝑ de malo futuro et imminendi t^m existimatm, qª ñ metuit nisi ne aliqd accidat mali. inde au^m colligit ꝓprium actum sperandi opp^tum timori ñ eē nisi de bono futuro z^m existi matm, qª proprie ñ speratʳ nisi bonum qd existimatʳ futurum. ut apperte etz docet ipse d. Aug. t. 3. in enchi cap. 8. fere ad medium dicens: spes ñ nisi bonarum rerum ē, nec nisi futurarum, nempe z^m existimatm ex hoc au^m infertʳ ꝓprium actum sperandi ñ eē de obo qd solum ē z^m se pole si certo sciatʳ illud ñ eē futurum.

3. pbatʳ ex aliis PP. d. Ansel in cap. 5. epist. ad Rom cᵃ illud: probatio vero operatʳ spem. spes, inquit, ē bonorum, expectatio futurorum. qd etz eisdem verbis asserunt d. Chrisos. t. 5. in in sermone de fide spe et charit ante medium, et d. berna in psalm qui habitat serm. 7. initio s. Ambro t. 3. lib. 5. epis tolarum in epist 22 paulo ante finem: spes, inquit, qd ē nisi futurorum expectatio. s. Lauren justinian in sermo de xpi corp seu de eucha^a ante medium ait: spes prout a senioribus definitum ē, expectatio ē futuræ beatitudinis. quæ de sō tradit coit ab scho lasticis cum magis. 3. sententiarum d. 26. et exponit ita ut spes sit de bono futuro saltem z^m existimatm ut apperte explicat ibi s. th cuius verba subijciemus § sequenti.

§ 4. pbatʳ specialiter ex s. th. 1. 2. q. 25. a. 4. corp ubi sic ait: de bono futuro ē spes, de malo futuro ē timor. et q. 40. a. 1. corp dicit: ad spem ꝓprie loquendo requiri ut sit de bono futᵒ. et ad 2. ait: obiectum spei ñ ē bo num futurum absolute ꝑ cum arduitate et diffi cultate adipiscendi. et a. 5. corp: memoria, inquit, ē preteritorum, spes autem futuri. et q. 41. a. 2. corp e

sicut obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci, ita obiectum timoris est malum futurum q. 1 art. 5 et 1. 2 q. 26. post totam. c. 2. in expressa textus ad 4. ait: quamvis praescitus non sit habiturus vitam aeternam in rei veritate et ita non sit ei futura, est tamen ei futura quantum ad suam aestimationem, alias non speraret. ex qua doct. D. Tho. constat ab illo ad proprium actum sperandi requiri ut sit de bono futuro saltem secundum aestimationem. unde infert non posse proprie sperari id quod certo scit non esse futurum quia subtrahit obiectum requisitum ad talem actum.

5. Idem explicat et probat ratione. actus sperandi proprie est expectatio boni sicut est contrarius oppositus actus timoris proprie est expectatio mali ut constat ex communi doct. locis supra citatis in 2ª 2. 3. et. 4. probatione, et continet etiam ex diffinitione ab antiquis philosophis tradita, quam affert Cicero lib. 4. tusculanarum quaestionum paulo ante finem dicens: spes est expectatio boni mali autem expectatio est metus. Praeterea dicitur proprie expectare id quod certo scit non esse eventurum ut intelligit ex propria ratione expectationis conformiter ad receptum modum concipiendi et loquendi secundum quem tunc dicimus proprie aliquem expectare quando existimamus illum esse venturum et propter hoc D. Ysidorus in lib. differentiarum sive de proprietate sermonum litera e. numero 190. ait: expectatur venturus. ergo quare non censeret proprie et apte loqui qui diceret se expectare seu sperare aliquem v.g. Petrum et rogatus quando nam existimaret Petrum esse venturum responderet se certo scire illum nunquam esse venturum. merito enim ei opponeret cur dicis te expectare seu sperare Petrum? si certo scis illum nunquam esse venturum non est id proprie expectare sed sperare, sed habere affectum de proprie adventu Petri qui affectus haberi potest etiam de re quam non

expectamus. Ergo si eo qui certa et absoluta revelatione sua damnationis sciret se non esse consequuturum beatitudinem non posset neque phisice esse proprius actus sperandi qui esset expectatio beatitudinis siquidem non proponeret illi obiectum cum eo quod requirit ad talem in ordinali actum qui proprie est et dicit expectatio seu motus spei, neque ostendit quo pacto sublata equivocatione nominis in qua aliqui insistunt hoc sit negandum cum et in re ipsa et in communi modo sentiendi et loquendi gravium authorum et S. PP. locis supra citatis sit fundatum neque ex gravi authoritate l. ratione aliquid in oppositum urgens afferat ut amplius exponet ex solutione dictum deo sequenti:

Probatur 1. quia certum est ad varios voluntatis affectus necessario requiri ut obiectum diversimode proponat sub ratione boni l. mali possibilis l. impossibilis futuri l. presentis nam ut ait D. Th. 1.2. Q. 40. a. 2 corpore. ex eo quod vis cognoscitiva moveat appetitivam representando ei suum obiectum secundum diversas rationes obiecti apprehensi, sequuntur diversi motus in vi appetitiva unde consequitur, alius motus sequitur ex apprehensione boni alius ex apprehensione mali et similiter alius ex apprehensione presentis et futuri absoluti et ardui, ita etc. spesque motus appetitive virtutis consequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis adipisci. Ergo nisi obiectum proponat eo modo quem ex sua ratione in ordinali postullat quilibet affectus cum suis conditionibus seu connotatis necessario requisitis non potest etiam phisice haberi talis affectus, quia eo ipso subtrahitur id quod est necessario requisitum ad suum obiectum sine quo non potest esse v.g. quia proprius affectus desiderii ex sua ratione postullat obiectum propositum ut absens secundum dum consequutum eo ipso quod obiectum non ita proponat

ꝑ ut praesens et possessum non potest etiam physice haberi
prius actus desiderij circa illud. Sic ergo proprius actus spe
randi seu expectandi bonum ex sua non individuali
ratione spectat bonum existimatum ut futurum
ratione cuius voluntas animosa expectatione erigatur
ad superandam arduitatem circa illius consequutionem
ut ex ss. doct. ostendit locis citatis in praecedentibus
probationibus. Sequitur inde non posse etiam physice haberi
proprium actum sperandi seu expectandi eo ipso quod
obiectum non existimatur non proponatur ut futurum
quod certo sciat non esse futurum ut contingeret in
eo qui certa revelatione sciret se non esse consequutu
rum beatitudinem.
Confirmatur 2. contingere potest ut aliquis attendens ali
quam rem prout absolute et simpliciter esse possibilem
habeat illius desiderium et aliquam etiam intentionem,
et nihilominus si certo sciat se illam non esse conse
quuturum desperet de illius consequutione,
nam ad desperationem alicuius rei non necessario requiritur
ut aliquis existimet illam absolute et simpliciter
esse sibi impossibilem ut constat in iis qui desperant
de aliqua re eo quod sibi persuadeant suos conatus
futuros irritos etiamsi existiment eam rem non esse absolute
et simpliciter sibi impossibilem. Ergo ad proprium actum sperandi
non sufficit versari per modum desiderij aut alicuius inten
tionis circa rem ut absolute et simpliciter possibilem. Probatur
consequentia quia hic actus potest esse simul cum desperatione circa eam
rem ut probatum est in antecedenti. at desperatio non potest
esse simul cum actu sperandi eandem rem, quia impossibile
est eundem simul habere proprium actualem
spem seu certam expectationem et desperationem.

nam quandiu aliquis ita proprie sperat non desperat ut
intelligitur ex ipsis terminis et communi concessione; ergo ille qui
haberet certam revelationem suae damnationis posset
habere desiderium et aliquam etiam intentionem beatitu
dinis, non sequitur id quod adversarij contendunt illum
habere posse proprium actum sperandi beatitudinem
quam certo scit se non esse assequuturum.

Confirmatur. ut aiunt ad hominem ex doctrina concessa etiam ab
aliquibus adversarijs nempe ad proprium actum spe
randi seu expectandi non sufficit ex parte intellec
tus judicium de possibilitate rei ut cumque sed requirit
quoddam de possibilitate judicium cum quo non sit incom
patibile aliud judicium probabile et prudens quo spe
rans iudicet non esse impossibilem rem speratam sed de facto esse
ab ipso esse consequendam. Sed in eo qui haberet certam
et absolutam revelationem suae damnationis non esset simul
physice compatibile iudicium probabile et prudens
quo iudicaret de facto esse a se consequendam beatitudinem
ut constat, quia impossibile est aliquem simul assentiri
duobus contradictorijs ac proinde qui de certa revela
tione scit se non esse consecuturum beatitudinem non potest
habere iudicium probabile quo iudicet de facto esse a se
consequendam beatitudinem. Ergo in illo non esset physi
ce possibilis proprius actus sperandi seu expectandi bea
titudinem, nam actus non est physice possibilis in eo in quo
non est physice possibile id quod necessario requirit ad talem
actum.

Maior autem huius confirmationis ut dicitur est ab aliquibus
etiam adversarijs est concessa et continetur in communi doctrina

eorum qui relati sunt superius n. 3. sententia. item Aristot. d. Aug. et aliorum PP. et specialiter etiam d. Thom. ut ostendit ex eorum verbis et fundamentis adductis post 3. punctum n. 1. 2. et 3. et 4. probatione. quibus addendum est id quod d. Th. 1. 2. q. 40. a. 2. ad 2. dicit: motum spei appellari fiduciam a cognitione praecedente qua homo dicit seu existimat se consecuturum id quod desiderat, et sine hac existimatione non dari actum sperandi docet peculiariter n. eodem quem ex 3. sententiarum. d. 26. retulimus supra n. 4. probatione. quod etiam asserit d. Antoninus 4. parte tit. 7. §. 2. paulo ante finem his verbis: praescitus quamvis non sit habiturus vitam aeternam et ita non sit ei futura in rei veritate, tamen est ei futura secundum suam aestimationem, alias n. non speraret.

ultimo denique idem sic probatur, nostra voluntas sicut potest circa bonum praesens et possessum elicere quendam actum qui proprie dicitur et est fruitio seu gaudium. i. delectatio, summum quietis in bono adepto ita etiam potest circa bonum possibile ut futurum arduum consequendum elicere quendam actum qui proprie est et dicitur spes actualis seu expectatio boni ut constat. et tali autem actu qui ut supponit debet versari circa bonum possibile ut futurum arduum consequendum verum est illum neque moraliter neque phisice posse circa beatitudinem consequendam elici ab eo qui haberet certam et absolutam revelationem suae damnationis, quia iste neque phisice posset sibi proponere beatitudinem ut bonum arduum sibi futurum et consequendum cum certo sciret non esse sibi futurum et consequendum, et quamvis posset elicere aliquem actum desiderij et intentionis circa beatitudinem ut simpliciter possibilem, tamen huic actui non conveniret ea

De Spe.

15. vo in individualis circa bonum oppositum ut futurum arduum consequendum quam in individualem rationem actus in omni sententia constat vere et proprie ei competere spem actualem seu expectationem boni.
hunc sensum expositum qui dere negari nequit contendimus in nra ue. quam idcirco ad rem ipsam explicandam sublata confusione et ambiguitate quae in modo loquendi ab aliquibus misceri solet proposuimus cum limitatione ibi explicata de proprio actu sperandi qualis est ille quo voluntas animosa expectatione erigit ad superandam arduitatem rationae sui boni consequendi. alium vero actum condistinctum versantem circa bonum oppositum solum ut possibile appellare spem actualem et expectationem pertinet ad modum loquendi latiorem qui non habet locum pro speciatim agit de actu quem communis sententia gravissimorum authorum quae doct. Aris. d. Aug. d. Thom. et aliorum PP. et usitatum modum concipiendi intelligunt proprio nomine spei actualis seu expectationis aut fiduciae, si quidem asserunt ad hanc requiri ut versetur circa bonum futurum saltem in existimatione ut ostendit ex eorum verbis et fundamentis adductis praecedenti puncto. et contra hoc recte Vega lib. 6. in Triden. cap. 25. ad finem sic ait: ipsi sunt clari autores tradunt desiderium boni quod credimus nos assequuturos. —

Sectio 5. Dissensus et obiectiones dicta.

1a difficultas quod circa ad sperandum sufficiat bonum oppositum ut possibile. v. obiectio de timore.

Obijcit 1. ad sperandum sufficit bonum propositum ut possi-
bile etiam ad timendum sufficit malum possibile. Sed illi qui haberet
certam revelationem suae damnationis, proponeret beatitudo ut possibilis
ergo haec posset ab illo sperari. maior probatur ex D. Th. 2a 2ae q. 19 a.
1. corp. paulo post initium ubi sic ait: proprium obiectum
timoris est malum possibile sicut proprium obiectum spei est bonum
possibile. etc. et inde infert in beatis esse timorem de habendo
quod est non subijci deo, quia hoc malum est possibile non creaturae tam
ipse considerata, quamvis beatus sit impossibile propter gloriae per
fectionem. quibus verbis significat dari timorem de malo
quod secundum se est possibile alicui, nec quamvis ex aliqua suppositione sit
impossibile, et similiter ergo dari spem de bono quod secundum se est possibile
ipsi, nec quamvis ex aliqua suppositione non sit futurum, neque
possibile.
minor vero probatur quia ille cui in hac vita fieret ea revelatio
haberet potentiam physicam et auxilium sufficiens quo sim
pliciter libere posset vitare peccatum propter quod esset damnan
dus, nam in tali casu supponitur illi quidem esse in hac vita
offerri auxilium sufficiens et per revelationem patefieri
quod sit damnandus propter suum peccatum quod supposito auxi
lio sufficienti oblato posset libere vitare alioquin non
peccaret si libere non posset illud vitare, neque sola prae
cognitio effectus liberi futuri tollit potestatem et liberta
tem ad eum effectum libere operandum ut constat v.g.
ex Christus dominus ab instanti suae conceptionis praesciuit om
nes suos actus meritorios quos progressu temporis libere
elicuit. ergo ille posset adhuc obtinere beatitudinem ac pro
inde eam intendere et sperare. nam id quod potest obtineri
potest intendi et sperari.
Respondeo nego maiorem quod ad sperandum sufficiat bonum
propositum solum ut possibile si sermo sit de proprio actu
sperandi qui est certa expectatio boni. nam ad talem

actum requirit bonum futurum saltem con existi-
matum ut probatum est supra praecedenti n. 3. pro. ad illud
vero quod in probatione maioris ex D. Th. adducit. R.
illud dictum intelligi de spe et timore late sumptis
prout spes late denotat desiderium boni utcumque
ut exponet notabili 1.o et timor late denotat actum
aversionis a malo quatenus potest esse nocivum ei qui
timet attenta eius natura ut explicabit notabili 2.o.

pro notandum est 1. nomen spei et desiderij sumi
variis modis 1.o late pro affectu ut cumque obstante tali
quod bonum et sic spes et desiderium late accipiunt
pro eodem, et de spe hoc modo late sumpta intelligit
id quod aliquando autores asserunt aut signant obiectum
spei esse bonum possibile, si per bonum possibile denotet id quod
proponit solum ut possibile et non ut futurum. quod autem aliquando
ab autoribus desiderium quod etiam dici solet cupiditas po-
nat loco spei constat ex D. Aug. c. 9. lib. 14. de civit.
Dei cap. 9. ad medium. et specialiter D. Th. 1.2. q. 25. a.
4. ad 1. notat in eo loco desiderium seu cupiditatem
a D. Aug. poni loco spei.

alio modo spes sumitur stricte et proprie pro affectu peculiari con
distincto ab actu desiderij etiam stricte et proprie sumpti quo
pacto hi affectus sumuntur in ea divisione qua spes et de-
siderium numerantur ut membra inter se condistincta
et sic obiectum spei stricte et proprie sumptae est bonum non
ut possibile solum sed ut futurum saltem con existimatum
in quo sensu intelligit illud quod D. Th. supra praeced. citatus
post 3. punctum in 4. probatione. item D. Antoninus rela-
tus post 3. confirmatum dicunt praescitum sperare bea-
titudinem quamlibet reipsa non sit illi futura in con-
tra in existimatum proponit ut futura et alioqui non spe-

raret et expressi doct. Aris. D. Aug. aliorum PP. et grauium autorum quod ad spem actualem perfectam requiratur apprehensio boni respicientis obiectum bonum ut futurum saltem per existimationem probatum in praedicto 3. puncto.

2° notandum est, nomen timoris sumi etiam varijs modis. 1° late pro affectu cuiusuis auersionis a malo quatenus potest esse nociuum ei qui timet attenta natura ipsius subiecti secundum se. et hoc modo intelligit id quod aliquando autores affirmant aut indicant timorem esse de malo possibili si per malum possibile denotet id quod proponit solum ut possibile et non ut futurum in hoc sensu intelligit id quod D. Thom. 2.2. q. 19. a. 11. corpore dicit: in beatis esse timorem de hoc malo, quod est non subijci deo, quatenus istud malum est possibile creaturae rationali secundum suam naturam consideratae, quamuis in ipsis beatis sit impossibile propter gloriae perfectionem. hunc autem ibidem appellat timorem filialem quem dicit aucta charitate augeri; et in solutione ad 1. explicat textum signantia in beatis non esse timorem intelligi de timore habente solicitudinem et praecauentem malum, non autem de timore securo.

praeterea in disputationibus tit. de virtutibus in c. de spe a. 4. ad 2. dicit in beatis sublata potestate culpae et paenae non esse timorem qualis est in hac uita hoc est non esse timorem anxium et solicitum sed esse timorem reuerentialem qui inquit reuerentiam exhibebit suo Creatori ex consideratione maiestatis eius in propriam deficiens paruitatem et subdit, sed obiectum spei quod est beatitudinem esse futuram tolletur ea superueniente et ideo spes non remanebit. de praedicto autem timore filiali et reuerentiali, qualis est in beatis intelligi

donum timoris qd tribuit etiam Christo dno quatenus est homo ut ex-
plicuimus in ma de in car noe disp. 20. cap. 3. notabili 2.
idq. exponunt vasq. 3. p. t. 1. disp 44. cap. 2. § <u>vera igit sentia</u>
et alij quos ibi refert.
aliter timor sumitur strictius pro actu per modum fugae sollicitae
et anxiae de malo saltem [illegible] existimatm futuro et imminen-
ti; et de hoc timore intelligit id qd autores asserunt obum
timoris esse malum oppositum non solum ut possibile ut futurum
et imminens in quo sensu Aris relatus supra frequenter post. 3 p.
in 1. pbatione dictis dicit timorem esse ex imaginatione
futuri mali et neminem timere cum arbitrat se nihil
passurum. qd etiam continet in doct. D. Aug et D. Thom quos
ibidem in 2 et 4 pbatione retulimus. et ad hunc timo-
rem pertinet id qd D. Th 2a 2ae q. 19. a. 11. corpore in initio di-
cit: timorem poenae excludi a beatis per securitatem aeternae
beatitudinis. et ad 1. ait: ab illis excludi eum timorem qui
habet sollicitudinem et frequenter de malo. qd etiam ibidem
exponunt vasq. Aray et alij. pro quo specialiter notan-
dum est qd vasq 3. p. t. 1. disp 44. cap. 2. no. 8. sic ait:
nunquam pot esse talis timor qui est fuga mali nisi
aliquo modo credat aut saltem suspicione aliqua appre-
hendat malum ut futurum. et cum beati et Christus certo
sciant se nunquam passuros malum et securi omnino
sint nulla ratione in eis pot esse fuga aliqua mali quae
hac ratione nomen timoris mereat. et subdit. qd n. ma-
lum ut possibile apprehendat non satis est ut omnes fatent
qui de na timoris disputant.
hinc autem infert qd sicut talis timor stricte sumptus pro fuga
anxia et sollicita mali non pot esse nisi de malo futuro sal-
tem [illegible] existimatm; ita etiam spes actualis stricte sumpta
pro certa et animosa expectatione boni non pot esse nisi de
bono futuro saltem [illegible] existimatm ut pbatum est
supra frequenter in 3. pto. unde huius in affectibus quasi op-
positis tribui solent oppositae proprietates id est in dilantes

nempe talis timor dicit animum deprimere deijcere
prosternere, et concutere anxietate, tristitia, merore
at talis spes dicit animum erigere, in altum subvehere,
roborare, confortare, et exhilarare, iuxta illud ad Rom
12. nō 12. spe gaudentes. huiusmodi autem spes circa beati-
tudinem consequendam excitatur ex consideratione divinae bo
nitatis misericordiae omnipotentiae promissionis, fidelitatis
item ex bona conscientia meritorum et diligendi cura
observandi praeceptorum et bonorum operum ut sepe
exponunt S. Aug., Chrysost., Ambros., Bernar., Lauren
Justinianus et alij PP. varijs locis qui inveniuntur ex eo
rum indice verbo spes.
Quod vero attinet ad minorem dissij initio expositae qua dicit
licet ille qui haberet certam revelationem suae damnationis posse bea
titudinem ut solent aliqui ita distinguunt ut asserant bea
titudinem consequi illi possent in sensu diviso non tamen in sensu compo.
quod haec solutio non satisfacit nisi explicetur aequivocatio et
ambiguitas latens in varijs modis quibus accipi solet sen
sus divisus et compositus de quibus id quod praesenti instituto
necesse fuerit dicetur infra.
nunc pro solutione praedicti arg. dicimus in unico casu accipiendo
sensum compositum cum revelatione hoc est non semota stan
te revelatione illum hominem quamvis cum ipsa revelatione
et cum suo peccato propter quod revelatur damnandus non
possit componere hoc est simul ponere consecutionem
beatitudinis quia impossibilitas dicit consensum libertatis
per quam impossibilitatem non tollitur potestas libera ex parte
proprij in actu primo nihilominus tamen attenta potestate proprij
cum omnibus in actu primo requisitis ex parte ipsius proprij con
cedendum est illum hominem absolute et simpliciter posse
vitare peccatum propter quod foret damnandus, alioqui
si ita non posset non peccaret. id quod ostendit in probatione prae
dictae minoris supra expositae in initio vero q.

ceterum ex eo quod ille tunc attenta potestate libera ex parte sui posset libere vitare peccatum et consequi beatitudinem non sequitur quod tunc posset sperare ipsam beatitudinem proprio actu sperandi qui est erecta expectatio boni, nam ad hunc individualem actum non sufficit proponi obiectum ut possibile solum, sed opus est proponi ut futurum saltem ex existimatione ita ut non sit impossibilis saltem probabilis existimatio de bono futuro et consequendo. et quoniam in illo qui certo sciret suam damnationem futuram non posset esse probabilis existimatio seu iudicium quo iudicaret beatitudinem esse sibi futuram, et consequendam idcirco ille neque physice posset habere talem actum quo proprie speraret seu expectaret sibi beatitudinem ut probabiliter [illegible] praecedenti num. 2. post. et in hac sect. 3. ad 1. difficultatem.

2a difficultas quod ad proprium actum sperandi praesertim supernaturalem non requirat iudicium de bono futuro consequendo. Ubi quo pacto possit de hac haberi iudicium verum conditionatum et absolutum.

hinc ita arguitur ad proprium actum sperandi praesertim supernaturalem non requirit iudicium seu existimatio de bono futuro et consequendo. ergo ille cui fieret certa revelatio suae damnationis quamvis non posset habere iudicium quo iudicaret beatitudinem esse sibi futuram et consequendam adhuc posset esse illam habere proprium actum sperandi siquidem ad hunc non requirit iudicium tale ut supponitur in anti. — ans. probatur quia illud iudicium deberet esse, aut supernaturale, aut naturale, ut constat, neutrum tamen dici potest: nam in primis quod ad supernaturalem actum sperandi beatitudinem non requiratur iudicium supernaturale, quo quis iudicet beatitudinem esse sibi futuram et de facto consequendam, ita probatur, quia fideles praesciti qui reipsa non sunt salvandi possunt in hac vita habere et saepe habent actum supernaturalem sperandi sibi beatitudinem, et tamen non habent iudicium illud supernaturale quo iudicant illam esse sibi futuram, et de facto consequendam, etenim nullum iudicium supernaturale potest esse falsum, alias falsitas et error

tribuerent deo ut cum particuli finali. at quicunque iudicium quo praescitus iudicaret beatitudinem esse sibi futuram, et de facto conse quendam esset falsum, siquidem revera non est illi futura beatitu do cum ille sit damnandus ut supponitur.

Quod autem non requirat huiusmodi iudicium nale supr. quia non est dum finalem actum spei aut ullum alium finalem voluntatis pendere ab actu nali intellectus quia quilibet actum finali voluntatis assequens est aeternitas aliquis actus finalis ut ipsi ionato modo illi supponat obiectum. tum etiam quia in praesenti iudicium nale quo praescitus iudicaret beatitudinem esse sibi futuram et de facto consequendam esset falsum ut constat, non est autem concedendum actum finalem spei pendere a iudicio falso, quia alias concederet illum pendere a iudicio nali vera

Ad negationem. nam verum etiam ad finalem actum sperandi requirit aliquod iudicium quo iudicet saltem esse probabile quod bonum speratum sit futurum et consequendum, alias non esset propria expectatio boni ut ostensum est supra sect. 2 in q. pto. et in hac sect. ad 1. distm.

Ad illud vero quod in propositione subdit illud iudicium debere esse aut finale aut nale Resp. concedendo. nempe utrumque iudicium intervenire pot suo modo tam in expli cando. in primis autem concedendum est non requiri illud iudicium quo quis absolute iudicet beatitudinem esse sibi futuram et consequendam, nam hoc iudicium ab solutum est falsum respectu illius qui est praescitus ut ibi supponebatur. neque dum est dari ullum iudicium supernale falsum aut spem finalem pendere a iudicio nali falso.

Ceterum ad supernalem actum sperandi potest pte in tellectus etiam in eo qui est praescitus praecedere iudicium verum etiam finale dictans beatitudinem esse consequendam non absolute sed aut sub conditione aut cum limitatione exponenda. ac 1.o quilibet fidelis pot habere super nale iudicium fidei dicens quo sub conditione ita iudicet si cum auxiliis gratiae mihi oblatis fecero quod in me est consequar beatitudinem atque haec conditio sig nificat in tridentino sess. 6. de iustif. canone 26. ubi dicit. iustos debere sperare aeternam retributionem si bene agendo usque in finem perseveraverint.

Sed ut hoc iudicium ita conditionatum excitet ho minem ad sperandum est opus ut habeat de homo

n certo sciat sibi defuturam ee eam conditionem ex parte requisitam quam debet cum auxilijs gratiae facere quod dictum est, nam si certa revelatione sciret se non ee cooperaturum divinis auxilijs et moriturum in peccato mortali ac proinde damnandum per hoc certum iudicium de futura sua damnatione impediret ne posset etiam physice erigi ad proprium actum sperandi beatitudinem quia eo ipso quod certo sciat bonum non ee consequendum subtrahit intentionalitatem obiectum quod debet proponi ad sperandum proprie. nam ut aliquis proprie speret seu expectet aliquam rem opus est ut non certo sciat illam non ee ab eo consequendam sed iudicare possit saltem ee probabile se ee illam consecuturum ut supra probatum est.

potest autem fidelis etiam praescitus qui non certo sit se ee praescitum et damnandum habere quoddam iudicium verum etiam supernaturale quo iudicet ee probabile se esse consecuturum beatitudinem quod supernaturale iudicium abest quia est in gratia cumque sit alias virtutes infusas illam comitantes habet etiam prudentiam infusam potest elici ex ipsa prudentia infusa, et est iudicium verum etiam respectu illius qui est praescitus. nam licet ille re ipsa non sit consecuturus beatitudinem, dum quamdiu non certo sit se ee praescitum et damnandum potest vere etiam supernaturali actu prudentiae iudicare sibi ee probabile quod sit consecuturus beatitudinem.

in eo autem fideli qui est in peccato mortali et amissa gratia, simul etiam amisit prudentiam infusam quamdiu non certo sciat se ee damnandum potest etiam ee quoddam iudicium verum et supernaturale, quo iudicet sibi probabile ee quod sit con

secuturus beatitudinem, qd iudicium finale pot in illo elici, aut ex eo habitu iusso credibilitatis, quo etiã peccatores fideles inclinant utiq probabilibus sig nis et motivis finali mô iudicent hoc aut illud per tinens ad finalem ordinem eê credibile aliqua fide seu eê probabile; aut etiã tale iudicium finale pot pro duci per spale auxilium actuale a deo oblatum. insu per pot etiã hô habere quoddam verum iudicium na turale quo iudicat probabile eê se consecuturum bea titudinem.

ex dictis igit sufficient explicat quo pacto ad proprium actum sperandi beatitudinem prsupponat iudicium verum proponens beatitudinem nõ solum ut possibilem sed ut futuram et consequendam. tum sub condi tione per actum fidei diuinæ, quo certum ê hoem sicum auxilijs grã faciat qd debet salbandum esse. tum etiã absolute de probabilitate consecutionis per actum quo hô quandiu nõ ê illi reuellata damna tio vere iudicat eê sibi probabile qd sit consecuturus beatitudinem. pro hoc autem notandum ê idqz d. bona vent. 3. sententiarum. d. 26. a. 1. q. 5. paulo ante finem ait: si loquamur de certitudine conditionata sic ipsa ê certitudo infalibilitatis, certus ê n. unusquisq qd si perseberauerit usq ad finem in grã perueniet ad salutem. et subdit: si loquamur de certitudine ab soluta sic ê ipsa spe certitudo probabilitatis; qui n. het bonam consciam atq propositum probabilit pot eê cer tus se consecuturum vitam æternam. nam sie certum ê id eê aliqua mô probabile, tum ei qui het bonam consciam actu, tum etiã peccatori habenti propositum se aliquando conuertendi ad deum et fa ciendi id qd debet cum auxilijs sibi oblatis.

hoc etiã continet in doctrina, quam tradunt

Castro. 3. Sententiarum d. 26. q. unica a. 2. ad arg. Scoti
ad 3 stratum 1. arg. circa finem ante solutionem ad
2m [?] et Vega lib. 9. in Triden cap. 40. paulo post
initium et alij dicentes ad sperandam beatitudi-
nem praecedere ex parte intellectus non solum iudicium
fidei quo credimus beatitudinem esse nobis possibilem
cum auxilijs gratiae. item etiam quo credimus esse a nobis
consequendam sub conditione, si cum ipsis auxilijs
gratiae fecerimus id quod debemus, sed etiam praecedere aliud
quoddam iudicium non ex fide divina sed aliunde, quo
absolute iudicamus esse probabile nos esse assequuturos
nos beatitudinem. at quod hoc etiam includit insufficienter
mentis aliorum doctorum qui relati sunt supra [illegible]
2. in 3. sententia, item in fundamentis adductis ibidem
post ea in 4. [illegible]

§. 3. Dissolvitur argumentum ex praecepto sperandi et vitandi desperationem.

Contra haec dicta sic obijcitur. homini in hac vita impositum est praeceptum sperandi beatitudinem et vitandi desperationem. ergo si in huius praecepti etiam illi cui fieret in hac vita revelatio suae damnationis teneretur ad sperare beatitudinem et vitare desperationem, quod etiam stante tali revelatione posset habere contrarium actum sperandi beatitudinem nam praeceptum non obligat ad actum impossibilem ut constat.

Confirmatur. si ille tunc desperaret peccaret, nam desperatio est mala ac proinde peccatum. ergo teneretur non desperare sed sperare.

Explicando ans. homini in hac vita impositum est praeceptum sperandi juxta communem legem quae ordinarie in casu autem extraordinario de quo nunc agit hypothesi quod homini in hac vita fieret certa revelatio suae damnationis [illegible] daret respectu illius in eo casu praeceptum sperandi proprie sumpti sperandi beatitudinem quia tunc talis actus non posset haberi eo quod non posset supponi beatitudo prout

requirit ad proprium actum sperandi seu expectandi
illam ut expositum est sup. sec. 2. n. 3. pto. et in hac
sec. 3. diffe. 1. contra quem qd in tali casu ille non teneret spera
re beatitudinem expresse docuit speciatim Vasq. 1.2. q. 22.
a. 1. dub. 3. ar. 1. Aragon ibidem dub. 2. ar. 2. Alfa
peranzius etiam ibidem disp. 2. ar. 3. et alij. —
Ad probatum R. nego ans. et illius pbatm si velliter
intelligat de quacumque desperatione. non n. omnis despera
tio est intrinsece mala, sed aliqua pot esse non de se mala
in eo qui non pot aut non tenet aliquid desperare ut in
predicto casu. Pro hoc autem advertendum est despe
ratm sumi uno modo negative pro hoc qd est non spera
re, quatenus ipsum non sperare seu omittere actum
sperandi dici solet negative desperare. in quo autem lo
quendo desperatio negativa abstrahit ab hoc qd sit mala
nam in eo qui non pot aut non tenet sperare non est de se
mala. atque hac ratione D. Th. 2.2. q. 20. a. 1. ad 3. dicit
damnatis non imputari ad culpam hoc qd est non spe
rare beatitudinem, quia illis impossibile est eam sperare.
et subdit: Sic etiam in statu viae si quis desperaret de eo qd
non est natus adipisci. l. qd non est debitum adipisci non
esset peccatum. ut si medicus desperet de curatione ali
cuius infirmi. l. si aliquis desperet se fore divitias
adepturum. inde autem colligit in predicto casu illum
cui fieret certa revelatio suae damnationis non fore
peccaturum ex eo qd haberet desperatm negativam
si quidem non posset, ac proinde non teneret pro tunc
sperare seu expectare beatitudinem.
alio modo desperatio sumitur positive pro actu posi
tivo desperandi et in quo etiam loquendo illa abstrahit

ab hoc quod sit mala, et quidem mala, quia est actus positivus desperandi ex contemptu divinae bonitatis aut omnipotentiae vel misericordiae aut obligationis nostrae ... Ceterum non est mala si sit sine tali contemptu in eo qui non potest aut non tenetur sperare. In praedicto autem casu ille posset physice nullam positivam desperationem habere, quia ex eo quod tunc non posset physice sperare solum sequitur contraria negatio actus sperandi, non vero sequitur physica necessitas ad ullum positivum actum desperandi, sed physica libertate posset suspendere quemlibet positivum actum desperationis ut ex positum est supra in hoc capite sectione 1 ad 1^m. Idque etiam specialiter notant Vazquez, Aragon et Alexander, Salas, ... locis citatis in solutione ad hanc quaestionem. Dissentio igitur explicando ... Posset autem ille in praedicto casu habere quandam positivam desperationem de se non malam ita ut diceret despero beatitudinem non ex contemptu Dei aut beatitudinis, sed quia non possum erigi ad proprium actum sperandi seu expectandi beatitudinem quam certo scio me non consecuturum, et ex hac hypothesi non est de se malum illam ita desperare atque hoc etiam docent auctores proxime citati.

Dices: si illi revelaret se esse damnandum propter futurum peccatum finale desperationis in hoc casu adhuc supposita tali revelatione posset physice vitare illud peccatum desperationis, nam nisi physice non posset illud vitare non esset peccatum, ergo tunc etiam supposita ea revelatione posset physice sperare ad vitandam desperationem.

Ad hoc Valentia ... disp. 2. q. 1. p. 3. § quae aliter ... Et praedictum casum esse impossibilem, quia implicat simul ponere quod Deus absolute revelet illud peccatum futurum desperandi, nam supposita revelatione

desperatio illa quae dicit futura non posset esse peccatum. quia eo ipso quod ille certo sciret se esse damnandum non posset sperare, ac proinde non peccaret desperando. Deinde etiam docent Alexan. Pesantius 22 q. 20 a. 1 disp. 2 ad 2 confirmatum et alij. Si hoc est verum sit tum de desperatione negativa, tum etiam de positiva quae esset sine contemptu. Sed dicto nostra non huiusmodi desperatio in eo casu esset peccatum in illo qui physice non posset sperare ut ex positione dixi in solutione ad praecedentem confirmatum. Nam in illo posset esse peccatum desperationis ex contemptu quod posset vitare suspendendo habere talem actum si tunc non posset physice sperare, atque hoc notant Vanes 22 q. 20 a. . et ad 2 arg. et Alexan Pesantius ibidem disp. 2. ad 2. confirmatum et alij.

4.a diffalset obligatione conformitatis cum divina voluntate. item ex impossibilitate actus oppositi.

Ad hanc difficultatem in argumentum hunc num.: homo tenetur se conformare cum divina voluntate cognita, nam est contra rationem et legem discordare a divina voluntate cognita, cum haec sit prima et ultima regula rectitudinis, ergo supposita revelatione qua certo sciret se ex divina voluntate esse damnandum propter sua peccata teneretur se conformare cum divina voluntate ita ut ipse etiam vellet suam damnationem. ergo ille tunc non posset licite desiderare aut intendere beatitudinem probatur cons., quia si tunc desideraret et intenderet beatitudinem eo ipso non conformaret cum divina voluntate cognita sed ab illa discordaret, a qua

volendo rectitudinem vellet oppositum eius quod
divina voluntas quam sit velle damnationem.
solutio huius difficultatis pendet ex disputatione de modo quo homo tenetur
se conformare cum divina voluntate de qua d. th. 1. 2.
q. 19. a. 10. ubi disp. 5. explicuimus illius et eius
doctrinam, nunc autem breviter notanda est d.o quam
d. th. in illo a. corp. post medium ita exhibet: volun
tas humana tenetur conformari divinae voluntati in
volito formaliter, sed non materialiter; ergo. huic consonat commune
dictum quod tenetur conformari in volito formali non vero
in volito materiali. sed circa modum explicandi apud multos
est varietas illa autem omissa dicimus eatenus
hominem teneri se conformare cum divina voluntate
in volito formali quatenus quidquid vult debet velle
saltem implicite sub ratione formali boni honesti in
ultimum finem divinae bonitatis nam id saltem
necessarium est ut actus sit bonus ut exposuimus
in praedicta disp. sect. 1. ... 2. ubi retulimus auto
res ... quos etiam speciatim videri potest salas. 1. 2.
t. 1. tr. 7. ~~disp. 4.~~ sect. 3. no. 10.
caeterum eatenus dicit hominem non teneri se conformare
cum divina voluntate in volito mali quatenus non tenetur
velle positive quidquid deus quavis voluntate vult quamvis
teneatur velle quidquid deus voluntate praecipiente vult
eum velle, ut explicatum est in illa disp. 5. cap. 1. et ad
hoc d. th. in disputationibus de malo q. 2. quae est de peccatis
a. 5. ad 7. ait: quilibet tenetur ad conformandam volunta
tem suam voluntati divinae quantum ad hoc quod vellit
quidquid deus vult eum velle, et quod dei voluntas innotescit per prohibitiones et praecepta.
in casu igitur praedicto ille cui revelaretur sua damnatio non
teneretur positive velle illam, quia deus non praecipit ut eam

Velis. 2º potius precipit ut vitet peccata per quae incurrit damnatio: item et precipit observantiam mandatorum quibus tendit ad beatitudinem quam proinde ille pot. in eo casu licite desiderare et intendere quin discordet a diu. voluntate in eo quod ipse deus vult eum velle.

2º arg. 3º eo ipso quod aliquis certa revelatione sciret se esse damnandum iudicaret beatitudinem, hic et nunc sub talibus circunstantijs esse sibi impossibilem, quippe in talibus circunstantijs non posset eam consequi; ergo tunc non posset ullo actu saltem efficaci desiderare et intendere sibi beatitudinem; nam de re cognita ut impossibili non potest esse ullus actus efficax. hic enim ut intelligit ex ipsa natura rei et communi doct. non est nisi eorum quae censent possibilia quamvis actus inefficax quae dicitur simplex voluntas seu velleitas possit esse impossibilium.

Respondere solet distinguendo ans. cum illa de. de sensu composito et diviso ita ut dicat in eo casu beatitudinem esse illi impossibilem in sensu composito cum illis circunstantijs; absolute vero in sensu diviso esse illi possibilem et hoc sufficere ut ille simpliciter libere possit desiderare et intendere beatitudinem.

Sed quoniam impossibilitas quam vocant in sensu composito solet ambigue sumi varijs modis quorum aliqui destruunt libertatis usum adhuc salvandum oportet, illum exponere de impossibilitate in sensu composito consequente libertatis usum cum quo sit compositio: haec enim non destruit libertatem, nam impossibilitas in sensu composito cum usu libero quae dicit impossibilitas non antecedens ex parte principij sed consequens libertatis usum, non tollit quo minus actus sit simpliciter ~~liber~~ et absolute liber et possibilis, siquidem talis impossibilitas in sensu composito consequente usum libertatis.

consequente usum libertatis nihil aliud quam qd stante
usu libero impole sit illum n̄ stare, et impolē aliqd simul
ēē et n̄ ēē. unde cōi axiomate dicit omne qd ē qdo
necessē ēē, et ex suppoē qd ē impole ē n̄ ēē.
talis autē sensus n̄ tollit quominus actus sit simpli
cit. et absolute polis et liber, q.a ex hoc tantū ē ex pte prij
dari omnia requisita ad phisicam potestatem in actu i.o
indifferentem ut phisicè possit elici aut n̄ elici actus
talit ut ex pte prij in actu i.o nihil adsit aut desit roē
cuius n̄ permaneat phisica potestas cum omnibus in
actu i.o requisitis ad eliciendum. l. n̄ eliciendum actum
ut intelligit ex ppria diffoē libertatis phisicę et cōi dat
quam explicuimus in m.a de incarnaē disp. 1. cap
2. diff. 1. et 2. et alijs locis ibi relatis.
ad arg. in oppositum R. explicando ans. quia ille
suppta ea reuelaē iudicaret beatitudinem ēē sibi im
polem in sensu composito consequente usum suę liberta
tis, hoc ē ēē sibi impole componere beatitudinem cum
suo peccato ppt qd reuelat fore damnandus, et
simul etiā iudicaret beatitudinem ēē sibi simpliciter
et absolute polem in sensu ante et sufficiente ex pte
prij cum omnibus requisitis ad liberam potesta
tem q.a iudicaret ex pte prij nihil sibi deēē quominus
phisica potestate libera cum auxilijs sibi
oblatis posset et vitare peccatum ppt qd ē dam
natus et bene utendo auxilijs efficere bona opera
perducentia ad beatitudinem, qd autē re ipsa libere
n̄ sit bene usurus auxilijs n̄ adimit illā potesta
tem sufficientem in actu i.o sed sua culpa apponit
impedimentum qd libere posset n̄ ponere, et cum
quo n̄ pot componi consequutio beatitudinis. simili
ter roē respu actuum bonorum n̄ tollit phisico

testas libera ex eo quod in sensu composito consequente
usum libertatis non possit componi negatio actus. v.g.
Christus dominus progressu temporis libere elicuit actus
meritorios quos ab instanti conceptionis praenovit
se fore eliciturum libere, neque in sensu composito
cum futuritione actus praecognitio poterat poni negatio
actus.

ad illud vero quod in eo praedicti argumenti dicitur de re cogni
ta ut impossibili non posse esse ullum affectum efficacem
dicimus hoc dictum intelligi de re cognita ut impossibili ab
solute et simpliciter ita ut attentis requisitis ex parte
prius iudicetur ad illam non dari sufficientem potentiam ut
ex eo quod docet explicuimus re. O.B. disp. 7. cap. 3. seu
2 dist 3.. caeterum nihil obstat quominus possit
haberi aliquis affectus quantum est ex parte intentio
nis efficax de re cognita ut impossibili non absolute et
simpliciter sed tantum quod in sensu composito conse
quente usum libertatis, nempe de re quae tantum est im
possibilis absolute dicitur non impossibilis ex suppositione in de
fectus libere futuri cum quo non potest componi con
secutio illius rei ut ex positione est praecedendi.

notandum autem non est affectum dici efficacem
uno modo ab executione effectus ita ut tunc dicatur
affectus efficax quando executioni mandat rem exoptata.
alio modo dicitur affectus efficax quando licet non contingat exe
cutio effectus tamen non est solum simplex complacentia
quae dicitur velleitas sed est affectus talis quo voluntas
serio intendit effectum cum determinatione adhibendi
conatum sibi possibilem, nam talis affectus vere ad
distinctam simplicis complacentiae seu velleitatis
est et dicitur efficax quantum est ex parte intentionis
itaque si res ipsa non consequatur effectum. ut explicuimus

re q. 13. disp. 7. cap. 3. sec. 2. diffic. 3. et in ma de incarnatione disp. 3. i cap. 3. ad 2. obiectionem. quamvis igitur ille qui haberet revelationem suae damnationis non posset eam beatitudinem habere actum efficacem priori modo bene non posteriori ut expositum est.

2a difficultas est de infallibilitate et infrustrabilitate divinae scientiae et voluntatis

haec difficultas affert huius modi 1m arg. nullus potest licite velle divinam scientiam falli et eius voluntatem frustrari. sed si aliquis certa revelatione sciens se esse damnandum desideraret et intenderet beatitudinem eo ipso vellet divinam scientiam falli et eius voluntatem frustrari. ergo ille supposita ea revelatione non posset licite desiderare et intendere beatitudinem. maior constat ex ipsis terminis et communi consensu. minor vero ita probatur. quia scientiam aliquam falli, et voluntatem frustrari consistit in hoc quod eveniat oppositum eius quod ipsa dictat et vult. ergo si divina scientia dictat hunc hominem v.g. petrum esse damnandum et divina voluntas in poenam peccati id vult eo ipso quod petrus desideret et intendat beatitudinem vult divinam scientiam falli, et eius voluntatem frustrari, quia vult oppositum eius quod ipsa dictat et vult.

huius arg. difficultas pendet ex ea quaestione an et quo modo licitum sit velle aliquid contrarium seu oppositum eius quod deus vult de qua diffusius re q. 19 disp. 4. cap. 2. nunc autem ex iis quae ibi exposita sunt notandum est aliud esse loqui de voluntate qua deus nobis aliquid praecipit aliud vero de voluntate qua ipse vult aut permittit aliquid non tamen nobis praecipit. item aliud esse quod nos vo

luntate inefficaci per modum simplicis complacen
tiae seu voluntatis conditionatae velimus oppositum
eius quod deus vult; aliud vero quod velimus voluntate
absoluta et efficaci. quare adhibita dist. dicendum est in iis
quae deus nobis praecipit non esse licitum voluntate abso
luta et efficaci velle oppositum, quamvis sit licitum
ex bono aliquo fine id velle quadam voluntate inef
ficaci per modum simplicis complacentiae seu velleita
tis conditionatae quam deus non prohibet. unde etiam
humanitas Christi domini simplici affectu inefficaci mortem
crucis sibi praeceptam refugiebat. et illud Matth. 26. n°
39 pater si possibile est transeat a me calix iste ut
ibi communiter exponunt inter patres et ex scholasticis ex
plicuimus in praedicta disp. 4. cap. 2. et nimirum de
in carn. disp. 31 cap. 4. ad 1 obiectionem et docent etiam
expositores cum d. th. 3. p. q. 18 a. 6. ubi v. disp. 18.
sec. 4.
in iis vero quae deus vult aut permittit non tamen nobis praeci
pit licitum est nobis etiam voluntate efficaci velle oppositum
quia in ipsa etiam voluntate dei eo ipso quod nobis non praecipiat
includitur nobis relinqui liberam facultatem ut licite
possimus etiam affectu efficaci velle oppositum quod non est ipse
malum neque a deo prohibitum. in iis autem quae deus
permittit quia nostra peccata non solum licite possumus
sed etiam tenemur conari ad oppositum, nempe ad vitan
dum peccatum ac proinde etiam damnationem quam deus
non vult nisi supposito nostro peccato: atque in hoc sensu
intelligitur id quod multi autores asserunt nos licite
posse imo et debere velle etiam efficaciter oppositum eius quod
deus permittit et conari ad oppositum eius quod vult vo
luntate committante seu consequente in aeternam nostram
ut exponit vasq. 1. p. t. 1. disp. 72. cap. 3. idque explicuimus
in q. 19 disp. 4 cap. 2. nempe deus permittit

nrum peccatum et ad entitatem actus mali vult
concurrere concomitanter cum nra voluntate,
neque ex se ipso voluntatem nram determinat ante
cedente praedefinit aut efficit actum pravum neque
damnatum vult, nisi voluntate consequente nram
culpam praecipit quod ut vitemus peccata et consequenter
etiam damnationem. item etiam praecipit ut per bona
opera tendamus ad beatitudinem, unde haec de
siderari et intendi etiam ab eo qui haberet revelationem
suae damnationis non est contra sed iuxta voluntatem dei.
hoc supposito ad praedictum argumentum respondetur concedendo
maiorem nempe nullus licite potest velle divinam scien
tiam falli et eius voluntatem frustrari, neganda
autem est minor quod ille in eo casu si desideraret et inten
deret beatitudinem eo ipso vellet divinam sciam falli et eius
voluntatem frustrari; nam ille bene potest velle beatitu
dinem per se et non sub ea ratione et modo quo sequeretur divi
sciam falli et voluntatem frustrari ut ex dicendis
exponet.
ad probationem vero minoris cum dicit sciam aliquam falli
et voluntatem frustrari consistere in hoc quod eveniat
oppositum eius quod ipsa dictat et vult respondetur id ita intelligi
si eveniat oppositum formaliter prout oppositum seu con
trario modo ac ipsa dictat et vult, negat autem eam
qua dicit petrum in illo casu eo ipso quod desideret
et intendat beatitudinem velle divinam sciam falli et
voluntatem frustrari in nam potest velle beatitudinem
per se quo pacto non est obiectum oppositum formaliter illi
obiecto quod divina scia et voluntas dictat et vult, etenim
divina scia in eo casu dictat petrum supposito suo peccato
non esse re ipsa consequuturum beatitudinem sed damnan
dum quae scia est omnino infallibilis ex eo quod deus certo
cognoscat ita eventurum quantumvis petrus aliquo

desideret et intendat beatitudinem quam deus ei[?] hibet sed potius vult desiderari et intendi ab ipso petro a quo non praevisum futurum suum peccatum ad eo p[ra]e cognitum certum et non a consequendam.
item divina voluntas in eo casu vult petrum supposito suo peccato punire pena damnationis et vult etiam in illius libera potestate esse ut absolute et simpliciter attentis omnibus ex parte sui in actu 1o requisitis possit desiderare intendere et consequi beatitudinem, quare non est stalit[?] oppositum divinae voluntati sed potius illi conforme quod petrus desideret et intendat beatitudinem et illam sibi prout simpliciter et absolute ex parte sui est illi possibilis. et quod hoc continet non doct autorum quos retulimus supra in hoc cap. su. 2. in 2. sententia 1a q. 19 disp. 4. cap. 2. ubi et explicuimus et speciatim etiam idem ponunt vasq. 1a p. t. 1. disp. 72. cap. 3. no. 15. et Azorius t. 1. instit. moralium lib. 2. cap. 21. q. 3.
2o arg. si petrus praescitus cui facta esset revelatio suae damnationis consequeretur beatitudinem sequeretur inde falli divinam scientiam quae dictabat illum esse damnandum et frustrari divinam voluntatem quae volebat petrum supposito peccato damnari. ergo si ille desiderat et intendit consequi beatitudinem, sequitur quod saltem implicite velit falli divinam scientiam et eius voluntatem frustrari, nam qui antecedens vult ex quo aliquid sequitur vult etiam implicite consequens illi annexum.
Resp. concedendo antecedens et negando consequentiam f scientiam nam bene sequitur scientiam falli et voluntatem frustrari ex eo quod re ipsa non eveniat id quod dictat illa et vult at non sequitur illam falli et frustrari ex eo quod ponatur aliquid quo posito non tollitur quominus eveniat id

qd illa dictat et vult, ex eo autem qd in illo casu Petrus desideret et intendat consequi beatitudinem non sequitur qd non sit eventura illius damnatio propter eius peccatum qd supponit re ipsa futurum et certo praecognitum a deo qui etiam simul praecognoscit Petrum esse simpliciter et absolute liberum ut possit abstinere a peccato et vitare damnationem.

Dices. Si in tali casu Petrus praescitus vitaret peccatum et damnationem falleret scientia dei et frustraretur eius voluntas quae supposito peccato dictabat et volebat illius damnationem. Ergo si ille potest vitare peccatum et damnationem potest fallere scientiam dei et frustrare eius voluntatem. Probatur consequentia quia quod aliquis actus 2us per se ipsum praestat aliquem effectum formalem potentia ad illum actum 2um est etiam potentia ad talem effectum formalem illi annexum v.g. quia visio est repraesentatio obiecti potentia ad visionem est etiam potentia ad repraesentationem obiecti, neque dari potest actus 2us qui non praesupponat aliquam potentiam per modum actus primi ut intelligitur ex eis quae docet et experientia vis. Ex quo propriam rationem actus 2i qui non potest poni nisi ex parte alicuius potentiae quae respectu illius se habet per modum actus primi. Ergo si actualis vitatio peccati et damnationis in casu praedicto praestaret hoc qd divina scientia falleretur et eius voluntas frustraretur sequitur inde qd potentia ad vitandum peccatum et damnationem sit etiam potentia ad fallendam scientiam dei et frustrandam eius voluntatem.

Respondeo concesso antecedente negando consequentiam quia in illa intervenit defectus ex eo qd sensus compositus cons

usum libertatis variat in sensum divisum
antecedentem usum libertatis. nam in eo
qd in ante supponit petrum praescitum
vitare peccatum includit poa ad tolendam
sensum compositum sui peccati qd reipsa ee
futurum certo praecognoscit adeo, repugnat
autem poa ad tollendam talem sensum com
positum qa et suppoe qd peccatum sit futurum
implicat cradictionem cum ipsa futuritione
componere in futuritionem ut constat ex ppo
situm cd sa in hac sect diste 4. ad 2. et ipsa scia
dei e infalibilis et illius voluntas infrustra
bilis qa supponit impossibilitatem ad tolendam ta
lem sensum compositum.
at in eo qd in consequenti dicit petrum praescitum posse
vitare peccatum et damnatem includit solum
sensus divisus antecedens ex pte prii cum omnibus
ex pte in 1o actu requisitis ad liberam poam respu
actus 2i non includendo sensum compositum cum
ipso actu 2o atqui hec poa in sensu diviso antece
dente usum libertatis e requisita et sufficiens ut
petrus possit libere vitare peccatum et damnatem
et bene cohaeret cum impossibilitate in sensu com
posito consequente usum libertatis, qa non dat
poa ad tollendum sensum compositum, istant
cum hypotesi suppte peccatum libere futurum
fieri possit qd non sit libere futurum. et inde provenit
ut scia dei et voluntas supponens talem sensum
compositum non possit falli et frustrari quae non falle
ret et frustraret si non eveniret actus 2us praecog
nitus, qa eo ipso tolleret praedictus sensus compo
situs. l. actus autem primus seu poa ad falleri

16. dam dei sciam et frustrandam voluntatem de
beret ee poa talis que posset tollere sensum compo
situm. st cum tolleret negatio euentus precogniti
ex qua negoe sequeret sciam dei actu falli et vo
luntatem frustrari. et quoniam repugnat actus
primus seu poa ad tollendum sensum compositum
vt sup ostensum e, ideo etz repugnat actus primus
seu poa ad fallendam sciam dei et frustrandam
eius voluntatem, cui n obstat poa in sensu diuiso
et pte prij ad hoc vt libere posset elici. l. n elici actus
que poa e sufficiens et requisita ad libertatem et
ideo hec bene cohgret cum impossibilitate fallendi
diuinam sciam et frustrandi eius voluntatem, q
ad hoc sufficit impossibilitas tollendi sensum compo
situm consequenter vsum libertatis vt sup exposi
tum e. de quo etz diximus in ma de incarnoe
disp 31. cap. 2. diffe. 2. et alibi.
vnde ad illud qd in pboe coe predictę obiectionis
dicit. qdo aliquis actus 2us perfectissimum prestat ali
quem effectum realem poa ad illum actum 2m debetz
poa ad talem effectum realem, neq pot dari actus
2us qui n presupponat aliquam poam per modum
actus primi. R. totum hoc verum ee servata de
bita proportione actus 2i et actus primi absq
variatione sensus compositi et diuisi. vnde
st ex eo qd in sensu composito cum libera futuroe
actus 2i precogniti poneret negatio ipsius actus
2i, sequeret sciam dei falli, et eius voluntatem
frustrari; ita etz sequeret illam posse falli et
frustrari si daret poa ad tollendum sensum com
positum, que tn poa repugnat, quuis det poa in
sensu diuiso sup exposito ad negatm actus 2i liberi

ex qua propositione non sequitur posse falli scientiam dei et sic variari voluntatem ut supra ostensum est.

quoddam autem commune axioma quo ex Arist. lib. 8 phy. text. 36. dici solet posito in esse, seu in actu nullum sequi inconveniens seu impossibile, intelligitur quod aliquid accipit ut omnino possibile tam in sensu composito quam in sensu diviso, ceterum quod aliquid est possibile in sensu diviso ex parte sui, impossibile vero in sensu composito cum aliqua hypotesi presupposita si illud poneretur in actu sequeretur impossibile secundum sensum compositum presuppositum ut ostendit ex dictis et amplius exposuimus in ma de incarnatione disp. 31. cap. 2. dicte 2. et alibi.

Caput 4. an spes theologica sit certa certitudine intrinseca vel extrinseca absoluta vel conditionata.

Sectio 1ª explicatio et solutio questionis.

D. Th. in hac q. 18. a. 4. proposito titulo, an spes viatorum habeat certitudinem in corp. a. premittit quod certitudo potest alicui convenire aut essentialiter, aut participative. et asserit certitudinem inveniri essentialiter in vi cognoscitiva, participative autem in omni eo quod a vi cognoscitiva movetur infallibiliter in suum finem. et inde sic infert; spes certitudinaliter tendit in suum finem quasi participans certitudinem a fide que est in vi cognoscitiva.

Ad circa hanc doctrinam sunt difficultates. p. quo pacto spes dicatur participare certitudinem a fide an solum per denominationem extrinsecam a certitudine ipsius fidei illam dirigentis, an vero alia certitu

dine sibi in[?] trica et propria dependente in a fide.
2.º cum spes theologica possit sperare aliquas res
que non proponunt per fidem, quo pacto simpliciter et
absolute dicat participare certitudinem a fide. 3.º
an illa certitudo quae tribuitur spei sit absoluta l.
conditionata.
2.a c.º spes theologica est certa certitudine firmitatis
competentis inclinationi appetitivae suppositis re
quisitis infallibili et firmae ad suum obiectum. in hac
c.e quo ad hoc punctum, quod spes theologica di
certa sit certa et firma conveniunt autores ita ut
negari nequeat sine errore, et inter alios Vanes 2.2. q.
18. a. 4. ubi querit ya dicit esse Catholicam veritatem
et colit a scholasticis cum magis. 3. sententiarum d. 26
in initio spes diffinit ex certa expectatio futurae beatitu
dinis venienses ex dei gratia et meritis.
probatur ex locis SS. tribuentibus spei certitudinem et firmi
tatem ut ad hebre. 6. no. 18 et 19. confugimus ad te
nendam propositam spem quam sit anchoram ha
bemus animae tutam ac firmam. 2.a ad Corint. 1.
no. 7. spes nostra firma est pro vobis. 2.a ad timot
1. no. 12. non confundor scio cui credidi. et certus
sum quia potens est propositum meum servare. ad
Rom. 5. no. 5. spes autem non confundit: ex quae loca
S. P.P. et alij interpretes et notant spei tribui
certitudinem et firmitatem et in trid. ses. 6. de
iustif. cap. 13 sci habet qui dei auxilio firmissam
spem collocare et reponere omnes debent.
ut autem explicetur quenam et qualis sit haec certi
tudo convenienssspei theologicae, notandum est 1.º
esse proprium rationem certitudinis in quonam con
sistat ex apud DD dissensum. ita ut aliqui solum

certitudinem cum determinatione actus ad unam partem.
alij vero asserant esse determinationem non utcumque, sed cum in
fallibilitate; alij vero addant debere etiam esse cum
firmitate adhesionis.

Sane apud multos est ambiguitas propter varias
acceptiones certitudinis latius aut strictius sumptae
etenim certitudo sumitur uno modo late prout oppo
nitur dubitationi, et sic determinatio actus ad unam partem
dicitur late cognitio certitudo ad differentiam dubitationis
seu fluctuationis inter diversas partes absque ulla deter
minatione. et in hoc sensu exponunt autores qui
aliquando opinionem ad unam partem determinatam appel
lant certam;

alio modo certitudo sumitur stricte et proprie prout opponit
fallibilitati et debilitati actus, et sic actus certus pro
prie dicitur qui est infallibilis et firma adhesio ad
suum obiectum ac proinde ad certitudinem stricte et pro
prie sumptam non sufficit determinatio actus ad unam partem
sine dubitatione. neque etiam sufficit infallibilitas
actus utcumque, sed etiam requiritur firmitas adhesionis
propter aliquod fundamentum ex natura sua infallibili, et ve
cognitum ut tale ratione cuius potentia vere firmiter ad
hereat obiecto. et iuxta hoc D. Thomas 3 Sententiarum d. 26. q. 2.
a. 4. corpore dicit certitudinem proprie esse firmita
tem adhesionis. hinc autem sequitur opinionem de
obiecto vero quamvis sit determinata ad unam partem
et sit infallibilis in hoc sensu quod actus verus non
potest esse falsus ac proinde non potest falli, quod est re
ipsa esse infallibilem adhuc non talis opinio non
est stricte et proprie certa, quia non est firma adhesio
propter aliquod fundamentum ex natura sua infallibile vere
cognitum ut tale ratione cuius potentia firmiter adhereat

obo, nam fructum opinionis solum est cognitum ut probabile in actu exercito hoc est non probabili et non ut infallibili ratione cuius possit vere et firmiter adhereat obo ut alibi suo loco plenius exposuimus.

2° notandum est, certitudinem sumptam pro infallibili et firma adhesione ad obum in communi loquendo abstrahere ab adhesione cognoscitiva, vel appetitiva atque ita convenire non solum potentiae cognoscitivae sed etiam potentiae appetitivae. Unde distingui solet certitudo ita ut quaedam sit cognoscitiva, alia vero appetitiva seu affectiva. Sanctus D. Th. 1. Sent. d. 26. q. 2. a. 4. ad 5. dicit certitudinem fidei et spei distingui quod illa est certitudo intellectus ita vero est certitudo affectus et D. Bona Vent. in eadem d. a. 1. q. 5. corpore: diversa in quit est certitudo fidei et spei, quamvis conveniunt in hoc quod utraque est firmitas quaedam, fides enim firmat intellectum ne discredat, spes autem firmat affectum ne diffidat, et subdit illam esse certitudinem circa intellectum, istam vero circa affectum.

3° notandum est, aliam esse certitudinem simpliciter absolutam, aliam vero conditionatam ex parte obi, aut explicite aut implicite, certitudo simpliciter absoluta est firma adhesio circa obum absolute sumptum, nulla ex parte ipsius obi apposita conditione, neque explicite neque implicite, certitudo autem conditionata ex parte obi dicit firmam adhesionem circa obum apposita aliqua conditione aut explicite aut implicite. cavenda autem est equivocatio alterius acceptionis qua aliqui loquentes de conditione non ex parte obi sed ex parte actus, dicunt omnem certitudinem debere esse absolutam

neq. dari ullum actum sive intellectus sive volun
tatis qui sit conditionatus sed omnem actum in
se ipso esse absolutum. etenim si per actum con
ditionatum ex parte actus intelligatur actus qui re
ipsa non exercetur, sed exerceretur si poneretur aliqua
conditio ut cum aliquis dicit amarem haberem
si esset bona sic quidem verum est non dari ul
lum actum conditionatum, nam in hac acceptione
supponit non exerceri actum de quo est ser
mo sed fore exercendum si poneretur conditio, caeterum
id non obstat quominus re ipsa exerceatur aliquis actus
circa obiectum affectum aliqua conditione explicite vel impli
cite v.g. ille actus voluntatis quem divus Thomas solet sim
plex voluntas seu velleitas ex D. Th. 3. senti. d. 17.
q. 1. a. 1. et a. 1. ad 2. et alibi saepe appellat vo
luntas conditionata ut explicuimus 1. 2. q. 13.
disp. cap. 3. sect. 2. diffe. 2. pro quo specialiter plu
res autores refert et sequitur Salas. 1. 2. q. 1. tr. 6.
disp. 1. sect. 3. no. 7.
his pronotatis restat exponendum an spes theologica
habeat aliquam propriam certitudinem sibi unicam
diversam ab ea quam habet actus fidei illam
dirigentis item an talis certitudo sit omnino
absoluta vel aliquo modo conditionata.
2a conclusio. spei theologicae convenit certitudo affectiva
illi propria et intrinseca quamvis dicatur esse participata
tione a fide tanquam a dirigente, illa autem cer
titudo aliquo modo conditionata ex parte obiecti, circa
euentum consequendi beatitudinem quatenus
aut explicite aut implicite includit hanc con
ditionem quod si homo ex hac vita decesserit in gratia

consequet beatitudinem.

1a. pars huius ccis continetur in doct. d. the. et. d. bo. ven. locis supra citatis notabili 2o. ubi tribuunt spei suam propriam certitudinem a certitudine fidei distinctam quam vocant certitudinem affectivam idemque docent Aragon 22. q. 18 a. 4. dubio ultimo et in hoc tm. et alij ibi. Sic autem explicatur et probatur certitudo spei in coi loquendo est infallibilis et firma adhesio actus ad suum obiectum ut ex positum est notabili 1o. et sicut vis cognoscitiva potest habere infallibilem et firmam adhesionem repraesentationis quae est et dicitur certitudo cognoscitiva, ita suo modo vis affectiva potest habere suam infallibilem et firmam adhesionem affectus quae est et dicitur certitudo affectiva sed spei theologicae coit infallibilis et firma adhesio affectus ad suum obiectum ut probatum est ccre 2a. et amplius ostendetur ex dicendis. ergo illi convenit certitudo affectiva sibi propria et intrinseca..

ceterum ex modo loquendi d. the. 22 q. 18 a. 4. corpore et aliorum ibi et pluribus alijs locis talis certitudo affectiva spei dicitur esse participative a fide quia illam habet cum ordine dependentiae a fide tanquam a dirigente, quatenus per fidem debet certo proponi obiectum formale spei theologicae. item et obiectum materiale praecipuum quod est beatitudo quam fides dictat consequentem esse ab ijs qui in hac vita decesserint in gratia; aliqua tamen obiecta materialia minus praecipua proponi possunt non per fidem sed per prudentiam

infusam ut dictum est superius disp. 3. cap. 1. sect. 1. in quodam dub. ibi proposito § ad finem autem ... stricta specialiter ad actum sperandi seu expectan di beatitudinem interuenit quoddam iudicium quo vere et certo indicatur probabile esse quod beatitudo sit absolute consequenda ab eo qui eam sperat. quod iudicium non pertinet ad fidem theologicam ut dictum est in hac disp. 5. cap. 3. sect. 3. diffe 2. § pot autem.

2a vero pars quod predicta certitudo sit aliquomodo conditionata ex parte obiecti euentum conse quendi beatitudinem tradit a. d. bonavent. 3 sentiarum d. 26. a. 1. q. 4. corp. no. 4 ubi dicit spem non esse absolute certam de euentu beatitudinis sed sub con ditione quia inquit, unusquisque certus est infallibiliter quod si perseuerauerit usque in finem in gratia perue niet ad salutem. notanda autem est dist. quam ibi no. 3. 4. sect. exhibet: alia inquit, est certitudo ordinis alia vero certitudo euentus et subdit: cum dicit spem habere certitudinem in suo actu hoc verum est de certitudine ordinis quia efficaciter et infallibiliter vera spes ordinat ad salutem et addit: spem non esse certam de euentu abso lute sed sub conditione predicta.

hoc etiam docere quamuis aliis verbis loquentes docent alii. dempsen tract. 2. q. 18. a. 4. dubio 1. postquam nec 1. dixit certitudinem ordinis quae est propria certitudo spei non esse conditio natam sed absolutam postea nec 2. sect. acti certitudo euentus est conditionalis in spe

et nō absoluta. et Vazq. ibidem postquam
ne.º 2. dixit: etiã hoem iustificatum posse in
hac vita deficere a consequutione beatitudinis
deinde ne.º 3. addit: nihilominus spem nrãm eẽ
et dici simpliciter infallibilem et firmam idq3
explicans ait: q. ex divinã promissione et poã mi
sericordiæ nō pot nos fallere spes nrã, neq3
etiã ex pte nrorum meritorum quatenus sunt
ex dei grã, et quamvis nequit possint defi
cere ex pte subiti nō ex pte dei dantis valorem
et subdit exemplum si quis acceperit a Rege
pecuniam auream legitimam proqua Rex pro
mittat se daturum civitatem, et hō amittat
pecuniam nō fefellit eum spes in verbo Regis et
pecunia posita sed ipse se fefellit qui sua negligen
tia amittit.
item Valen. 2.2. d. 1. q. 2. p. 4. § hoc posito explicans
quo pacto spes perse loquendo sit certa ait: ad hoc satis
est per deum nō stare quominus quilibet consequat
beatitudinem tunc si solum pprie et perse loquendo
dicere solemus alicuius spem nō eẽ certam sed vanam
et fallacem qdo aliquo fundto inefficaci adeum con
sequendam nititur. atq3 alio falso iudicio de possibilitate
adipiscendi eam per id medium. qd nequit, in pro
posito nō habet locum siquidem constat auxilium dei
qd ei omnino presto sufficientissimum eẽ ad conse
quendam beatitudinem.
prefat. Vega lib. 9. in Triden. cap. 38. paulo post initium
dicit ad certitudinem spei nō requiri certitudinem
absolutam de gloria a nobis obtinenda sed satis

ee certo scire eam nobis ee spolem et probabile eo
eam nos eo assequuturos. et postea subdit: cum
spes dicat ee certa expectatio beatitudinis non absolu
tudo absoluta asserat sed conditionalis si in gratia
usum huius vite compleamus &a.

Ex doctrina relata praedictorum autorum colligo
illos de re contendere sensum in 2a parte huius ai ex
D. Bon. ven. expositum per distinctionem de certitudine
absoluta ordinis, et de certitudine non absoluta sed con
ditionata euentus, ita vt spes dicatur habere certitu
dinem absolutam ordinis quia est inclinatio ordinans
hominem ad consequendam beatitudinem per fundum
et media que absolute esse infallibiliter dirigunt in
talem finem. at vero loquendo de certitudine euentus
spes dicatur certa non certitudine absoluta sed conditio
nata, quia certum est hominem cum diuinis auxilijs si per
ipsum non steterit consequuturum ee gloriam

praedictus autem sensus sic exponitur et probatur. adhoc quod spes
theologica sit et dicatur certa certitudine absoluta or
dinis inclinationis satis est quod sua affectiua incli
natione ordinet hominem ad finem per fundum et me
dia que ex se habent vim perducendi infallibiliter
ad finem: hanc autem vim ex se habent diuina boni
tas, omnipotentia, promissio et merita ex gratia quibus
quasi fundis et medijs nititur spes theologica. atque
hoc est illi competere certitudinem absolutam
ordinis inclinationis ad differentiam spei humanae in
terrenis fundo humano fallaci et vano quod parte
non habet vim perducendi infallibiliter ad finem
atque huc do includit in eo quod D. Th. 3. Sententiarum
D. 26. Q. 2. a. 4. corpore ait. sicut in natura tendente

in finem dicit ea certitudo quatenus inclinat quan
tum est ex se infallibiliter ad finem talis est certi
tudo spei: et ad 2. sicut, inquit, ignis habet certitu
dinem absolutam calefaciendi quamvis aliquando
ab executione deficiat per accidens ex aliquo im
pedimento similiter est de spe.
cum hoc autem stat quod in spe theologica certitudo even
tus non sit, nec dicatur absoluta sed conditionata, nempe
non est absolute certum quod homo sperans consequetur
gloriam quia id pendet ex libera eius cooperatione
quam ex se non liquere incerto constat esse futuram. est
tamen conditionate certum quod si perfectum non steterit
consequetur gloriam. atque hec certitudo conditio
nata circa eventum colligitur ex ss.[a] et Concil. ac PP.
a quibus apponitur similis conditio ut ad Rom. 8.
nu. 17. si tamen compatimur ut et conglorificemur.
et in Trident. Sess. 6. de iustif. cap. 13. ita habetur:
de perseverantie munere nemo sibi certi aliquid
absoluta certitudine polliceatur tametsi in Dei
auxilio firmissimam spem collocare et reponere
omnes debent, deus enim nisi ipsi illius gratie deserue
rint sic ut cepit opus bonum ita perficiet etc.
item in eadem sessione canone 26. dicitur: iustos
debere pro bonis operibus in gratia factis sperare eter
nam retributionem si bene agendo usque in finem per
severaverint. in quibus verbis et aliis predictis cons
tat circa eventum consecutionis glorie apponi condition
quia denotat de illo non haberi certitudinem ab
solutam sed conditionatam modo supra dicto. et ra
tio est, quia eventus consequtionis glorie pendet ex
hoc quod homo ex hac vita decedat in gratia, ex quo autem
liquere non est nobis certum quod sit decessurus in gratia

Sectio. 2. Obiectiones adversus dicta.

1.o obijcit. D. Thom. q. 18. a. 4. corp. ubi ait: certitudo essentialiter invenitur in vi cognoscitiva. participative autem in alijs et postea subdit: spes certitudinaliter tendit in suum finem quasi participans certitudinem a fide quae est in vi cognoscitiva. Ergo existimat spem non habere ullam certitudinem sibi intrinsecam et propriam sed solum dici certam participative per denominationem extrinsecam a certitudine fidei illam dirigentis.

Resp. negando conseq. quia illa verba non ratio sunt restricta ad talem sensum qui infertur in consequenti et ipse D. Th. alio loco supra citato scilicet praecedenti notabili 2. concedit spei suam propriam certitudinem affectivam diversam a certitudine cognoscitiva fidei. Ideoque statum est 2. quod illa verba asserentia certitudinem essentialiter inveniri in vi cognoscitiva, intelliguntur non de quavis certitudine quae in ibi abstrahit a cognoscitiva vel affectiva ut loco proxime citato expositum est, sed intelligunt de certitudine, ratione cui 1.o impositum est nomen certitudinis secundum etimologiam deductam a verbo cerno, nempe de hac ratione certitudine verum est illud dictum quod sit essentialiter in vi cognoscitiva et comparatione illius alias certitudines existentes in vi affectiva firmiter adhaerentes suo obiecto dicuntur certitudines participative quatenus suam propriam et intrinsecam rationem certitudinis participant dependenter a certitudine ratione praesupposita in vi cognoscitiva illas dirigente, et in hunc sensum D. Th. in disputatis in q. unica de spe a. 2. ad 4. sic ait: certitudo spei derivatur a certitudine fidei in quantum

motus appetitivae virtutis dirigitur a virtute cognoscitiva.
Pro hoc etiam notandum quod Durandus in 3 sent. d. 26. q. 4. n. 8. observat nomen certitudinis primo attributum esse virtuti cognoscitivae quatenus certitudo denotat quandam firmitatem mentis habentis veritatem ad differentiam dubitationis fluctuantis inter diversas partes et inde inquit nomen certitudinis translatum est ad significandam veritatem cuiuscunque virtutis tam naturalis quam moralis in suum actum et obiectum quem unum dicimus quod natura certitudinaliter operatur et philosophus dicit quod virtus certior est arte, quia per artem non sic determinatur quis ad operandum quod non potest operari sic vel aliter sed per virtutem quae inclinat ad unum et per unum unum. et subdit certitudinem quamvis primo et per prius conveniat ad vim cognoscitivam per participationem etiam per venire ad vim motivam et appetitivam. et hanc esse certitudinem diversam ab illa.
2° obiicit quod quod est certum et firmum non potest deficere nam eo ipso quod aliquid deficiat arguitur non esse certum et firmum. sed spes theologica potest deficere a consecutione beatitudinis. nam multi habentes talem spem, nempe fideles praesciti deficiunt a consecutione beatitudinis ergo spes theologica non est certa et firma.
Ad hoc D. Th. 2a 2ae q. 18. a. 4. ad 4. ita respondet: quod aliqui habentes spem deficiant a consecutione beatitudinis contingit ex defectu liberi arbitrii ponentis obstaculum peccati non autem ex defectu divinae potentiae vel misericordiae cui spes innititur unde hoc non praeiudicat certitudini spei. et 3 sententiarum d. 26. q. 2. a. 4. ad 4. ait: sed certitudo nunquam deficit non per se sed per accidens quia talis defectus non est ex ipso ordine divino in finem ex quo habet certitudinem sed ex aliquo accidenti

sit ignis habet certitudinem calefaciendi; et tamen deficit quandoque ex aliquo impedimento similiter est de spe. ex his verbis aliqui ad praedictam obiectionem colligunt solutionem infra hominem: ut dictat illa nimirum spes theologica potest deficere non per se sed per accidens idest impedimentum, id autem non obstat quominus ipsa spes sit per se certa et firma.

Sed ad hoc videtur adhuc restare difficultas, quia id quod est certum et firmum nullo modo neque per accidens videtur posse deficere in eo quod est certum et firmum, nam ex ipsis terminis intelligi quoad illud in quo est certum etc. per accidens contingit defectus non esse certitudinem et firmitatem, nam quoad illud in quo aliquid sive per se sive per accidens deficit intelligitur non fuisse certitudinem et firmitatem siquidem aliqua via potuit pati defectum.

Quare ad obiectionem propositam respondeo concedendo maiorem in hoc sensu quod id quod est certum et firmum non potest deficere quoad illud in quo est certum et firmum. concessa autem etiam illa minori quod spes possit deficere a consecutione beatitudinis ad illam quod in consequenti infert. Ergo spes theologica non est certa et firma respondeo distinguendo non est certa et firma certitudine absoluta de eventu consecutionis beatitudinis, et sic verum est ut ostensum est sic praecedenti post eum ... et ... illius partem, est tamen certa et firma tum certitudine absoluta partem ordinis, tum etiam certitudine conditionata eventus si per hominem non steterit, ut ibidem probatum est. nempe certum et firmum est spem theologicam sua affectiva inclinatione ordinare hominem ad beatitudinem per fundamentum et media quae infallibiliter dirigunt et perducunt ad beatitudinem, nam divina bonitas omnipotentia misericordia, promissio et merita ex gratia quibus talis spes innititur dirigunt

et per deuenit infallibilit ad gloriam ad eundem quo via certa ad aliquem tium dicit illa que infallibilit dirigit et peruenit ad illum in suppositione condicionate certum et firmum hoīem cum diuinis auxilijs si per ipsum nō steterit consecuturum eē beatitudinem neq spes theologica in hoc in quo certa et firma pot deficere.

hinc colligit solutio ad aliam obiectum quo ita proponi solet. certitudo cognitionis qualis ē fidei theologice nō pot deficere. ergo neq certitudo affectionis qualis ē spes spei theologice, q̄a nulla ostendit rō discriminis potius de illa quam de ista. si supponat istam etiam eē in suo genere propriam et veram certitudinem. nempe p concedendo coām, quoad hoc ergo neq spes theologica pot deficere in eo in quo habet suam propriam certitudinem ut dictum ē in precedenti, deficere autē a consequutione beatitudinis nō ē deficere in eo in quo spes theologica habet suam propriam certitudinem, nam illa nō habet de euentu consecutionis glorie certitudinem absolutam sed conditionatam in quā nō pot deficere ut ibidem ostensum ē. quare ille modus loquendi quo dici solet spem deficere nō per se sed per accidens pot exponi ita ut sensus sit defectum contingere nō in eo in quo ipsa habet suam propriam certitudinem sed in alio, ad quem nō tetragit certitudo spei et respectu illius dicit nō certa negatiue, nimirum q̄a certitudo spei nō ē de euentu consecutionis glorie absolute sumpto sed sub conditione, si hō ex sua parte faciat id quod debet cum diuinis auxilijs.

9. obijcit. id qd dependet ab alio contingenti n̄ pot habere certitudinem nisi qdo illud contingens existit. sed consecutio gloriæ pendet ex libera hoīs cooperat̄e, quæ contingens. ergo spes de consecutione gloriæ n̄ pot ee certa quandiu cooperatio libera hoīs n̄ existit perseverans usq ad finem huius vitæ

Prbat ant̄ nullus consequet̄ gloriam nisi in fine huius vitæ habuerit Charitatem et grām sed nullus ex coi lege ē certus se habere Charitatem et grām, neq in progressu huius vitæ neq in illius fine ergo ant̄. qd tn Conc. Trident. sess. 6. de iustif. cap. 9. ad finem ita dicit: nullus scire valet certitudine fidei cui n̄ pot subee falsum se grām dei ee consequutum. qd ex pluribus in ma de grā diss. 9. cap. 6. ergo spes theologica de consecutione gloriæ n̄ pot ee certa

Rx hac obiect. et illius prob̄e solum pbari qd spes theologica n̄ habet certitudinem absolutam de euentu consecutionis gloriæ quisensus concedendus ē ut expositum ē in solutione ad 2m obiect. et sũ præcedenti ex 3. in 2. illius pte. id aũ tn̄ n̄ obstat quominus spes habeat suam propriam certitudinem quæ ē certitudo tum conditionata de euentu consecutionis gloriæ si per hoīm n̄ steterit, tum etiã certitudo absoluta ordinis inclinationis per fundum et media quæ infallibilit̄ dirigunt et perducunt ad gloriam ut ibidem ostensum est. atq̄ hæc solutio continet in cogd. 2. th. q. sententiarum d. 26. q. 2. a. 4. ad 5. ubi ait: licet nesciam utrum finalit̄ habiturus sim Charitatem tn̄ scio qd Charitas et merita quæ in se ...

sito habeo ad vitam ęternam certitudinaliter
perducunt.
4. obijcit. non pot simul de eodem haberi certitudo et timor,
nam certitudo affert securitatem et firmitatem, timor
vero anxietatem et non certitudinem quę cum eodem oppo
nunt. ergo quamdiu sumus in hac vita possumus timere et
hęsitimus an salus ęterna sit a nobis consequenda
ja illud ad philip. 2. no. 12. cum metu et tremore
vram salutem operamini. ergo nra spes de ęterna
salute consequenda non habet certitudinem.
R. hoc etiam arg. solum probari nram spem non habere cer
titudinem absolutam de eventu consecutionis salutis
rio breviter est. quia si circa bonum arduum propositum ut possibile, et saltem sub probabilitate futurum potest nostra voluntas erigi quodam actu prosecutionis ad superandam arduitatem rationis ipsius boni consequendi qui actus proprie est et dicitur spes alteralis, ita e contra circa bonum arduum propositum ut impossibile aut ut non futurum aut valde difficile potest deprimi quodam affectu deiciendi recusans quo cedens arduitati velit ab illius prosecutione desistere, qui actus proprie est et dicitur desperatio et quod hoc intelligit est consentaneum communi modo concipiendi et experientiae, et naturae rei.

2a conclusio in eo qui potest et tenetur sperare beatitudinem et media necessaria ad illam desperatio est ex suo genere peccatum mortale. haec conclusio est certa ex iis quae docent D. Th. et alii in hac q. 20. a. 1. et 3. notanda autem est limitatio posita in illis verbis in eo qui potest et tenetur nam nullus peccat contra illud quod non potest aut tenetur non facere vel vitare, ut constat. unde in eo qui non posset aut non teneretur sperare posset contra aliquam desperatio quae esse non esset peccatum, ut exposuimus supra disp. 3. cap. 3. sect. 3. dist. 3. praeterea alia limitatio posita est illis verbis in eo qui potest et tenetur sperare desperatio est ex suo genere peccatum mortale. nam contingere potest ut id quod ex suo genere dicitur peccatum mortale sit aliquando veniale propter defectum plenae deliberationis et libertatis consumatae ut constat ex materia de peccatis q. 88. a. 2. et exposuimus ibi disp. 5. cap. 7. et 8. sat quidem peccatum contra desperationem notant autores q. 20. a. 1. et 2.

ubi Valen. disp. 2. q. 3. p. 1. § porro ista desperatio in quit est ex se peccatum mortale nisi absque plena deliberatione aut ex surreptione concipiat.
ratio autem predicte conclusionis est, quia in eo qui potest et tenetur sperare desperatio sive positiva per actum contrarium spei, sive etiam privativa per voluntariam omissionem sperandi; est gravis offensa contra divinam bonitatem misericordiam et promissionem ac preceptum de eterna vita procuranda. et in SS. et PP. vituperat quasi radix et mater aliorum vitiorum ut ad ephes. 4. no. 19. qui desperantes semet ipsos tradiderunt impudicitie in operationem immunditie omnis etc.
notandum est 1. id quod d. thom. hac q. 20. a. 4. corpore docet: peccatum desperationis oriri ex luxuria, quatenus ex voluntate infecta amore delectationis venereae, provenit ut bona spiritualia non sapiant homini quasi bona, vel non videant illi quasi magna bona. item etiam oriri ex acedia que est tristitia deiciens spiritus. atque hoc etiam docent d. greg. lib. 3. moralium cap. 31. et alij PP. saepe.
2. notandum est. id quod in eadem q. a. 3. inquirens an desperatio sit maximum peccatorum, Resp. infidelitatem et odium dei esse peccatum ex se maius desperatione. in respectu vero peccatum desperationis esse periculosius quia sublata spe irrefrenate homines labuntur in vitia, et a bonis laboribus retrahuntur. qua autem in parte gravitas peccatorum (ut in illo eodem a. signat d. th.) attendat precipue ex aversione a deo, tum privativa per carentiam debite con

versionis ad deum tum etiam positiva per actum recedentem a deo aut immediate ut contingit in peccatis quae directe virtutibus theologicis opponuntur ac proinde ex suo genere sunt graviora; aut mediate ut in aliis peccatis quae directe opponuntur virtutibus moralibus exponendum est contra dicta suo loco in materia de peccatis. ubi unde attendenda sit gravitas peccatorum diss. 6. cap. 2. et 3. ~~~~

Caput 2m. an desperatio possit esse sine infidelitate, et an per solam desperationem, an vero etiam per alia peccata destruatur spes.

1a conclusio desperatio potest contingere varijs modis aut cum infidelitate seu heresi, aut sine illa, ita communiter autores cum d. th. hic q. 19. a. 2. Sic autem explicat et probat contingere potest ut aliquis ita desperet de beatitudine consequenda ut habeat in suo intellectu aliquod huiusmodi iudicium culpabile deus non potest mihi remittere tot et tam gravia peccata, aut non remittet etiam si faciam quod debeo, aut non promisit beatitudinem hominibus aut impossibile est homini etiam cum gratia consequi beatitudinem. quodlibet autem ex his iudicijs est falsum et contra fidem, ac proinde pertinens ad infidelitatem seu heresim. atque deinde ita despero cum tali iudicio culpabili est cum infidelitate seu heresi. unde tunc intervenit duplex peccatum specie diversum quorum unum est infidelitatis seu heresis aliud vero desperationis. et utrumque debet

ni confessione explicari ut notant Sanchez in opere morali de praeceptis decalogi t. 1. lib. 2. cap. 9. no. 6. et alij.
Praeterea contingere potest ut aliquis desperet absque ullo ex praedictis iudicijs pertinentibus ad infidelitatem seu heresim. Nam pro sua libertate potest propter difficultatem aut aliud motivum velle desistere a procuratione consequendi beatitudinem etiamsi in suo intellectu nullum habeat iudicium pertinens ad infidelitatem aut heresim, sed credat ea quae proponunt per fidem quamuis autem ad desperandum habeat hoc iudicium practicum hic et nunc desperare est mihi conveniens quasi bonum delectabile aut utile ad hunc vel illum finem, tale iudicium non pertinet ad infidelitatem aut heresim, sicut neque simile iudicium quod praecedere solet alia peccata v.g. cum quis dicit hic et nunc mihi conveniens est quasi bonum delectabile vel utile furari, aut occidere hunc vel illum hominem ut observant Aragon 2.2. q. 20. a. 2. paulo ante finem, et Bañez ibidem. Notandum quod idem ibi asserit tale iudicium esse speculatiue verum (nempe per conformitatem ad illam convenientiam boni quasi delectabilis seu utilis) dici tamen practice falsum, quia non est conforme recte rationi practicae quae prohibet tale opus. et subdit hoc modo explicandum esse id quod D. Th. in illa q. 20. a. 1. corpore dicit motum desperationis esse conformem existimationi

falsi de deo.

idem est id qd alij ut Valen. 2.2. disp. 2. q. 2. p. 1. § aliter y dicunt eum qui desperat aut facit qdcunq aliud peccatum errare practice qa in praxi ita se gerit ac si haberet igno rantiam seu judicium erroneum. et in hoc sensu omnis pe ccans dicit practice ignorans et errans ut explicuimus in ma de peccat disp. 9. cap. 2 et pro hoc etiam notandum est st. noem sapie sumi solet aut specialit aut oblique seu pro sapia speciali l. obliqua ut expositum ex 1a 2ae disp. 6. cap. 2. disp. 6. § notandum 4a. unde timor dei et qdcunq aliud opus bonum dicit sapia oblique qa ex se est obum xa dictamen recte rois et sapie; ita suo mo noem ignorantie et erroris sumit aut specialit aut oblique, et qd libet peccatum dicit ignorantia seu error oblique qa ex se est obum xa dictamen ignorantie et erroris. et sic apte exponit id qd D. Th. hic q. 20. a. 1. corpe ita ait: omnis motus appetitivus confor miter se habens intellectui vero est per se bonus, omnis autem motus appetitivus conformiter se habens intelle ctui falso est per se malus et peccatum. cum hoc autem stat peccatum fieri ab eo qui specialit non ignorat, sed scit et vere iudicat illud esse peccatum, et nihilo minus pro sua libertate illud committit. unde dicit practice oblique errore er rans et ignorans etiam si in suo intellectu non habeat speciale iudicium falsum aut ignorantiam privativam scie cognos centis illud qd tunc facit esse peccatum.

ex dictis infert permanente fide posse amitti spem per des peratem sine vlla infidelitate aut heresi ut diximus est. id q supponit D. Th. hic q. 20. a. 2. in arg. 2a. ubi sic ait: remota spe pot remanere fides y id qd ostendit in corp art. qre id qd dici solet spem esse in omnibus viatoribus fidelibus, intelligit per se loquendo xa coem et ordinarium

statum viatorum fidelium nisi aliunde per accidens ex spe desperationis destruatur spes ut notatum est supra disp. 5. cap. 2. sect. 1. § si vero, et e contra non 2m potentiam ordinariam non potest permanere spes ordinis infusi destructa fide, quia spes infusa iuxta communem legem pendet a fide quasi a fundamento ut expositum est in eadem sect. 1. § 2o notandum, et sect. 2. ad 4m

2a est spes infusa etiam quoad habitum destruitur per peccatum mortale desperationis positivae: item etiam infidelitatis seu haeresis et praeterea per alios actus mortaliter culpabiles directe et per se oppositos actibus bonis ad quos per se inclinat habitus spei infusae.

Explicatur et probatur iuxta communem legem habitus per se infusus destruitur a Deo subtrahente concursum conservativum quando ex parte subiecti ponitur dispositio illi contraria quae sit peccatum mortale. unde quia quodlibet peccatum mortale cum inducat inimicitiam Dei est dispositio contraria charitati quae est amicitia Dei, ideo circo per quodlibet peccatum mortale destruitur charitas ut docent D. Th. et alii 2. 2. q. 24. a. 11. et exposuimus ibi disp. 5. cap. 2o ceterum quia spes infusa sicut et fides non habent in suo esse et conservari necessariam connexionem cum charitate, quod potest esse in peccatore ut ostensum est supra disp. 5. cap. 2. sect. 1. § si vero. et sect. 2. ad 2m; ideo non destruitur per quodlibet peccatum mortale, destruitur tamen per illum actum positivum peccati mortalis qui est ei directe contrarius, sicut fides destruitur per peccatum mortale infidelitatis seu haeresis iuxta id quod in Triden. sess. 6. de iustif. cap. 15. dicit: infidelitate amitti fidem. unde infert spem infusam etiam quoad habitum destrui per peccatum mortale desperationis positivae quae est illi directe opposita. atque hic sensus in omni sententia est certus.

dixi desperationis positivae quia si aliquis per solam omissionem absque actu positivo contrario spei peccaverit mor

1.8.

de Spe

Vltimo quaderno
de esperança

461.

68 Dabitur 3ª præceptum spei omittendo actum sperandi
tempore debito qd per tale peccatum n destruatur habitus
infusus spei docent Arag. 2.2. q. 20. a. 2. co. 1. et alij
qui etiã similiter dicunt habitum infusum fidei n destrui
per solum peccatum mortale omissionis contra præceptum
fidei de quo dicet suo loco.
in super habitus infusus spei pot sine desperatione positiua
destrui per peccatum mortale infidelitatis positiuæ
seu hæresis, nam cum per hoc peccatum destruatur
habitus infusus fidei consequenter etiam destruitur habitus in
fusus spei, quia quoad eorum legem pendet a fide quasi fundato
ut expositum est sup. disp. 5. cap. 2. sect. 1. q. 1 notandum
et sect. 2. ad 4 —
ulterius qd habitus infusus spei possit etiam sine positiuo
actu specifico desperationis et sine actu positiuæ infidelitatis
aut hæresis destrui per alios actus mortaliter culpabi
les directe et perse oppositos actibus bonis ad quos perse
inclinat ipse habitus spei docent multi docti recen
tiores quia cum habitus spei inclinet n solo ad actum
sperandi sed etiam ad alios actus moraliter diuersos sub ratione
huiusmodi sibi specialis ut expositum est sup. disp. 4. cap. 1. hinc
est ut si conceditur illum destrui per positiuam despe
rationem mortalem quæ directe opponitur actui sperandi
similiter etiam concedendum sit illum destrui per
alios actus mortales directe oppositos alijs bonis
actibus ad quos inclinat ipse habitus spei v.g. siquis
erga deum ut bonum meum haberet odium aut
desiderium directe oppositum amori et desiderio concu
piscentiæ erga ipsum deum ut bonum meum in quem
perse inclinat habitus spei, hinc autem clarius quo

Vasq. 1. 2. disp. 83. cap. 2. nº 4. conat probare ab habitu spei non posse elici desiderium circa deum ut bonum nimium quia sequeretur inde ipsum habitum spei amitti per desiderium oppositum sicut amittit per desperationem. Resp. concedendo sequelam quia in hoc non ostendit inconveniens et est similis ratio, et quam etiam concedit habitum spei destrui per peccatum mortale praesumptionis illi per se oppositum ut dicet disp. sequenti.

notandum est 1. cum actus peccati et habitus virtutis ab illo producti ex natura rei praecisa ordinatione dei non habeant physicam incompossibilitatem cum habitu per se infuso iste per peccatum mortale oppositum dicit destrui non physice efficienter sed moraliter dispositive et demeritorie. ut exposuimus suo loco in materia de peccatis disp. 1. cap. 3. et alibi. pro quo multos autores refert et sequit Salas. 1. 2. q. 1. 2. tr. 13. disp. 2. s. 15. nº 182.

2º notandum est idcirco dici solet desperationem respicere in oppositio illud idem bonum arduum quod respicit spes ac proinde desperationem oppositam spei theologicae respicere in opposito deum quem respiciat ipsa spes. hoc dictum ut notant Arag. 2. 2. q. 20. a. 4. ad 1. et alii ita intelligit ut idem bonum arduum dicatur esse obiectum spei tanquam id ad quod tendit. at vero desperationis tanquam id a quo recedit non propter rationem bonitatis quae est motivum spei sed propter difficultatem consecutionis attento alio bono delectabili aut utili incompatibili cum eo bono in quod spes tendit, et a

quo recedit desperatio. atq. in hoc sensu intel
ligit desperat.m cu de bono in qd tendebat spes
v.g. cum quis dicit desperare de salute aut de
alio bono consequendo qd antea sperabat
et hoc m.o exponunt varia loca D. th. 2. 2. q. 20. 3.
a. 2. et q. 23. a. 3. et q. 40. a. 1. et 4. et q. 42.
a. 1. cu quo Caiet, Conrrad, medina, et alij vadunt
de re praedictum sensum quamvis alijs ambiguis
loquendi modis.

q. 21. De praesumptione.

ad vitia opposita spei pertinet etq praesumptio de qua
D. th. in praesenti q. breviter exponenda.

Disp. De praesumptione.

1.a propo praesumptio dicit varijs modis prout autm
opponit spei theologicae consistit in actu immode
rato expectationis et confidentiae ca aliqd bonum
quasi obtinendum adeo praet et ultra modum
lege ipsius dei statum.

declarat et probat. praesumptio dicit primo expte
intellectus qdo praesumpta opinione seu suspi
cione l. conjectura aliqd praeaccipit unde di
cit praesumptio quasi praeacceptio, quomo sepe
v tunt iuris periti et hunc etq sensum admit
tit illud Sapie 17 no. 11. semper praesumit seva
perturbata conscia. 2o expte voluntatis vno mo
p fiducia et forti confidencia de viribus alterius
superioris praecipue dei ut Iudic. 6. no. 15.

Domine ostende quoniam non derelinquis praesumentes de te, alio modo pro immoderata confidentia de propriis viribus. et de hac ibidem dicitur: praesumentes de se et de sua virtute gloriantes humilias. hoc autem posteriori modo (ut notant D. Th. et alij in hac q. 21. a. 1.) est vitium oppositum virtuti morali magnanimitatis, cuius proprium obiectum est honestas constituendi medium debitum circa actum spei seu confidentiae de nostris viribus, ita ut nec citra modum de illis diffidamus quod spectat ad vitium pusillanimitatis, nec ultra modum de illis confidamus quod spectat ad vitium praesumptionis, de quo D. Thomas infra q. 130

Caeterum in praesenti praesumptio prout opponitur spei theologicae quae innititur divinae potestati modo ordinato secundum promissionem et legem dei est actus immoderatae expectationis et confidentiae circa aliquod bonum quasi obtinendum a deo praeter et ultra modum lege ipsius dei statutum v.g. si quis speret obtinere a deo veniam peccatorum sine poenitentia et gloriam sine meritis ut exponunt D. Th. et alij hic q. 21. a. 1. sic autem praesumptio dicit per excessum opponi spei theologicae, sicut ei opponitur desperatio per defectum.

Notandum est 1. praesumptionem opponi non solum spei sed etiam timori ut exponunt D. Th. et alij hic q. 21. a. 2., nempe perversa ultramum confidentia qualis est praesumptio perde opponitur moderationi tum spei ordinatae tum etiam timoris prudentis in circumstantiis debitis. unde proverb. 14. no. 16. dicitur: sapiens timet, et declinat

a malo stultus transilit et confidit. Ut autem notat D. Th. in eadem Q. 21 a. 4. presumptio que inordinate innititur divinae potentiae oritur ex superbia qua aliquis se ipsum tanti aestimat quod sibi a Deo obtenturus bona praeter et ultra ordinem lege dei statutum. De alia autem presumptione qua quis inordinate confidit de suis viribus. D. Thomas ibidem asserit illam oriri ex vana gloria, quia inquit ex hoc quod aliquis multum desideret gloriam sequitur quod attentet ad gloriam aliqua super vires suas et huiusmodi praecipue sunt nova que maiorem admirationem habent, et subdit. Ideo gregorio (lib. 31. moralium cap. 17) presumptionem novitatum posuit filiam inanis gloriae.

2º notandum est aliquo etiam modo opponi spei illud vitium quod aliquis dicitur velle tentare deum et appellari solet peccatum tentationis dei, nempe quod opponit spei quatenus aliquis vult tentare Deum sperando ab illo obtinere aliquid non debito et observant Azor t. 1. instit. moralium lib. 9. cap. 2. Q. 7. et Sanchez in opere morali praeceptorum decalogi t. 1. lib. 2. cap. 34. no. 4. alia autem ratione peccatum tentationis dei opponit religioni quatenus contra debitum dei cultum pugnat et sic dicitur quaedam irreligiositas ut exponunt D. Th. et alii 2.2. Q. 97. a. 1. et specialiter S. t. 1. de religione lib. 3. lib. 1. cap. 2. a no. 5.

3. notandum est predictam presumptionem ut Do cont. D. Th. et alii in hac Q. 21. a. 1. numerari inter ea

peccata quae specialiter quadam ratione dicuntur peccata in Spiritum Sanctum, si quidem talis per illa excludit aut contemnit Spiritus Sancti adiutorium per quod modo debito ad quem ordinata est peccatorum remissio et gratia et gloria. peccatum autem de quo sermo in Spiritum Sanctum vide D. Thomam 2a 2ae q. 14 a. 1 et 4.

2a propositio praesumptio spei theologiae opposita est ex suo genere peccatum mortale et potest contingere aut cum infidelitate et haeresi aut sine illa. haec continetur in communi doct. autorum in hal. q. 21 a. 2. ubi specialiter Vasquez et Arag. et Valen. disp. q. 3. p. 2 Sanchez obiter in dicto lib. 2. cap. 33. no. 7 et 8 probat et explicat per hoc quod aliquis praesumens speret modo inordinato aliquid quasi obtinendum adeo praeter et ultra ordinem ipsius dei lege statutum graviter offendit divinae fidei et iustitiae ordo[?] ac praeceptum ac proinde illud est esse peccatum mortale nisi aliunde excuset defectu plenae deliberationis et libertatis.

contingere autem potest ut aliquis modo dicto praesumens habeat in suo intellectu iudicium erroneum infidelitatis aut haeresis v.g. si credat veniam in infidelitatis aut haeresis v.g. si credat veniam peccatorum esse adeo obtinendam sine poenitentia et gloriam sine meritis et sic erit duplex peccatum alterum praesumptionis alterum infidelitatis seu haeresis ut in simili de desperatione dictum est in disp. praecedenti cap. 2. ecc. 1a caeterum sine infidelitate aut haeresi potest contingere praesumptio si quis practice affectu inordinato, ita sperat obti

nisi adeo veniam peccatorum ac si condona-
ra esset sine penitentia, et spectet gloriam tali
absolute danda esset sine meritis per gratiam factis
atque hic ipsius in ordinatus [illegible] verum loquendi
D. Tho. et aliorum in hac 2.2. q. 21. a. 2. dicit ha-
bere conformiter ad intellectum falsum quod intelle-
git quoad praxim et opus exercitum ac si praecede-
ret in intellectu iudicium falsum ut expressum
est dist. praecedenti post concl. 1. § praeterea contingere
pot.

Observanda autem sunt duo puncta. 1um est ad vitan-
dum peccatum praesumptionis non esse necessarium ut
quotiescumque sperat beatitudo fiat expressa men-
tio quae et meritorum pro sadis cum haec implicite includi
in actu sperandi ordinato prout communiter sperare solent ipsi
fideles ut notant Vanes et Sanchez supra citati. — 2um
est id quod aliqui ex quibus etiam est Vanes ubi supra di-
cunt non semper amitti habitum spei infusae quoties pec-
catur contra spem, scilicet contra praeceptum spei; si secundo sit de pec-
cato mortali locum in haere contra sententiam multorum, sal-
tem de peccato omissionis quando ipse Vanes dicit si-
cut si quis peccet omittendo actum sperandi cum
tenetur non videtur credibile quod nunc amittat spem
sicut non amitteret fidem atque hoc etiam docent [illegible]
relatus dist. praeced. cap. 2. post concl. 2am. § dixi
de speratis positiva [illegible] / attamen loquendo de peccato
mortali per actum positivum passe oppositum
cuilibet ex actibus bonis ad quos inclinat habitus spei
infusae dicendum videtur per quemlibet huius modi actum

mortalem destrui hoc ipsum habitum in ipsum spei simili voce qua converte illum destrui per positivam desperationem et presumptionem mortalem ut dictum est ibidem ulterius

Q. 22. De preceptis pertinentibus ad spem et timorem.

in hac q. per duos articulos tractat D. Th. de preceptis spei et timoris quae breviter disp. sequenti sunt explicanda.

Disputatio 9. de preceptis spei et timoris.

Certum est de actu spei et timoris dari divinum preceptum affirmativum. ita cōit autores cum D. Th. a. 1. et 2. ubi Vaneg. et Aragon. et Valen. disp. 2. q. 4. pto. 1. et 2. Thomas Sanchez in opere morali de preceptis decalogi to. 1. lib. 2. cap. 33. no. 1. et 4. probat. 1. ex locis SS. ex quibus id colligitur nempe de precepto spei psalm. 4 nō. 6. Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino, et psal. 61. nō. 9. sperate in eo omnis congregatio populi. Oseę 12. nō. 6. spera in Deo tuo. 1ª ad Timo. 6. nō. 17. precipe non sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo. hec autem et alia loca quamvis quia tenentur verborum si attendantur restricta ad preceptum, q. a simili phrasi denotari solet consilium seu admonitio, et attentamque qualitate, et aperte ac doctrine

T.P. et scholasticorum, prebet suntum ad colli-
gendum preceptum. vide D. Aug. tr. 44
83. in evangelium Joan. post medium ait:
quam multa sunt nobis mandata de spe y
preceptum autem timoris colligit ex
illo Levitici 19. no. 14. timebis dominum
deum tuum quia ego sum dominus et no. 32
time dominum deum tuum. et cap. 25 no.
17. timeat unusquisque deum suum. idem q.
habet pluribus aliis locis.
2o probatur 2ae, quia actus virtutum qui sunt
necessarii ad vitam eternam cadunt sub precepto.
sed actus spei et timoris sunt necessarii adultis
ad vitam eternam ergo cadunt sub precepto.
maior probatur quia ad consequendam vitam
eternam est necessarium et sufficit servare precep-
ta quam ait dominus ut habetur Matth. 19.
no. 16. cuidam interroganti quid faciam ut
habeam vitam eternam, respondit sibi
si vis ad vitam ingredi serva mandata. ergo omnes
actus virtutum qui sunt necessarii ad vitam eternam,
cadunt sub precepto, alioquin ad illam consequendam
non sufficeret servare mandata.
3 probatur quia in precepto procurandi finem includitur
preceptum adhibendi media ad ipsum finem necessaria.
minor autem in primis de actu spei quod
sit adultis necessarius ad vitam eternam probatur ex illo
ad Rom. 8. no. 24. spe salvi facti sumus, et ad

hebreos. 11. nu. 6. credere oportet accedentem ad deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit. ubi subintelligitur spes in deum remuneratorem. et ad titum 2. nu. 11. apparuit gratia salvatoris nostri, erudiens nos ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste, et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem. ex quibus et aliis locis colligit actum spei esse adultis necessarium ad vitam eternam. confirmatur ex eo quod in tridentino sessione 6. de iustificatione cap. 6. inter actus disponentes ad iustificationem obtinendam ponit actus spei. et canone 3. dicit: hominem non posse sine spiritus sancti inspiratione credere, sperare et diligere aut penitere sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur.

De actu autem timoris dei quod etiam sit adultis necessarius ad vitam eternam, colligit ex locis SS. in quibus habet preceptum timendi deum ut dictum est sub 8 preceptum autem timoris secundum intelligendum est modo infra exponendo.

notandum est, sub precepto affirmativo quo homo tenetur sperare in deum includi preceptum negativum, quo tenetur non desperare quamdiu sunt requisita ad actum sperandi; idque exponit D. Th. in hac 2.2. q. 22. a. 1. ad 2. dicens: precepta affirmativa dari de his que facienda sunt, in quibus prohibitiones eorum que sunt vitanda intelliguntur. et subdit: quod debitum est ad huma

nam salutem ut spectat hominem de deo fuit ad hoc homini inducendus quasi affirmativum in quo intelligeret prohibitio oppositi.
Dices ipsemet D. Th. in illo a. 1. corpore distinguit quaedam praecepta quae sunt de substantia legis alia vero quae sunt praeambula et dicit hoc posteriori modo se habere praecepta de actu fidei et spei. et postea a. 2. idem asserit de praecepto timoris, ergo sentire videtur actum spei et fidei ac timoris non esse necessarios ad vitam aeternam ex praecepto siquidem dicit illos non esse praeceptos quasi de substantia legis.
Respondeo negando conseq. quia ut ipsemet D. Th. ibi exponit praecepta de substantia legis dicunt illa quae homini iam subiecto et ad obediendum parato dantur. unde ad illorum differentiam alia praecepta praecedentia quibus homo inclinatur ut recognoscendo authorem legis, e illi subjiciat, dicuntur praeambula ad legem.. neque inde sequitur quod illorum actus non sint ad vitam aeternam necessarij ex praecepto.
Supposita igitur praedicta doctrina quod de actu spei et timoris sit aliquod divinum praeceptum affirmativum quod in omni sententia ut notant autores facultati in re debet esse certum quamvis in modo illud explicandi sit varietas supersunt aliquae difficultates sigillatim exponendae.
1ª difficultas quonam tempore obliget praeceptum affirmativum de actu spei.
Suppositum est praeceptum affirmativum dici illud quo praecipitur aliquid fieri, unde explicatur modo affirmativo, ut cum dicitur fac hoc aut illud; at vero praeceptum negativum dicitur illud quo prohibetur aliquid fieri, et exponitur modo negativo, ut cum dicitur non facias hoc aut illud. sint hoc autem praecepta ex communi modo loquendi authorum locis sub. citatis in re

et alibi sæpe constituit hoc discrimen ut præceptum negatiuum dicat obligare semper et pro semper, præceptum vero affirmatiuum non semper et pro semper sed aliquo tempore. et ratio est quia semper tenemur abstinere ab eo quod prohibetur per præceptum negatiuum: at exercere actum iniunctum per præceptum affirmatiuum non tenemur, nisi aliquo tempore pro in(?)tum illo quod includit sub ipso præcepto affirmatiuo. in præsenti igitur de præcepto spei authores supra citati in ce notent præceptum negatiuum nempe non desperandi obligare semper et pro semper quod intelligitur de desperatione, eo modo quo est prohibita et mala. nam ab hac quilibet tenetur semper et pro semper abstinere cum sit mala ut supponit, cum hoc non stat in homine qui supposita certa et absoluta reuelatione sui damnationis non possit sperare, posse dari aliquam desperationem absque contemptu dei et bonorum æternæ gloriæ, quæ desperatio non esset in se mala neque prohibita ut exposuimus supra disp. 5. cap. 3. sect. 3. diffic. 3. idque speciatim obseruant Valent. in hac q. 22. a. 1. Vasq. ab 3 ce 2a et post a. 5. ad finem versus et dictis, et Aragon ibidem dub. 2. post 4m cum v. et si quis obiiciat ya. De præcepto autem affirmatiuo sperandi quonam tempore obliget sunt diuersæ sententiæ.

1a sententia asserit illud obligare hominem a. i. instanti quo peruenerit ad usum rationis, quam tunc ex sententia D. Thomæ 1a 2æ q. 89. a. 6. tenetur homo se in deum conuertere ad quod necessario sperare in deo. ita ?

Vasq. 1.2. d. 22 a. 1. dub. 2. cap. 1. Arragon. ibi
dem dub. 1. cap. 2. et alii quos multi exhibere vi
dentur aliquam verisimilitudinem ut dicet infra sententia
D. Thomae.
Hanc sententiam reijciunt plures alij dicentes non dari
tale praeceptum conversionis a. 1.° instanti usus rationis
ut notat Thomas Sanchez in opere morali de
praeceptis decalogi t. 1. lib. 2. cap. 33. no. 3. et cap. 35.
no. 1. ubi refert authores quod quidem est probabile
Solum est neganda probabilitas sententiae D. Thomae si
exponatur prout illam explicuimus in materia de peccatis ad
finem in lib. de poenis peccatorum cap. 6. sect. 3. cum funda
damenta 2. sententiae ad 2.m et sect. 4. et 5. nempe
itaut non velit tale praeceptum conversionis in deum obli
gans a 1.° instanti usus rationis in eius metaphysico aut physico
sumpto sed moraliter modo includente latitudinem sup
positis requisitis taliter ut cum fuerint moraliter
requisita ad usum rationis cum notitia dei ultimi finis
per se loquendo sine dilatione in aliud remotum
tempus teneatur homo se in deum ultimum finem
convertere aut simpliciter aut explicite [illegible] [illegible] no
titia quam habuerit. et hoc pacto bene stat cum
excusari pueros qui apud parentibus aut aliunde
non instructi carent sufficienti notitia. atque hoc modo
verisimiliter intelligi sententiam D. Thomae ex illius doc
trina et aliorum autorum explicuimus loco citato
sed ad non temperato eo rigore qui solet illi tribui
probabiliter defendi ut ibidem probatum est.
2.a sententia asserat praedictum praeceptum operandi

obligare quotiescunque hō tenet agere penitam de peccatis, et se preparare ad gratiam obtinendam. ita Vasquez supra citatus in 1ª sententia in illo dub. 2 n. 3. et Aragon ibidem dub. 1. n. 3. ubi generalit. addit: hominem teneri ad sperandum quotiescunque obligat. ad faciendum aliquid quod sine actu spei commode fieri nequit.
Hec sententia exponi pot. ita ut intelligat hominem in his casibus teneri ad sperandum non per se ex speciali precepto spei, sed per accidens et propter obligationem alterius precepti si ad illius observantiam requirat. actus sperandi v.g. si ad implendum preceptum penitentie requirat specialis actus spei; atque hoc notandum est quod in de perdet, quod tunc in omissione culpabili non censeat moralit. committi duplex peccatum, alterum contra preceptum penitentie et alterum contra preceptum spei, sed quod illa omissio censeat. peccatum directe et per se contra preceptum penitentie, quod tunc per se ratione sui obligat. ac proinde satis erit in confessione explicare peccatum omissionis contra ipsum preceptum penitentie. ut notat Sanchez supra citatus in illo lib. 2 cap. 33. n. 3. neque oppositum docent Vasquez et Aragon relati in 2ª sententia. immo specialiter Vasquez in illo dub. 2. n. 3. postquam dixit hominem quotiescunque tenet. agere penitentiam, teneri sperare, id explicans addit: si tamen tunc non speret, non peccat duo peccata unum contra preceptum penitentie, alterum contra preceptum spei, quia tunc solum instabat obligatio agendi penitentiam que est virtus specialis, ex qua

obligatione oriebat obligatio mediorum ad agen
dum penitentiam.

P. notandum est nullo urgenti fundo authis
aut rõis. Videri statutum ad fideles audientes
eumque tenent agere penitentiam de suis pecca
tis ita teneantur etiam hic expressum et formalem
actum sperandi; neque id in praxi et sapientium
penitentium et confessariorum, solet exigi quasi
narium, nempe supponunt saltem in eo qui
aliquando habuit actum formalem sperandi, postea
sufficere actum virtualem sperandi inclusum
virtualiter in actu aut perfectae contritionis
sufficientis ad iustificationem extra sacramen
tum, aut attritionis cum sacramento. unde
inter alios Enriquez t.º 1. summae lib. 1. de poenit.
sacramento cap. 21. nº 3. postquam dixit pro dis
positione ad iustificationem requiri actum formalem spei
in eo quicumque illum habuit, subdit: P. si aliquando
illum actum habuit satis est virtualis spes in puncto
iustificationis. atque hoc explicimus in tra de gratia
disp. 12. cap. 1. ... 2ª. —
si autem obiiciat in Concilio Triden sessione 6. de
iustif. cap. 6. inter actus dispositionis ad iustificationem
numerari actum spei. R. inde non colligi ad expressus
et formalis actus spei sit narius in quolibet fideli pec
catore, qui deinceps debet se ad iustificationem disponere.
tum quia in eo loco Concilium specialiter agit de dispo
sitione infidelium accedentium ad fidem et iustificationem
ut constat ex contextu. unde ibi enumerat aliam...

propositum suscipiendi baptismum. tum etiam quia in eis de quibus omnes illi actus numerantur qua si narij sufficit et cetera. proprie assignat ille ordo dis positionis qui solet, ut plurimum contingere et est magis accommodatus conditioni humanae ut notant S. T. p. 1. 4. d. 17. q. 1. a. 3 in commenta rio no. 2. et alij quos retulimus in ma de gratia disp. 12. cap. 1. paulo post initium. quod vero cum actus omnes doct. constet aliquos actus ne cessario requisitos formaliter, alios vero virtualiter discrimen inter illos et istos deduxit ex pecu liaribus fundamentis collectis ex ss^a. Concilij et aliorum ex expositionem gravium autorum ut osten sum est in illo cap. et alijs locis ibi citatis.

3. Sententia dicit praeceptum spei obligare eo tempore quo homini post gravem tentationem desperationis imminet periculum desperandi nisi eliciat actum spei. ita Valen. 2a 2ae q. 4. disp. 2. pto 1. § dicam igitur. thomas sanchez in opere morali de praeceptis decalogi to. 1. lib. 2. no 34. § ultimum tempus. atque in hoc etiam conveniunt varij etc. tray et alij supra citati.

Dicendum est praeceptum affirmativum obligare sperandi obli gare per se in illis temporibus et casibus in qui bus prudenti iudicio actus formalis spei censetur necessarius ad vitandum peccatum desperationis, aut aliud pec catum directe oppositum ipsi spei de quo est speciale praeceptum per accidens obligans in alijs casibus.

in quibus roe alterius precepti implendi requirit actus spei.
hec cº de re continet in eam doct autorum sup. locis relatis
in .1. 2 et 3. sententia.
explicat et pbat qdo preceptum affirmativum est tale
vt in suo tenore n. dicit hoc aut illud tempus obligois
determinatis relinquit decernenda p. prudentie regulam
hec aut. intelligit hoc dictare vt preceptum affir
mativum spale tunc obliget per se qndo illius actus
spalis censet. narius ad vitandam transgressm directe
oppositam, per accidens vero in alijs casibus in quibus roe
alterius precepti requirit. pro hoc aut. notandum est
id qd docet .D. th. in disputatis litº de virtutibus in q.
unica de correctione fraterna. a. 1. corp. vbi post
quam dixit preceptum affirmativum correctionis fratne
st et honorandi parentes n. obligare semper et pro sem
per sed debito tempº servatis et alijs debitis circums
tantijs, subdit: has circumstantias determinare
pertinet ad prudentiam. —
in presenti aut. spale preceptum affirmativum spei
intelligit per se obligare adultos infideles qndo acce
dunt ad fidem p. illud ad hebr. 11 nº. 6. : credere
oportet accedentem ad deum qa est, et qd inquiren
tibus se remunerator sit. fideles aut. qui ab
infantia fuerunt baptizati, videt per se obligare
qndo post adquisitum vsum rois habent notam
preceptum credendi et sperandi in deum. cum actus
spei st et fidei sit quasi fundam. ad instituendam
vitam xpianam, et percipiendos illius fructus. qd cea
predictum locum ad hebr. 11 nº. 6. .D. theodo explicat
exemplo agricole qui, inquit, in agro colendo non
tolleraret sudores nisi spe laborum fructum re la

terum speraret. et ad illud. 1. ad Corint. 9. n.° 10: Debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe triturare.

Postea autem in progressu vitae praeceptum spei intelligitur obligare aut per se aut per accidens prout dictum est in c.° et quamvis in omnibus casibus in quibus aliquis tenetur de suis peccatis agere penitentiam, teneatur etiam virtualiter sperare, non tamen ostenditur necessarium esse in illis omnibus habere actum formalem spei ut dictum est sup. § 3 notandum.

Dices quamvis aliquis nunquam eliceret actum spei propter formale motivum spei theologicae condistinctae a charitate sed tamen propter formale motivum charitatis speraret, nam etiam charitas potest propter suum motivum formale sperare ut expositum est sup. disp. 1. cap. 3. ad. 2. obiectionem, et disp. 4. cap. 1. sect. 2. ad 2.m § ad hoc autem, et disp. 5. cap. 3. sect. 2. ad. 1. § probabilior ergo. vere satisfaceret praecepto sperandi. ergo non datur speciale praeceptum sperandi.

Respondeo concesso antecedente nego consequentiam. quando dicitur dari speciale praeceptum sperandi non est sensus quod praeceptum sit de ratione de actu sperandi ex speciali motivo spei theologicae condistinctae a charitate, sed sensus est praeceptum de actu sperandi ex motivo theologico hoc est divino, cui praecepto satisfit, aut per actum sperandi ex motivo spei theologicae condistinctae a charitate, aut per actum sperandi per motivum charitatis, quae etiam propter suum formale motivum potest sperare ut dictum est locis citatis in obiectione proposita. ex eo autem quod aliquis propter motivum charitatis speret excellentiori modo implet id quod speraret actu propter formale motivum spei theologicae condistinctae a charitate, exemplum autem est in praecepto penitentiae seu contritionis quod impleri potest, aut per contritionem ex motivo virtutis moralis

penite. condistg acharite, aut per contritm ex motivo Charitatis, nam detestatio aut dolor de peccato propter deum summe dilectum est perfecta contritio que excelentiori modo implet id qd prestaret contritio virtutis moralis penitentie ut suo loco in ma de penita disp. 5. cap. 5. ac 1. et disp. 7. cap. 4. dicte .1. id qd notant J.J. pte t.o 4. disp. 5. sect. 6. no .10. et disp. 4. sect. 2a no. 14. et alij. –

2a difficultas an preceptum timoris afferat per se obligationem specialem ad actum spalem timoris servilis et filialis.

1a opinio asserit preceptum timoris afferre per se obligationem ad actum spalem timoris servilis et filialis aliquando eliciendum. pro hac sentia referri solet D. Thom. 2a 2e q. 22. a. 2. sed ipse ibi n videtur hanc sentiam determinate sequi quoad specialem obligationem per se nam ibi ad 1m ait: pot ho per totam vitam n timere penas inferni et salvari et quamvis ibi addat hoc preceptum timoris obligare tempore necessitatis, qdo timor pene est nariius ad conversionem eius qui n ducit amore ut abstineat a peccato, in his verbis n videtur asserere spalem obligationem per se ex precepto timoris sed per accidens ratione aliorum preceptorum in eo qui ad illorum observantiam n moveret nisi suppo spali timore penarum. Unde n sentit omissionem actus timoris spalis per se loquendo esse spale peccatum ut etiam signat in eo qd ibidem ad 2m. sic ait: qui fornicat nisi id faciat

ex quodam contemptu poenarum non peccat de upsta peccatum eo quod generale est in omnibus peccatis ut in currat habitu icatum poenarum quasi non tenetur ex praecepto speciali timere quod ies tenet ab aliis abs tinere peccatis.
item in eodem a. 2. ad 5. ait: si aliquis negaret eius modi praecepta de timore filiali l. servili esse specialia et distincta a praeceptis aliarum virtutum ego non vi deo quomodo adversaretur sanae doctrinae.
2a opinio asserat praeceptum timoris non afferre spe cialem obligationem diversam ab ea quam affe runt praecepta aliarum virtutum. unde conse quenter dicit hominem committentem quodcumque peccatum mortale a quo retrahi posset per actum timoris servilis aut filialis non teneri in confessione explica re omissionem timoris quasi speciale peccatum, et satisfacere confessioni si explicet peccata commissa in materia aliarum virtutum. ita valen. 2a 2ae disp 2 q. 4. p. 1. ad 5. Sanchez in opere morali de praeceptis decalogi t. 1. lib. 2. cap. 33. no 4. et alij videtur q. colligi ex eviori doctrina Caietani sup. se quenti.
dicendum est praeceptum timoris non afferre per se specialem obligationem ad actum specialem timoris servilis l. filialis. Sed per se loquendo sufficere timorem vir tualiter inclusum tam in actibus aliarum virtutum quamvis aliunde timor specialis requirat in eo qui per alia motiva non retrahit a peccato a quo per ipsum timorem specialem deberet retrahi diebus.

hec cum precipue authores relatos in 2a. sententia (cui
neque Vasquez in 1a sententia citatus ostendit adver
sari) videtur probabiliore communem doctrinam
aliorum authorum quatenus ad obtinendam
gratiam et vitam aeternam non requirunt quasi
per se necessarium actum specialem timoris sed sup
ponunt aut signant sufficere timorem virtua
lem inclusum in aliis actibus per se requisitis.
cui doctrinae fabent D. Th. 4 sententiarum d. 24 q. 1.
a. 2. et la 1a cor pe, Sotus in eadem d. q. 2.
a. 5. columna 7. § hinc et lib. 2. de natura et gra
tia c. 16. columna 8. Duran. 4 sententiarum d.
17. q. 1. n. 8. Martinus Ledesma 1.a 4 q. 26.
a. 5. dub. 1o Petrus de Soto lect. de sacro penitentie
lectione 8 de origine penitentie § assignant
alii Zumel. 1.2. q. 113. a. 5. disp. 1. diffi. 2a. 4 p.
2a et alii
probatur quia non sunt multiplicandae obligationes
sine urgente fundamento. nullum autem urgens
fundamentum authoritatis aut rationis afferri potest quo os-
tendatur specialis obligatio per se ad actum specialem
timoris et aliunde cum minus quomodo intelligi debet
obligatio praecepti apte colligatur ex sapientium
ac piorum virorum intelligentia et praxi, et
hanc non concipit huius modi specialis obligatio. Si
quidem etiam sapientes et timorati tum pe
nitentes, tum confessarii non existimant omis
sionem actus specialis timoris esse speciale peccatum

diversum ab eo quod praecepta aliarum vir
tutum committit ac proinde non censent ne
cessarium esse in confessione explicare omissum
actus filialis timoris ac si esset speciale peccatum.

quare sicut quando in ss.a praecipitur
consideratio divinorum mandatorum et obe
dientia ac subiectio erga illa id non ita intelli
gitur quasi per se inducat specialis obligatio di
versa ab obligatione aliorum praeceptorum, ac
proinde defectus considerationis et obedientiae ac sub
iectionis circa singula mandata non censetur speciale
peccatum diversum ab illis quae committuntur
contra mandata aliorum singulorum mandatorum
sed intelligitur esse generalis defectus singulis pecca
tis annexus qui propterea non est speciale peccatum
necessario in confessione explicandum: ita sue
mo, cum aliunde nihil urgeat idem dicen
dum videtur de defectu timoris filialis ut
docent authores citati in 2a opinione, et colli
gitur etiam ex aliis citatis in conclusione. pro qua
etiam observandum est id quod in frasibus sss. per
Laurentium a Villavicentio verbo timor
dei contra frasim ss. per timorem dei dicitur de
notari generatim cultus deo debitus qui per ob
servantiam singulorum mandatorum exhi
betur. atque haec sint satis de hoc [illegible] sub cor
rectione sanctae matris ecclesiae ad

Dei laudem et gloriam. 8. februarij. 16
14. per Vaurion

[illegible]
[illegible]

Copiese la portada.

M. S. 4.º pergamino con 333 hojas sin foliar, bien tratado y completo

Rotulata = De Beatitudine et Spe.

Lanzavecchia (Juan Bautista)

4